esse. P. Gabinum. M. Octatilium. L. Valerium: qui descriptos
a priuatis uersus circa mille roman deportarunt:id supra osten
dimus dixisse Varronem. In his ergo uersib⁹ quos legati romã
attulerũt:de uno hẹc sunt testimonia. εἷσ θεόσ, ὃσ μόνοσ ἐςί,
δλέ ὑπερμετέθησ ἀγένητοσ. i. unus deus:qui solus principa
tur:isq; amplissimus increatus. Hunc esse solum deũ summum
qui cẹlum fecerit luminibusq; distinxerit. ἀλλά θεόσ μόνοσ,
εἷσ, πἀνυπέρτατόσ, ὃσ πεποίηκεν οὐρανόντε, ἥλιόν
τε, ἀςέρασ, ἠδλε σελήνην, καρποφόρον γαῖαντε, καί ὕδα
τοσ οἴδματα ποντου. i. Sed deus solus unus eminẽtissim⁹
qui fecit cẹlum: solemq; & stellas lunamq;:fructiferam terrã &
aquẹ tumores ponti. Qui quomodo solus sit ẹdificator mũdi

& artifex rerum:ul' quę in eo sunt,solum coli oportere testatur. ἀυτὸν τὸν μόνον ὄντα,σέβεσθε ἡγήτορα κόσμου: ὃσ μόνοσ,εἰσ αἰῶνα καὶ αἰῶνόσ,ἔτυχεν.i.Ipsū:qui sol⁹ est coli te principem mundi:q̄ solus est in sęculo atq; a sęculo factus. Itē alia Sibylla quęcūq; est,cū pferre se ad hoīes,dei uocē,diceret sic ait.μόνοσ γάρ.ἐιμὶ θεόσ:καὶ οὐκ ἔστι θεόσ ἄλλοσ.i.Sol⁹ enī de⁹ sum:& nō est alius.Exequerer nūc testimonia ceterarū nisi & hęc sufficerēt:& illa opportunioribus locis reseruarem. Sed cū defendam⁹ cām ueritatis apud eos:qui aberrātes a ueritate falsis religionib⁹ seruiūt:qd' genus pbatōis aduersus eos magis adhibere debem⁹:q̄ ut eos deoꝝ suoꝝ testimonijs reuīcam⁹?

## Capitulum.vij.De testimonio Apollinis & deorum.

APollo enim quem pręter ceteros,diuinum maximeq; fatidicum existimant:colophone respondens quod delphis credo emigrauerat amoenitate ductus asyę:querēti cuidā quis esset:aut quid esset omnino deus:respondit uiginti & unū uersibus:quorum hoc principiū est. αὐτοφυήσ,ἀδίδακτοσ,ἀμήτωρ,ἀστυφέλικτοσ,ὄυνομα,μηδὲ λόγω χωρούμενον,ἔμπυροσ αἰὼν τοῦτι θεόσ,μικρά δὲ θεοῦ μερίσ ἄγγελοι ἡμεῖσ.idest.Ex se ortus indoctus,sine matre,inexpugnabile nomē:nec uerbo capiendū,in igne habitās:modica aūt dei portio angeli nos.Nunqd potest suspicari de Ioue esse dictum quare matrē habuit & nomē?Quid qd' Mercurius ille ter maximus cuius supra mētionē feci nomō.ἀμήτορα.i.sine matre:ut Apollo sed ἀπάτορα.sine patre quoq; appellāt deum:q: origo illī nō sit aliūde:nec enī pōt ab ullo generatus esse:qui ipse uniuersa generauit:satis ut opinor & argumentis docui & testibus cōfirmaui:quod per se satis clarum est.Vnum esse regē mūdi:unū patrem:unum deū.Sed fortasse quęrat aliquis a nobis idem illud:quod apud Ciceronem quęrit Hortensius.Si deus unus est quę esse beata solitudo queat?tanq̄ nos qui unum esse dicim⁹ desertum ac solitarium esse dicamus?Habet enim ministros:quos uocamus nuncios.Et est illud uerum,quod dixisse in exhortationibus Senecā supra retuli,genuisse regni sui ministros deū.Verū hi neq; dij sunt:neq; deos se uocari:aut coli uolūt:quippe q

quare m[...] quare matrem habuit & nomen

nihil preter iustum ac uolũtatẽ dei faciãt. Nec tñ illi sunt: q uul
go colunt: quoꝝ & exiguus & certus est numer⁹. Q. si cultores
deoꝝ ipsos eos se colere putant: quos summi dei ministros ap
pellamus: nihil est ꝙ nobis faciãt inuidiã qui unum dicam⁹: mul
tos negemus. Si eos multitudo delectat: nõ duodecim dicim⁹:
aut trecẽtos sexagintaquinq; (ut Orpheus) sed innumerabiles eẽ.
arguim⁹ eoꝝ errores in diuersum: qui tam paucos putant. Sciãt
tñ quo nomĩe appellari debeãt: ne deũ ueꝝ uiolẽt: cuius nomen
exponũt dũ plurib⁹ tribuũt. Credãt Apollini suo: q eodẽ illo re
spõso: ut Ioui ꝑncipatũ: sic etiã ceteris diis abstulit nomẽ. Terti
us enĩ uersus ostẽdit dei mĩstros: nõ deos: sed ueꝝ angelos ap
pellari oportere: de se qdẽ ille mẽtitus est: q cũ sit e numero de
monum, angelis se dei aggregauit: deniq; in aliis respõsis demo
nem se esse cõfessus est. Nam cum interrogaretur: quomodo si
bi supplicari uellet: ita respõdit. πάνσοφε, παντοδίδακτε,
διὰ πολυστροφὲ, κλῦθι δαῖμον. idest: omnia sapiẽs: omnia
docte: qui per multa uersaris exaudi demon. Irẽ rursus cũ ꝑces
in Apollinem sminthiũ rogatus exprimeret ab hoc uersu exor
sus est. ἁρμονίη κόσμου, φαεσόλε καί σοφὲ δαῖμον. idest
captatio mundi fere totius sapientie demon. Quid ergo super
est nisi ut sua cõfessiõe uerberib⁹ ueri dei: ac poene sẽ iaceat sem
piterne? Nam in alio respondit. δαίμονες οἵ φοιτῶσι, περί
χθονα, καί περί πόντον, ἀκάματοι δάμανται ὑπαί μασ
τιγη θεοιο. i. demones qui pergunt circa terram & circa põtum
infessi domantur sub uerbere dei. De utrisq; generibus in secun
do libro disseremus: interim nobis sat est: quod dum se bono
rare uult: & in celo collocare confessus est id: quod res se habet
quomodo sint appellandi: qui deo semper assistunt. Retrahãt
ergo se homines an erroribus & abiectis religionib⁹ prauis pa
rentẽ suũ: dominũq; cognoscãt: cuius nec uirtus existimari pot
nec magnitudo ꝑspici: nec principiũ cõprehẽdi: cũ ad illũ men
tis hũane intentio, & acumẽ & memoria puenerit: que si subdu
ctis & cõsũmatis oĩbus uiis substitit, Heret, deficit: nec ẽ aliqd
ulterius quo ꝑgredi possit: ueꝝ ꝙ fieri nõ potest: quin id qd sit
aliquando esse coeperit: consequens est: ut quoniam nihil ante
illũ fuit: ipse ante omnia ex seipso sit ꝓcreatus: ideoq; ab Apol
line. αὐτόφυης. idest ex se ort⁹. A Sibylla. αὐτογενής. idest

ex se genitus. & ἀγένητος .idest ingenit⁹. & ἀποίητος . id est nō fact⁹ noiat̃:qđ Seneca hō acut⁹ĩ exbortatōib⁹ uidit. Nos inqt aliū de pēdem⁹. Itaq; ad aliquē pspicim⁹:cui qđ est optimū in nobis debeam⁹. Ali⁹ nos edidit:ali⁹ instruxit:de⁹ ipe se fecit.

Capitulū. viij. De cęcitate eo℞ qui plures deos opinantur: & unde hic error habuit originem:& φ corpus deo non est necessarium:nec propagatio liberorum.

His igitur tot & tantis testib⁹ cōprobat̃ unius dei potestate ac prouidētia mundū gubernari:cuius uim maiestatemq; tantā esse dicit in thimęo Plato:ut eam neq; mēte cōcipere neq; uerbis enarrare quisq̃ possit:ob nimiam & ięstimabilē potestatem. Dubitet ergo aliqs an qcq̃ difficile aut impossibile sit deo: qui tanta tanq; mirifica opera prouidentia excogitauit: uirtute cōstituit:ratione perfecit:nunc autem spiritu sustentet:potestate moderetur:inexcogitabilis:ineffabilis:& nulli alij satis notus q̃ sibi. Vnde mihi de tanta maiestate sępius cogitanti qui deos colunt interdum uideri solent:tam cęci:tam incogitabiles:tam excordes:tam nō multum a mutis animalibus differentes:qui credant eos:qui geniti sunt maris ac foeminę coitu aliquid maiestatis diuinęq; uirtutis habere potuisse:cum Sibylla Erithręa dicat οὐ δύναται, ἀνδρὸς ἐκ μηρῶν μήτρας τε, θεὸς τετυπωμένος εἶναι .i. Nō potest ex uiri semie & matrice deus formatus esse. Quod si uerum sicuti est:apparet Herculem: Apollinē: Liberum: Mercurium: Iouēq; ipsum cū cęteris homines fuisse: qñ sunt ex duobus sexibus nati. Quid est autem tam remotū a deo qđ id opus quod ipe ad ppagandam sobolē mortalib⁹ tribuit:& φ sine sbstātia corporali nullū pōt esse. Dij ergo si sunt immortales et ęterni:qd op⁹ est altero sexu nimi℞ ut generent ipa ꝓgenie q̃ op⁹ est cū successione nō egeāt:q futuri sunt semp. Nā pfecto in homīb⁹ cęterisq; animalibus diuersitas sexus coitio & generatio nullam habet aliam rationem nisi ut omnia genera uiuētium(quoniā sunt conditione mortalitatis obitura) mutua possint successione seruari. Deo autem:qui est sempitern⁹: neq; alter sexus:neq; successio necessaria est. Dicet aliquis ut habeat ministros:uel in quos ipse possit dominari. Quid ergo op⁹ est

sexu foemineo: cũ de⁹ q est omnipotẽs, ut uocat̃ sine usu & ope
ra foeminę possit filios ꝑcreare? Nã si qbusdã minutis aĩalibus
id prestitit: ut sibi e foliis natos e suauib⁹ herbis ore legãt: cur ex
istimet aliqs ipm deũ nisi ex ꝑmixtione sexus alteri⁹ non posse
generare? Illos igit̃ quos imperiti & insipiẽtes tãq̃ deos & nũcu
pãt & adorãt, Nemo est tam incõsiderat⁹: q nõ intelligat fuisse
mortales. Quomõ ergo inqt aliqs: dii crediti sunt? Nimiꝫ qꝫ re
ges maxĩ ac potẽtissimi fuerũt ob merita suaꝫ uirtutũ: aut mũe
rũ: aut artiũ repertaꝫ: cũ cari fuissẽt his: qb⁹ iperitauerãt: ĩ memo
riã sunt cõsecrati: qđ si qs dubitet res eoꝫ gestas & facta cõside
ret: quę uniuersa tam poetę q̃ historici ueteres prodiderunt.

## Capitulum. ix. De Hercule: & gestis eius: atqꝫ ortu eius ex Ioue & Alcumena & morte eius.

Hercules q ob uirtutẽ clarissimus & quasi african⁹ inter de
os habebat̃: nonne orbẽ terrę quẽ ꝑagrasse ac purgasse nar
rat̃ stupris; libidinibus; adulteriis inqnauit? nec miꝫ cũ esset ad
ulterio genit⁹ Alcũmenę. Quid tandẽ potuit in eo esse diuini: q
suis ipse uiciis mãcipatus: & mares & foeminas cõtra oẽs leges
infamia; dedecore; flagitio affecit? Sed ne illa qdẽ quę magna &
mirabilia gessit, talia iudicãda sunt: ut uirtutib⁹ diuinis tribuen
da uideant̃? Quid enim tã magnificũ si leonẽ aprũqꝫ superauit:
si aues sagittis deiecit: si regnũ stabulũ egessit: si uirginẽ uicit:
cingulũqꝫ detraxit: si equos feroces cũ domino interemit? Ope
ra sunt ista fortis uiri: hominis tñ: illa enĩ quę uicit fragilia & mor
talia fuerũt. Nulla est enĩ (qđ ait orator) tanta uis quę non ferro
aut uiribus debilitari frangiqꝫ possit. At animũ uincere: iracũdi
am cohibere fortissimi est: quę ille nec fecit unq̃ nec potuit. Hęc
qui faciat nõ mõ ego eũ cũ summis uiris cõparo: sꝫ simillimum
deo iudico. Vellem adiecisset de libidine: luxuria: cupiditate:
insolentia: ut uirtutem eius impleret: quem similem deo iudica
bat. Non enim fortior iudicandus est: qui leonẽ: q̃ qui uiolentiã
& in seipso inclusaꝫ feram superat iracũdiã: aut q rapacissimas
uolucres deiicit: q̃ qui cupiditates auidissimas coercet. Aut qui a
mazonem bellatricem: q̃ q libidinẽ uincit pudoris ac famę de
bellatricẽ: aut q fimuꝫ de stabulo: q̃ qui uicia de corde suo egerit

quę magis sunt pernitiosa: q̄ domestica & ꝓpria mala sunt: q̄ illa quę uitari poterãt & caueri. Ex quo fit ut ille solus uir fortis debeat iudicari: q̄ tẽperãs & moderat⁹ est & iustus. Quod si cogitet aliq̄s quę sint dei opera: iã hęc oĩa quę mirant̄ homĩes ineptissimi, ridicula iudicabit. Illa enĩ nõ diuinis uirtutibus quas ignorãt: sed infirmitate suarũ uiriũ metiunt̄: nã illud quidẽ nemo negauit: Herculẽ nõ tm̃ Heuristeo seruisse regi: q̄d aliq̄tenus honestũ uideri potest: sȝ etiã impudicę mulieri Omphalę: quę illũ uestib⁹ suis indutũ sedere ad pedes suos iubebat pensa facientem, detestabilis turpitudo: sed tanti erat uoluptas. Quid tũ inquiet aliq̄s: poetis ne credendũ putas? Quid ni putẽ? Nõ enĩ ista Lucillius narrat: aut Lucianus: q̄ dijs & hominib⁹ nõ pepercit: sed potissimum: qui deoꝝ laudes canebãt: ergo q̄bus credemus? si fidẽ laudantibus nõ habemus? Qui hos mentiri putat proferat alios q̄b⁹ credam⁹ auctores, q̄ nos doceant: qui sunt isti dij? Quomõ: unde orti? Quę sit uis eoꝝ? Qui numerus? Quę potestas? Quid in his admirabile? Quid cultu dignum? Quid deniq̄ certius ueriusq̄ mysterium? nullus dabit. Credamus igitur istis q̄ non ut reprehenderent sunt locuti: sed ut prędicarẽt: nauigauit ergo cum argonautis: expugnauitq̄ troiam. Iratus Laomedonti, ob negatam pro filię mercedem salute. Vnde quo tempore fuerit apparet. Idem furore atq̄ insania percitus: uxorem suã cum liberis interimit: hunc homines deum putãt? Sed Philotecte ei⁹ hęres nõ putauit: qui facem supposuit arsuro: qui artus suos & neruos cremari ac dissoluer̄ uidit. Qui ossa eius ac cineres in oeteo monte sepeliuit: pro quo munere sagittas eius accępit.

## Capitulũ. x. De Esculapio: Apolline: Neptuno: ac Marte & Castore: Polluce atq̄ Mercurio.

ESculapius & ipse non sine flagitio Apollinis natus: quid fecit aliud diuinis honorib⁹ dignũ: nisi q̄ sanauit hipolytũ? mortẽ sane habuit clariorẽ: q̄d a deo meruit fulminari. Hunc Tarquitius de illustribus uiris disserens: ait incertis parẽtib⁹ natum, expositum & a uenatoribus inuẽtum canino lacte nutritũ chironi traditu; didicisse medicinã: fuisse aũt meseniũ: sed epidauri moratũ. Tulli⁹ etiã Cinosuris ait sepultũ. Quid Apollo

pater eius? Nonne ob amorē quo flagrabat turpissime gregē p
uit alienū? & muros laomedonti extruxit: cū Neptuno merce
de cōductus quę illi negari potuit impune: ab eoq; p̄mo Rex p
fidus qcqd cū dijs pepigisset didicit abnegare? Idē formosū pu
erū: & dū amat uiolauit: & dū ludit occidit. Homicida Mars:
& p gratiā, cędis crimine ab atheniēsibus liberat⁹: ne uideret ni
mis ferus: & immanis adulteriū cū Venere cōmisit. Castor &
Pollux dū alienas spōsas rapiūt esse gemini desierūt: nā liuore
iniurię cōcitatus Idas, alterū gladio trāsuerberauit: & eosdē poe
tę alternis uiuere alternis mori narrāt: ut iā sint nō deoꝝ tm̄: sed
omniū mortaliū miserrimi: qbus semel mori non licet. Hos tñ
Homerus ambos simpliciter (nō ut poetę solēt) mortuos esse te
staī. Nā cū faceret in muris assidentē Priamo Helenā cūctos
gręcię principes recognoscere: solos aūt se fratres suos reqrere.
sbiecit orationi ei⁹ huiusmōi uersū. Hęc ait: ast alios retinebat
terra supultos. Fur ac Nebulo Mercuri⁹ quid ad famā sui reliqt
nisi memoriā fraudum suarm̄? Cęloꝝ dignus q palestrā docuit
& lyram primus inuenit. Liberum patrem in senatu deorū sum
mę auctoritatis primęq; esse sententię necesse est: quia pręter Io
uem solus omnium triumphauit: exercituq; duxit: indos debel
lauit: sed inuictus ille imperator inclyt⁹ maximus ob amorem
ac libidinem turpissime uictus est. Delatus enim cretam cum se
miuiro comitatu. nactus est impudicam mulierem in littore ac
fiducia uictorię indicę uir esse uoluit: ne nimium mollis esse ui
deretur: atq; illaq; patris proditricē fratris interemptricē ab alio
relictam & repudiatam in coniugium sibi uēdicauit & liberaq;
fecit: & cum ea pariter ascendit in cęlum. Quid omnium borū
pater Iupiter: qui in solenni pręcatione optimus maxim⁹ nomi
natur? Nonne a prima sua pueritia impius ac pene parricida de
prębēditur? Cum patrē regno expulit: ac fugauit: nec expectauit
mortem decrepiti senis cupiditate regnādi? Et cū paternum so
lium per uim: p arma cępisset: bello est a titanibus lacescitus: qđ
humano generi pricipiū fuit maloꝝ: quibus uictis: & pace in p
petuum cōparata: reliquam suā uitam in stupris adulterijsq; cō
sumpsit. Omitto uirgines quas imminuit: id eni iudicari solet
tolerabile. Ampbitrionē ac Tindarū p̄terire nō possū: quoꝝ do
mos dedecore atq; ifamia plenissīas reddidit. Illud uero sūmę

impietatis ac sceleris quod regiuz puerũ rapuit ad stuprũ. Parũ enĩ uidebat̃ si in expugnãda foeminarũ pudicitia: maculosus ac turpis esset: nisi etiã sexui suo iniuriã faceret: hoc est uerũ adulteriũ qđ fit cõtra naturã: hęc qui fecit uiderimus an maxim⁹ certe optimus nõ est: qđ nomen a coruptoribus: ab adulteris: ab incestis abest: nisi forte nos erramus homines: qui talia faciẽtes sceleratos uocamus ac pditos: omnibusq́ poenis dignissimos iudicamus. Stultus autez. M. Tul. qui. C. Varri adulteria obięcit. Eadẽ enim Iupiter quẽ colebãt admisit. Qui. P. Clodio fororis incestum. At illi optimo maximo eadẽ fuit soror & cõiunx.

Capitulum. xi. De ipsius Iouis parentibus & ortu & uita ei⁹ flagitiosissima: morte & sepultura & opificio poetaꝝ

QVis est igitur tam excors: q hunc in cęlo regnare putet: q ne in terra quidẽ debuit? Nõ insulse quidã poeta triũphũ cupidĩs scripsit: quo in libro nõ modo potentissimum deoruz cupidinem: sed etiam uictorem facit. Enumeratis enĩ amoribus singulorum: quibus in potestatẽ cupidinis ditionẽq́ uenissent: instruit pompã in qua Iupiter cum cęteris dijs ante currum triumphantis ducitur cathenatus. Elegãter id quidẽ dicitur a poeta figuratum: sed tamen nõ multũ distat a uero. Qui enim uirtutis est expers: qui cupiditatibus: ac libidinibus malis uincitur: non cupidini (ut ille finxit) sed morti subięctus est sempiternę. Sed omittamus de moribus dicere: rem considiremus: ut intelligãt homĩes: in quibus miseri uersentur erroribus. Regnare in cęlo Iouez uulgus existimat: id doctis pariter & indoctis ꝑsuasũ est. Quod & religio ipsa & precatões & hymni: & delubra & simulachra demonstrant. Eundem tamen Saturno & Rhea genitum confitentur. Quomodo potest deus uideri: aut (ut ait poeta) hominum rerumq́ repertor? ante cuius ortum infinita hominum milia fuerunt: eorum scilicet qui Saturno regnante uixerunt: ac priores luce quam Iupiter sunt potiti. Video alium deum regem fuisse primis temporibus: alium consequentibus. Potest ergo fieri: ut ali⁹ sit postea futurus. Si enim regnum prius mutatum est: cur desperem⁹ & posterius posse mutari nisi forte Saturnus regnare potuit fortiorem Iupiter non potest?

Atq̄ diuinū imperiū; aut semꝑ imutabile est: aut si est mutabile quod fieri nō pōt) sempꝛ utiq̄ mutabile ē. Pōt enī Iupit regnum amittē: sicut & pr̄ ei⁹ amisit: ita plane, Nā cū idē neq̄ uirginibus neq̄ maritatis unq̄ pepcisset: & abstinuit se tn̄ una thetide: quod rēspōsū; fuit maiorē prē suo futuꝝ: q̄sq̄s ex illa nat⁹ eēt: & pmū in eo prudētia nō dei (cui nisi themis futura dixisset, ipē nesciret,) Si autem diuinus nō sit: ne deus quidem sit: unde ipsa diuinitas nominatur: ut ab homine humanitas. Deinde conscientia imbecillitatis qui timuit utiq̄ maiorem: quod q̄ fecit, scit utiq̄ pfecto nō esse se maximum: quod quidem pōt aliquid maius existere. Idem per stygiam paludem sanctissime iurat. Vna superstitio superis quę reddita diuis. Quę ē ista superstitio? Aut a quo reddita est? Ergo aliqua potestas maxima est: quę peierātes deos puniat: quę tanta formido est paludis infernę: si sunt immortales? Quid metuunt eam: quam uisuri nō sunt: nisi quos mori necesse est? Quid igitur homines oculos suos in cęlū; tollunt? Quid superbos deierant: cum ipsi superbi ad inferos deuoluant: ibiq̄ habeant quod uenerentur & adorent? illud uero quale est esse fata quibus dii omnes & ipse Iupiter pareat: si parcarum tanta uis est: ut plus possint q̄ cęlestes uniuersi: quāq̄ ipse rector ac dominus: cur non illę potius regnare dicantur: quarum legibus ac statutis parere omnes deos necessitas cogit? Nunc cui dubium est: quin is qui alicubi res obsequitur maximus non sit? Nam si sit nō accipiat fata: sed faciat. Nunc ad illud quod omiseraꝫ redeo. In una itaq̄ sola fuit continentior cū eam reperiret: & nō uirtute aliqua: sed metu successoris. Quę fortitudo utiq̄ eius ē? qui sit mortalis & imbecillis: & nihil quippe q̄ potuit & tūc cuꝫ nasceretur extingui: sicut frater eius antegenitus extinctus est qui si uiuere potuisset; nunq̄ minori concessisset imperium: ipse autem furto seruatus: furtimq̄ nutritus ζενσ siue ζήν appellatus est: nō ut isti putāt a feruore cęlestis ignis: uel q̄ uitę sit dator: uel q̄ animantibus inspiret animas: quę uirtus solius dei est: quam enim possit inspirare animam: qui ipse accipit aliūde? Sed quod pm⁹ ex libris Saturni maribus uixerit. Potuerunt igitur homines alium deum habere rectorem; si Saturnus non fuisset ab uxore delusus. At enim poetę ista finxerunt. Errat quisquis hoc putat: illi enim de hominibus loquebantur: sed ut eos ornarent quorum

memoriā laudibus celebrabant: deos esse dixerūt. Itaq; illa poti
us ficta sūt, q̄ tanq̄ de diis, nō illa q̄ tāq̄ de hominib⁹ locuti sūt:
qd' claꝝ fiet exēplo: qd' īferem⁹. Danaen uiolaturus Iupit̄ aureos
nūmos largiter ī sinu ei⁹ īfudit: hęc stupri merces fuit. At poetę
q quasi de deo loquębāt̄: ne auctoritatē creditę maiestatis infrin
gerēt finxerūt ipm in aureo imbre delapsū: eadē figura: qua im
bres ferreos dicunt: cum multitudinē telorum sagittaꝝq; descri
bunt: rapuisse dicit̄ in aqla catamitū: poeticus color est: sed aut
per legionē rapuit cuius īsigne aqla ē: aut nauis ī qua est īpositus
tutelam habuit in aqla figuratā: si tauruꝫ figuratū cum rapuit &
transuexit Europā: eodem mō conuertisse ī bouem traditur Io
Inachi filiā: quę ut irā Iunonis effugeret ut erat iā setis obsita iā
bos tranasse dicitur mare: in ęgyptumq; uenisse: atq; ibi recępta
pristina forma dea facta: quę nunc Isis uocatur. Quo igitur ar
gumento probari potest: nec Europam in tauro sedisse: nec Io
factam bouem: quod certus dies habetur in fastis: quo Isidis na
uigium celebratur: quę res docet non tranasse illam: sed nauigas
se. Igitur qui sapere sibi uidentur: quia intelligunt uiuum terrę
numq; corpus in cęlo esse non posse: totam ganymedeaꝫ fabulā
pro falso repudiant: nonnam sentiunt in terra id esse factum: qa res
ac libido ipsa terręna est. Non ergo res ipsas gestas finxerūt poe
tę: quod si facerent essent uanissimi: sed rebus gestis addiderūt
quendam colorem. Non enim obtrectantes illa dicebant: sed or
nare cupientes: hinc homines decipiuntur, maxime quod dum
hęc omnia ficta esse arbitrantur a poetis, coluntq; quod ignorant:
nesciunt qui sit poeticę licentię modus: quousq; progredi fingē
do liceat: cum officium poetę sit in eo: ut ea quę gesta sunt uere
in aliquas speties obliquis figurationibus cum decore aliquo cō
uersa traducant. Totum autem quod referunt fingere: idest ineptū
esse: & mendacem potius q̄ poetam: sed finxerunt ista: q̄ fabulo
sa creduntur. Num etiam illa: quę de diis foeminis deorumq; cō
nubiis dicta sunt? Cur igitur sic figurantur: sic coluntur: nisi for
te non tantum poetę: sed ut pictores fictoresq; imaginum men
tiuntur? Si enim hic Iupiter: qui a uobis dicitur deus: non is est:
q ex Saturno & ope natus est: nō oportuit nisi soli⁹ simulachrū
ī tēplis oīb⁹ collocari. Quid sibi mulieꝝ effigies uolunt? Quid
sexus īfirm⁹? ī quē si cecidit ipe Iupit̄: eū uero ipi lapides hoīem

fatebuntur. Mentitos aiunt esse poetas: & his tamē credunt. imo
uero nō eē mētitos re ipā ꝓbant. Ita enim deoꝝ simulacbra cōfin
gunt: ut ex ipā diuersitate sexus appareāt uera eē: q̄ dicūt poetę.
Nā qd est aliud argumētū imago catamiti: & effigies aqlę: cum
añ pedes Iouis ponūt ī tēplis: & cū ipō parit adorant: nisi ut ne
fandi sceleris ac stupri memoria maneat ī ęternū? Nō igit̃ a poe
tis totū fictū est: aliquid fortasse traductū & obliqua figuratio
ne obscuratum: quo ueritas inuoluta tegeretur: sicut illud de sor
titione regnorum. Aiunt enim Ioui cęlum obtigisse: Nepcuno
mare: inferna Plutoni. Cur non terra potius in sortem tertiam
uenit nisi ꝙ in terra gesta res est? Ergo illud in uero est: quod re
gnum orbis ita partiti sortitiq; sunt: ut orientis imperium Ioui
cederet: Plutoni cui cognomen agesilao fuit: pars occidentis ob
tingeret Eo ꝙ plaga oriētis ex qua lux mortalibus datur superi
or: occidentis autem īferior esse uideatur. Sic ueritatem mēdacō
uelauerunt: ut ueritas ipsa persuasioni publicę nihil denegaret.
De Neptuni sorte manifestum est: cuius regnum tale fuisse dici
mus: quale. M. Antonii fuit infinitū illud imperium: cui totius
orę maritimę potestatem senatus decreuerat: ut prędones perse
queretur: ac mare omne paccaret. Sic Neptuno maritima omnia
cum insulis obuenerunt. Quomodo id probari potest? nimirū
ueteres historię docent. Antiquus auctor Euhemerus qui fuit ex
ciuitate messana res gestas Iouis & cęterorū: qui dii putantur col
legit: historiamq; contexuit ex titulis & inscriptionib⁹ sacris: q̄
in antiquissimis templis habebantur: maximeque in fano Iouis
triphilii: ubi auream columnam positā eē ab ipso Ioue titulus in
dicabat: in qua columna sua gesta perscripsit: ut monumēta eēnt
posteris rerum suarum: hanc historiam interpretatus est Ennius
& secutus: cuius hęc uerba sunt. Vbi Iupiter Imperiū neptuno
dat maris: ut insulis omnibus: & quę loca sunt secūdū mare om
nibus regnaret. Vera sunt ergo quę loquunt̃ poetę: sed obtentu
aliquo specieq; uelata. Potest & modos olympus figurā poetis
dedisse: ut Iouē dicerēt cęli regnū eē sortitum: quod olympus
ambiguū nomē ē: & mōtes & cęli. In olympo aūt Iouē habitasse
se docet historia eadē: quę dicit eadē tēpestate Iupiter in monte
olympo maximam partem uitę colebat: et eo ad eum in ius ueni
ebāt: si q̄ res in controuersia erant. Itē si quis quid noui īuenerat:

c z

quod ad uitam humanam utile esset: eo ueniebat atq; Ioui osten
debat. Multa ĩ hũc modũ poetę trãsferũt: nõ ut ĩ deos mentiant:
quos colũt: sed ut figuris uersicoloribꝰ uenustatẽ: ac leporem car
minibꝰ suis addãt: q aũt nõ ĩtelligũt qũo: aut quare quidq; figu
ret, Poetas uelut mẽdaces & sacrilegos ĩsequũt: hoc errore decę
pti etiã philosophi: q ea q̃ de Ioue ferũt minime cõuenire ĩ deũ
uidebãt, duos Ioues fecerũt: unum naturalem: alterũ fabulosũ.
Viderũt ex parte q erat uerum: eum. s. de quo poetę loquuntur
hominem fuisse. In illo aũt naturali Ioue uulgari consuetudine
religionis inducti errauerunt: q in deũ nomen hominis trãstule
runt: qui (ut supra diximus) quia solus est non indiget nomine.
Iouẽ aũt illũ eẽ: qui sit ex ope Saturnoq; natum: negari non põt.
Vana igitur persuasio est eoꝝ: qui nomen Iouis summo deo tri
buunt. Solent enim quidam errores suos hac excusatione defen
dere. Qui cõuicti de uno deo cum id negare non possunt: ipsũ
se colere affirmãt. Verum hoc sibi placere: ut Iupiter nominet:
quo quid absurdius? Iupiter enim sine contubernio coniugis fi
lięque: non solet coli. Vnde quis sit apparet: nec fas est: id nomẽ
eo transferri: ubi nec Minerua est ulla nec Iuno. Quid q huius
nominis proprietas: non diuinam uim exprimit: sed humanã?
Iouem enim Iunonenque a iuuando esse dictos Cicero interpre
tatur. Et Iupiter quasi iuuans pater dicitur: quod nomen in de
um minime congruit: quia iuuare hominis est: opis aliquid con
ferentis in eum qui sit alienus: & exigui beneficii. Nemo sic de
um precatur: ut se adiuuet: sed ut seruet uitam salutemque tribu
at: quod multo plus est: ac maius est: q̃ iuuare. Et quoniam de pa
tre loquimur: pater dicitur filios iuuare cum eos generat. aut
educat. Illud enim leuiꝰ est q̃ ut eo uerbo magnitudo paterni be
neficii exprimatur: quanto id magis inconueniens est deo: qui
uerus est pater: per quem sumus: & cuius toti sumus: a quo fingi
mur: animamur: illuminamur: qui nobis uitam impartit: salutẽ
tribuit: uictum multiplicem sũministrat: non intelligit beneficia
diuina: qui se iuuari modo a deo putat. Ergo non imperitꝰ mõ:
sed etiã impiꝰ est: qui nomine Iouis uirtutem summę ptãtis im
minuit. Quare si Iouem ex rebus gestis & ex moribus hoĩem fu
isse in terraq; regnasse deprehendimus: superest ut mortẽ quoq;
eius inuestigemus. Ennius in sacra historia descriptis omnibus

quę in uita sua gessit ad ultimũ sic ait. Deinde Iupit᷑ postq̃ terras
q̃nq̃es circuiuit: oĩbusq; amicis atq; cognatis suis ĩperiũ diuisit:
reliq̃tq; hoĩbus leges: mores: frumẽtaq; parauit: multaq; alia bo
na fecit: ĩmortali gloria memoriaq; affect⁹ sẽpiťna monumenta
suis reliq̃t: ętate p̃sũmata ĩ creta uitã cõsũmauit: et ad deos abiit.
Eũq; curetes filij sui decorauerũt curauerũtq; eũ: & sepulchꝝ ei⁹
ẽ ĩ creta ĩ oppido genoso: & dicit᷑ Vesta hãc urbẽ creauisse ĩ quo
sepulchro ei⁹ est inscriptũ antiq̃s litteris gręcis. ζευσ κρόνου. i.
latine, Iupiter Saturni. Hoc certe non poetę tradunt: sed antiqua
rum rerum scriptores: quę adeo uera sunt: ut ea sibyllinis uersi
bus confirmentur: qui sunt tales. Δαίμονεσ ἀψύχουσ, νεκ
ύων εἴδωλα καμόντων, ὧν κρήτη κάνχημα τάφουσ
ἡ δυσμορoσ ἕξει. i. demones inanimes cadauerum simulacbra
mortuorum: quoꝝ sepulcbra habet creta male peritura. Cicero
de natura deoꝝ cum tres Ioues a theologis enumerari diceret: ait
tertium fuisse cretensem Saturni filium: cuius in illa insula sepul
cbrum ostendit᷑. Quomodo igit᷑ põt deus alibi esse uiuus: alibi
mortuus: alibi babere templum: alibi sepulcbrum? Sciãt ergo ro
mani, capitolium suum: id est summum caput religionum suaꝝ
publicarum, nibil esse aliud q̃ inane monumentum. Veniamus
nunc ad eius patrem: qui añ regnauit: & qui fortasse plus babebat
in se: q̃ ex coitu tãtoꝝ elementoꝝ genitus esse dicat᷑. Videamus
q̃d in eo fuerit deo dignũ. In p̃mis illud quod aureum sęculum
narratur babuisse: q̣ iustitia sub eo fuerit in terra. Teneo aliq̃d ĩ
eo quod in eius filio non fuit. Quid enĩ tã cõueniẽs deo q̃ iustuꝫ
regimen ac piũ sęculũ? Sed cũ eadẽ rõe natũ eẽ cogito: nõ possũ
putare deũ summũ: q̃d uideam eẽ aliq̃d antiquius, cęlũ atq; terram.
At ergo deum quęro ultra quẽ nibil est omnino: qui fons & ori
go sit rerum. Hic sit necesse est: qui cęlum ipsum cõdidit: terrãq;
fundauit. Saturnus autem si ex bis natus est ut putatur: quemad
modum potest esse deus p̃ncipalis: qui aliis ortum suum debet?
Aut quis pręfuit mundo: antequam Saturnus gigneretur? Sed
boc poeticum est (ut dicebam ante) figmentum; nec enim fieri po
terat: ut elementa insensibilia tantoq; interuallo separata in unuꝫ
coirent ac filium procrearent: aut is qui natus esset non potentis
simum genitoribus similis existeret: sed eã formam gereret: quã
parẽtes sui ñ babebãt. Quęram⁹ ergo q̃d ueritatis sb̃ bac figura

latcat. Minutius foelix in eo libro q octauius inscribitur sic argu
mētatus ē. Saturnū cū fugat⁹ eēt a filio ī italiāq; uenisset, cęli filiū
dictū, q soleam⁹ eoꝝ, quoꝝ uirtutē miremur ad eos, q repētine
aduenerit de cęlo cecidisse dicē: terrę aūt q ignotis parentib⁹ na
tos filios nominem⁹. Sūt hęc qdē similia ueri nō tñ uera: q con
stat etiā tū cum regnaret ita eē habitū. Potuit & sic argumentari. Sa-
turnū cū potētissim⁹ rex eēt ad retinēdā parētū suoꝝ memori
am nomina eoꝝ cęlo terręq; indidisse: cū hęc prius aliis uocabu
lis appellarent: qua rōne et montibus & fluminibus nomina sūt
imposita. Neq; enī cum dicunt poetę de progenie Athlantis aut
Inachi fluminis: id potissimum dicūt homines ex rebus sensu ca
rentibus potuisse generari: sed eos utiq; significant q nati sūt ex
his hominibus: qui uel uiui uel mortui nomina mōtibus aut flu
minibus indiderunt. Nam id apud ueteres maxime grecosque
usitatum fuit: sic maria eorum traxisse nomina accipimus: qui
deciderant in ea: ut Egeum Icarium hellespontū: et in latio Auē
tinus uocabulum monti dedit ī quo sepultus est. Tyberinus uel
tyberis, amni quo mersus est. Non ergo mirandū si nomina eo
rum cęlo terręq; attributa essent: qui reges generant potentissi-
mos. Apparet ergo non e cęlo natum esse: quod fieri non potest
sed ex eo hoc homine: cui nomē Vrano fuit: quod esse ueꝝ Tris
megystus auctor est: q cum diceret admodum paucos extitisse: ī
quib⁹ esset perfecta doctrina, in his, Vranum, Saturnū, mercuriū,
noīauit cognatos suos. Hęc ille, q ignorauit alio traduxit histo
riā: qui quomodo potuerit argumentari ostendi: nunc dicā quo
modo: ubi: a quo sit hoc dictum. Non enim Saturnus hoc: sed
Iupitē fecit, in sacra hostoria sic Ennius tradit. Deinde Paneū de
ducit in montem: qui uocatur cęli stella. Postq̄ eo ascēdit cōtem
platus est late terras: ibiq; in eo monte arā creat cęlo: primusque ī
ea ara Iupiter sacrificauit: in eo loco suspexit in cęlum: quod nūc
nos nominamus: idque quod supra mundum erat: quod ęther
uocabatur, de sui aui nomine cęlo nomen indidit. Idq; Iupiter
quod ęther uocatur placans, primus cęlum nominauit: terręque
hostiam: quā ibi sacrificauit totā adoleuit. Nec hic tantū sacrifi
casse Iupit inuenitur. Cęsar quoq; in arato refert Agloastenem
dicere Iouem: cum ex insula naxo aduersus titanas proficiscere-
tur & sacrificiū faceret in littore: aquilā ei in auspiciū aduolasse

quã; uictor bono omine acceptã tutelę suę ascripsit. Sacra uero historia & aũ cõsedisse illi aqlã ĩ capite:atq; ei regnũ portẽdisse testat̃. Cui ergo sacrificare Iupiter potuit nisi cęlo auo: quẽ dicit Euhemerus ĩ oceania mortuũ : & ĩ opido aulatia sepultum?

Capitulum.xii. Quomodo stoici figmenta poetarum ad philosophicam transferant rationem.

Voniam reuelauimus mysteria poetaꝝ,& Saturni parẽtes inuenimus,ad uirtutes eius & facta redeamus. Iustus in regno fuit:primum ex hoc ipo iã deus nõ est :q fuit. Denique quod ne iustus quidem fuit:sed impius nõ modo in filios: quos necauit uerum etiam in patrem:cui dicitur abscidisse genitalia : quod forsitan uere acciderit. Sed homines respectu elementi: quod dicit̃ cęlum totam fabulam explodũt:tanq̃ ineptissime fictam:quam tamẽ stoici(ut solent)ad rationem physicam conãtur traducere: quorum sententiam Cicero de natura deoꝝ disserens posuit. Cęlestem, inquit, altissimam ętherearq; naturã: id est igneam :quę per sese oĩa gigneret:uocare uoluerũt ea parte corporis:q̃ cõiunctione alterius egeret ad procreandum:quę ratio in Vestam potuit conuenire:si mas diceretur. Iccirco enim uirginem putãt Vestam; quia ignis inuiolabile sit elementum:nihilque nasci posse ex eo: quippe qui omnia quę arripuerit assummat. Ouidi⁹ ĩ fastis. Nec tu aliud Vestam q̃ uiuam intellige flammam . Nataque de flamma corpora nulla uides . Iure igitur uirgo est:quę semina nulla remittit nec capit:& comites uirginitatis amat. Vulcanoque id potuit ascribi:qui quidem putatur ignis:et tamen poetę eum nõ absciderunt. Potuit & soli:in quo est natura & causa gignentiũ: nam sine solis igneo calore:neq; nasci quicq̃:augeri potest:ut nulli alii elemento magis opus sit genitalibus q̃ calori:cuius fętu cõcipiuntur:nascuntur:sustentantur omnia. Postremo etiam si ita sit;ut uolunt,qui magis abscissum cęlo putemus:q̃ omnino sine genitalibus natum? Nam si per se gignit non indigebat utiq; genitalibus:cum Saturnum ipm procrearet. Si uero habuit : & a filio abscissa sunt:ort⁹ rerum & natura omnis interisset. Quid q̃ ipsi Saturno non diuinum modo sensum:sed humanum quoq; adimunt:cum affirmant esse eum Saturnum:qui cursum & conuersionem spaciorum ac temporum continet? Eũq; grece idipm

nomen habere ΚΡΌΝΟΝ enī dicit̃:q eſt idē quod ſpaciū tēporis. Saturn⁹ enī ē appellat⁹ ꝙ ſaturet̃ ānis. Hęc Ciceronis uerba ſunt exponētis ſnīam ſtoicoꝝ:q̄ q̄ uana ſit cui uis ītelligē promptiſſimū ē. Si enī Saturn⁹ cęli ē fili⁹:q̄uo potuit aut tēpus e cęlo gigni? aut cęlū a tempore abſcīdi?aut poſtea tēp⁹ īperio ſpoliari a filio Ioue:aut quomodo Iupiter natus eſt ex tempore:aut quibus annis ſaturari poſſit ęternitas:cui nullus eſt finis?

## Capitulū.xiiij. Quomodo poetę & hiſtorici euacuant ſtoicorum traditionem de Ioue & aliis dijs.

SI ergo uanę ſunt iſtę rationes philoſophorū:quid ſupeſt niſi ut uere factum eſſe credam⁹:ideſt hominem ex homine abſciſſū:niſi forte aliqs exiſtimet dictū fuiſſe:qui timuit coheredem:cum ſi quid diuinitatis habuiſſet non patris genitalia debuerit amputare:ſed propria:ne Iupiter naſceretur:qui eum regni poſſeſſione priuauit. Idem ſororem ſuam Rheam:quam latine Opem dicimus:cum haberet uxorem : reſponſo uetitus eē dicitur mares liberos educare:quod futurū eſſet:ut a filio pelleret̃:quā rem metuens natos ſibi filios non utiqꝫ deuorabat :ut ferunt fabulę:ſed necabat:q̄q̄ ſcriptū ſit in hiſtoria ſacra Saturnū & Opem:cęteroſqꝫ tunc homines humanam carnem ſolitos heſitare. Verum primum Iouem leges hominibus moreſqꝫ condētem edicto prohibuiſſe ne liceret eo ciboueſci:quod ſi uerū eſt quę poteſt in eo fuiſſe iuſticia? Sed fictum ſane putemus Saturnum filios deuoraſſe modo cum aliqua ratione. Nūc iccirco qđ ait uulgus comediſſe filios eum qui extulerit ſepulturęque mandauerit. Ops autem cum Iouem peperiſſet ſubtraxit infantē:eūqꝫ nutriendum furtim miſit in cretam. Rurſum imprudentiam reprehendam neceſſe eſt . Cur enim reſponſum ab alio accępit potius?Cur in cęlo conſtitutus in terra non uidebat? Cur cum coribantes cymbalis fefellerunt?Poſtremo cur extitit aliqua uis potētior aut maior:quę illius uinceret poteſtatem ? Nimirum ſenex a iuuene facile uictus eſt:ac ſpoliatus imperio:fugit igitur expulſus:& in italiam nauigio uenit cum erraſſet diu: ſicut Ouidius ī faſtorum libris refert.Cauſa ratis ſuper eſt tuſcum rate uenit ad amnem:Ante pererrato falcifer orbe deus.Hunc errantem atque

inopem Ianus excępit: cuius rei argumēta sunt nummi [illegible]
in quibus est cum duplici fronte Ianus. Et in altera parte [illegible]
sicut idem poeta subiecit. At bona posteritas puppim formauit in
ęre: hospitis aduentum testificata dei. Omnes ergo non tantum
poetę: sed historiarum quoque ac rerum antiquarum scriptores homi
nem fuisse consentiunt: qui res eius in Italia gestas memorię pro
diderūt. Gręci Diodorus & Tallus: latini Nepos & Cassius &
Varro: nam cum agresti quodam more in Italia uiueretur: is ge
nus indocile ac dispersum montibus altis composuit: legesque
dedit: latium & uocari maluit; his quoniam tutus latuisset ī oris.
Censet ne aliquis deum esse: qui pulsus est: qui fugit: qui latuit?
Nemo tam stultus est: qui enim fugit aut latet & uim & mortem
timeat necesse est. Orpheus quia temporibus eius recentior fuit
aperte Saturnum in terra & apud homines regnasse cōmemorat
πρῶτιϛος μὲν ἄναξεν ἐπὶ χθονίων κρόνος ἀνδρῶν. ἐκ
δὲ κρόνου γένετ' ἄναξ μέγας εὐρύοπα ζεύς: idest primus
quidem regnauit terrestrium Saturnus uirorum: ex Saturno aūt
generatur ipse rex magnus latus uisibus Iupiter. Item noster Ma
ro. Aureus hanc uitam in terris Saturnus agebat. Et alio loco, Au
rea ut perhibent, illo sub rege fuere Secula sic placida: populos in
pace regebat. Neque superius dixit in cęlo egisse uitam: neque inferi
us superos in pace rexisse. Vnde apparet illum regem fuisse ter
renum: quod alibi apertius declarat. Aurea cōdet sęcula: qui rur
sus latio regnata per arua Saturno quondam. Ennius quidem in
Euhemero non primum dicit regnasse Saturnum: sed Vranum
patrem. Initio inquit primus in terris imperium summū Celus
habuit: is id regnū una cū fratribus suis instituit atque parauit. Nō
magna dissentio: si quidē maximorum auctorum de filio ac patre du
bitatio est: sed tn̄ utrūque fieri pōt: ut & primus Vranus eminere
īter ceteros potētia coeperit: & principatū habē non regnū: postea
Saturnus maiores sibi opes comparauit: ac regium nomē asciuerit.

## Capitulum. xiiii. Quid inde Ennius doceat ī sacra historia.

NVnc quoniā ab his quę retulimus aliquātulum sacra histo
ria dissentit apiamus ea q̄ ueris litteris cōtinētur: ne poeta
rum ineptias in accusandis religionibus sequi ac probare uideamur.

Hęc enĩ uera sunt: Exin Saturnus uxorem duxit Opem. Titan q maior natu erat: postulat ut ipse regnaret: ubi Vesta matẽ eorũ & sorores Ceres atq; Ops suadẽt Saturno: ut de regno non cõce dat fratri. Ibi Titã: q facie deterior esset: q̃ Saturn⁹: iccirco & q uidebat matrẽ atq; sorores suas operã dare: ut is Saturnus regna ret: cõcessit ei ut is regnaret. Ita q pact⁹ ẽ cũ Saturno uti: si quid liberũ uirilis sexus ei natũ eẽt: ne quẽ educaret: id ei⁹ rei cã fecit: uti ad suos gnatos regnũ rediret. Tũ Saturno fili⁹: q p̃m⁹ nat⁹ ẽ, eũ necauerũt. Deinde posteri⁹ nati sũt gemini Iupitẽ atq; Iuno. Tũc Iunonẽ Saturno ĩ cõspectu dedere: atq; Iouẽ clã abscõdũt: dãtq; eum Vestę educandum celantes Saturno. Itẽ Neptunũ clam Saturno Ops parit: eumq; clanculum abscondit: ad eundem modũ tertio partu Ops parit geminos Plutonem & Glaucam. Pluto latine est Diespiter: alii Orcbum dicũt: ibi Glaucam filiã Saturno ostendunt: ac filium Plutonem celant atq; abscondunt. Deinde Glauca parua emoritur. Hęc utiq; scripta sunt Iouis fratrũ: atq; eius stirps aut cognatio in hunc modum nobis ex sacra scriptione traditum est. Item paulopost hęc refert. Deinde Titan postq̃ resciuit Saturno filios procreatos atque educatos esse clam seducit secum filios suos: qui Titani uocantur: fratremque suum Saturnum atque Opem comprehendit: eosque muro circumegit & custodiam his apponit. Hęc historia q̃ uera sit: docet Sibylla eritbręa: eadem fere dicens nisi q in paucis: quę ad rem non pertinent discrepat. Iupiter ergo liberatur summi sceleris crimine: q patrem uinxisse compedibus perhibetur. Id enim Titã patruus fecit: q ille contra pactionem iusq; iurandũ mares liberos sustulisset. Reliqua historia sic contexitur: Iouem adultum cum audiuisset patrem atq; matrem custodiis circumseptos: atq; in uincula coniectos uenisse cũ magna cretẽnsium multitudine titanũq; ac filios eius pugnando uicisse: parentes uinculis exemisse: patri regnum reddidisse: atq; ita in cretam remeasse. Post hęc deinde Saturno dacam sortem: ut caueret ne filius eum regno expelleret: illũ eleuandę sortis atq; effugiẽdi pericui gr̃a insidiatũ Ioui ut eũ necaret. Iouẽ cognitis insidiis regnum sibi denuo uendicasse ac fugasse Saturnum: qui cum iactatus esset per omnes terras persequentibus armatis: quos ad eũ cõprehendendum uel necandũ Iupiter miserat: uix in Italia locum in quo lateret inuenit.

periculi

## Capitulũ.xv. Qua ratione homines dii coeperĩt nominari.

QVibus ex reb⁹ cũ constet illos hoĩes fuisse:nõ est obscuruꝫ qua rõe dii coeperĩt noĩari. Si enĩ nulli reges añ Saturnum uel Vranũ fuerũt ꝓpť hominũ raritatẽ:q agrestẽ uitã sine ullo rectore uiuebãt:nõ ẽ dubiũ qn illis tẽporibus hoĩes regẽ ipm totãqꝫ gẽtẽ sũmis laudib⁹ ac nouis honoribus ĩctare coeperunt:ut etiã deos appellarẽt:siue ob miraculũ uirtutis,hoc uere putabant rudes adhuc & simplices):siue ut fieri solet in adulatione pñentis potẽtię siue ob bñficia:qbus erant ad hũanitatem cõpositi. Deinde ipsi reges cũ cari fuissent his:quoꝝ uitã cõposuerãt,magnum sui desiderium mortis reliquerunt. Itaqꝫ homines eorum simulachra finxerunt:ut haberent aliquod ex imaginũ cõtemplatione solatium:progressiqꝫ longius per amorem meriti,memoriã defunctoꝝ colere coeperunt:ut grãm referre benemeritis uiderenť: & successores eorum allicerent ad bene imperandi cupiditatem: quod Cicero de natura deorum docet dicens. Suscępit autem uita hominum consuetudoqꝫ communis:ut beneficiis excellẽtes uiros,in cęluꝫ fama ac uoluntate tolleret. Hinc Hercules: hinc Castor:hinc Pollux:hinc Aesculapius:hinc liber. Et alio loco,atqꝫ alio in plerisqꝫ ciuitatibus intelligi potest acuendę uirtutis grã: aut quo libentius reipublicę causa periculuꝫ adiret optimus quisqꝫ, uirorum fortium,memoriam,honore deorum immortaliũ consecratam. Hac scilicet ratione romani Cęsares suos consecrauerunt: & mauri suos reges. Sic paulatim religiones esse coepere, dum illi primi qui eos nouerant eo ritu: eos liberos ac nepõtes: deinde omnes posteros imbuerunt. Et hi tamẽ summi reges ob celebritatem nominis in prouintiis omnibus colebantur. Priuatĩ uero singuli populi gentis;aut suę urbis cõditores: seu uiri fortitudine insignes erãt: seu foeminę castitate mirabiles sũma ueneratione coluerunt:ut ęgyptii Isidem:mauri Iubam: macedones Cabyrim:poeni Vranũ:latini Faunum:sabini Xanctũ:romani Quirinũ:eodẽ utiqꝫ mõ Athenę Mineruã: samos Iunonem: paphos Venerem:lemnos Vulcanũ: naxos Liberꝫ: Apollinẽ delphos. Sic per populos atqꝫ regiones uaria sacra suscępta sũt: dumꝫ grati homines eẽ ĩ suos principes cupiunt. Et quod alios honores uita carentib⁹ deferant,inuenire non possunt. Pręterea pietas

eorum;q successerant plurimū contulit ad errorē: qui ut diuina stirpe nati uiderēt, diuinos honores parētib⁹ detulerūt: deferriq; iusserūt. An nō pōt aliqs dubitare quō religiones deoꝝ sint īsti-tutę: cū apud Maronē legat Aeneę uerba socijs īperātis! Nunc pa-teras libate Ioui, pręcibusq; uotate Anchisen genitorē: cui nō tan-tū īmortalitatē: ueꝝ etiā uentoꝝ tribuit ptātem. Poscamus uētos atq; hęc mea sacra quotannis: urbe uelit posita templis sibi ferre dicatis. Idem. s. de Ioue, Liber & Pean & Mercurius & Appollo fecerunt. Ac postea de his ipsis, successores eorum, accesserunt etiam poetę & compositis ad uoluptatem carminibus in cęlum eos sustulerunt: sicut faciunt qui apud reges etiam malos panegi-ribus mendacibus adulantur: quod malum a gręcis ortū est: quo-rum leuitas instructa, dicendi facultate et copia: incredibile ē quā-tas mendaciorum nebulas excitauerit. Itaq; admirati ęos et suscę-pęrunt, primi sacra illorum & uniuersis gentibus tradiderunt. Ob hanc uanitatem Sibylla sic eos increpat. ἑλλὰσ δὴ τί πέ-ποιθασ ἐπ' ἀνδρασ ἐν ἡγέμονασ; πρόσ τι δὲ δῶρα ματαία καταφθιμένοισ ἀνατιθῆσ θύεισ εἰδώλοισ. τίσ σοι ἐν νῷ πλάνην ἔβαλεν, ὥστε σε τάδε ποιεῖν μεγάλου θεοῦ προσώπου ἀπολελιμμένου. i. gręcia quid confidis in uiros principes? quid dona inania mortuis acquiris? immolas idolis? qui tibi in mentē errorē imposuit, dei faciem relinquēti! Marcus Tullius qui nō tantū perfectus orator: sed & philosophus fuit: si quidē solus exstitit Platonis imitator in eo libro: quo seipm de morte filię consolatus est: nō dubitauit dicere deos qui publi-ce colerentur homines fuisse. Quid ipsius testimonium eo de-bet grauissimum iudicari: quod & augurale habuit sacerdotiū & eosdem se colere uenerariq; testatur. Itaq; intra paucos uersi-culos duas res nobis dedit. Nam dum imaginem filię eodem se modo consecraturum esse profiteretur: quo illi a ueteribus sunt consecrati: et illos mortuos esse docuit: originem uanę supstitiō-nis ostendit. Cum uero, inquit, & mares & foeminas cōplures ex hominib⁹ in deoꝝ numero esse uideamus: & eorum in urbibus atq; agris augustissima delubra ueneremur: assentiam eoꝝ sapiē-tię: quoꝝ īgenijs & īuentis omnem uitam legibus & īstitutis ex-cultā cōstitutāq; habem⁹. Quod si ullū unq̄ animal consecrādū fuit: illud profecto fuit. si Cadmi aut Amphitrionis progenies

aut Tyndari ĩ cęlũ tollẽda fama fuit: huic idẽ honos certe dican
dus ẽ: qđ ꝗdẽ faciã. Teq; omniũ optimã doctissimãq; approbã
tib⁹ dijs ĩmortalib⁹ ipsis ĩ eorũ coetu locatã ad opinionẽ omniũ
mortaliũ cõsecrabo: fortasse dicat aliqs ꝑ nimio luctu delirasse
Ciceronẽ. Atq; oĩs illa oratio & doctrina & exemplis & ipso lo
quẽdi genere pfecta nõ ęgri: sed cõstãtis animi ac iudicij fuit. Et
hęc ipsa snĩa nullũ ꝓfert indiciũ doloris. Neq; enĩ illũ puto tam
uarie: tam copiose: tã ornate scribere potuisse: nisi luctum ei⁹ &
ratio ipsa & cõsolatio amicoꝝ & temporis lõgitudo mitigasset.
Quid ꝙ idem dicit in libris de republica: idẽ de gloria. Naꝫ de
legibus: quo in opere Platonẽ secutus, leges uoluit ponere: quib⁹
putaret usuram esse iustam: & sapientem ciuitatem, de religione
ita sanxit. Diuos & eos qui cęlestes semper habiti sunt: colunto:
& illos: quos ĩ cęlo merita locauerunt: Herculem: Liberꝝ: Aescu
lapium: Pollúcem: Castorẽ: Quirinũ. Item in tusculanis cum di
ceret totum pene cęlũ humano genere cõpletum: si uero inquit
scrutari uetera: ut ex illis ea quę scriptores gręce prodiderũt
eruere coner: ipsi illi maiorum gentium dij qui habentur a hinc
a nobis profecti in cęlum reperientur. Quare quorum demon
strãtur sepulchra in gręcia reminiscere: quoniam es initiatus q̃
tradantur sepulchra mysterijs. Tũ deniq; quã hoc late pateat ĩtel
liges: testatus est: uidelicet Attici conscientiam, ex ipsis mysteriis
ĩtelligi posse: ꝙ omnes illi homines fuerunt: q coluntur: et cũ de
Hercule: Libero: ęsculapio: Castóre: Pollúce incunctanter fatent.
De Appollĩe ac Ioue patribus eoꝝ, Itẽ de neptuno, uulcano, mar
te & Mercurio: quos maioꝝ gentiũ deos appellauit, timuit apte
cõfiteri. Et iccirco ait late hoc patere ut idẽ de Ioue cęterisq; anti
qorib⁹ dijs intelligamus: quoꝝ memoriã si eadem ratione uete
res consecrauerunt: qua se imaginem nomenq; filię consecratum
esse dicit, ignosci merentibus potest: credentibus non põt. Quis
enim tam demens qui consensu & placito innumerabilium stul
torum, aperiri cęlum mortuis arbitretur: aut aliquem, quod scele
rato homini placuit Antonioꝫ deus Quirinus, quia hoc ipse
non habeat dare alteri posse! Apud romanos deus Iulius ꝙ hoc
storibus uisum est: cum alter gemini fratris extiterit: alter pa
trię parricida: quod si consul non fuisset Antonius. C. Cęsar
pro suis in rempublicam meritis: etiã defuncti hominis honore

caruisset. Et qdem cõsilio Pisonis soceri: & .L. Cęsaris ppinqui quetabãt fun⁹ fieri. Et Dolobellę cõsul' q columnã ĩ foro: idest in titulũ ei⁹ euertit: ac foꝝ expiauit. Nã Romulũ desiderio suis fuisse declarat Enni⁹: apud quẽ popul⁹ amissũ regẽ dolẽs hęc loqtur. O Romule Romule dic q̃lẽ te patrię custodẽ dij genuerũt. Tu pduxisti nos ĩtra luminis oras. O pr̃: o genitor patrię: o sanguinẽ dijs oriũdũ: ob hͦ desideriũ facili⁹ creditũ ẽ Iulio Proculo mẽtiẽti: q subornatus a patribus est ut nunciaret plebi siue uidisse se regem humano habitu augustiorem: eumqꝫ mãdasse ad populum ut sibi delubrum fieret: se diuum esse & Quirinum uocari: quo facto & ipsi populo persuasit Romulum ad deos abiisse: & senatum suspitione cędis regię liberauit.

## Capitulũ. xvi. Qua ratione dij esse nõ possunt: quos sexus discernit. Et ꝙ in naturam dei non accidit: aut sexus: aut coitus: aut officium generandi.

POteram his quę retuli esse contentus: sed supersunt adhuc multa suscępto operi necessaria. Nam quamuis ipso religionum capite destructo uniuersa sustulerim: libet tamẽ prosequi cętera & redarguere plenius inueteratam persuasionem: tandem homines pudeat suorum ac poeniteat errorum. Magnum hoc opus & homine dignum. Religionum animos nodis exoluere pergo: ut ait Lucretius: qui quidem hoc efficere non poterat: q̃re nihil ueri afferebat. Nostrum est hoc officium: qui & uerum deum asserimus: & falsos refutamus. Illi ergo qui poetas finxisse de dijs fabulas opinantur: et deas foeminas esse credunt et colũt: reuoluuntur imprudentes ad id quod negauerant: coire illos ac parere. Nec enim fieri potest: quin duos sexus generandi causa sint instituti. Recepta uero sexuum diuersitate non intelligunt consequens esse: ut concipiant: quod in deum cadere non potest sed ut isti putant: nã & Iouis esse filios dicunt & cęterorum deorum. Nascuntur ergo et quotidie quidẽ dij noui: nec enim uĩcũt ab hominibus fęcunditate. Igitur deoꝝ innumerabilium plena sunt omnia: nullo scilicet moriente. Nã cũ uis hominũ ĩcredibil' numerus sit inęstimabilis: quos tamen sicuti nascuntur mori necesse est. Quid deoꝝ eẽ tandem putemus: q tot sęculis nati sunt:

immortalesq̧ manserunt? Cur ergo tam pauci colunt̃? nisi forte arbitramur nõ generãdi cã: sed tantũmodo capiẽdę uoluptatis duos eẽ sexus deoꝝ: & ea exercẽ: q̃ homũculos & facẽ & pati pudet! Cũ uero dicãt̃ aliq ex aliqb⁹ nati: cõsequẽs ẽ ut semp nascãtur: si qdẽ aliqñ sunt nati: uel si aliqñ nasci desierunt scire nos cõuenit. Cur aut qñ desierint: non illepide Seneca in libris moralibus philosophię. Quid ergo est, inqt, q̃re apud poetas fallacissimus Iupit̃ desierit liberos tollere? Vtꝝ sexagenari⁹ fact⁹ est: & illi lex papia tabulã imposuit! An imperauit ius triũ liberorum: an tandem illi uenit in mentem ab alio expectes, alteri quod feceris! Et timet ne quis sibi faciat: quod ipse Saturno! At isti q deos asserunt uideant quomodo respondeant huic argumento quod inferemus. Si duo sunt sexus deorum: sequitur concubit⁹. Si coeunt: & domos habeant necesse est. Nec enim carent uirtute ac pudore: ut hoc promiscue aut in propatulo faciant: sicut multa uidemus facere animalia. Si domos habent consequens est: ut & urbes habeant: & quidẽ auctore Nasone qui ait. Plebes habitat diuersa locis, ac fronte potẽtes / Cęlicolę, clariq̧ suos posuere penates. Si habent urbes: & agros igitur habebunt. Iam quis nõ uideat quę sequantur: arare illos & colere quod uictus causa fit: ergo mortales sunt: quod argumentum idem retrouersuꝫ ualet. Si enĩ agros non habent: nec urbes quidem. Si urbes non: nec domos q̧dem. Si domibus carent: ergo & concubitu. Si concubit⁹ ab his abest: et sexus igitur foemineus. In dijs aũt uidem⁹ & foeminas esse ergo dij non sunt. Dissoluat hoc argumentum si quis põt. Ita enim res rem sequitur: ut hęc ultima necesse sit confiteri. Sed ne illud quidem dissoluet aliquis ex duobus sexib⁹ alter fortior alter infirmior est. Robustiores enim mares sunt: foeminę imbecilliores. Imbecillitas autem non cadit in deum: ergo nec foemineus sexus. Huic additur superioris argumenti extrema illa conclusio: ut dij non sint: quoniam in dijs & foeminę sunt.

climax figura

Capitulũ. xvij. Quod stoici fidem historiaꝝ & poetarum figmenta inani physiculatiõe peruertũt: & quę miserię & turpitudines de dijs referantur.

OB has rationes stoici alio uersũ deos interpretantur. Et q̧ non uident quid sit in uero, conantur eos cum rerum

naturalium ratione cõiungere: quos Cicero secutus de diis: ac religionib⁹ eoꝝ hãc sñiam tulit. Videtis ne igiť: ut a physicis reb⁹ bñ atq; utilit inuentis tracta rõ ẽ ad cõmenticios ac fictos deos: q̃ res genuit falsas opiniones erroresq; turbulẽtos supstitiones pene aniles: & formę eni deoꝝ nobis: & ętates: & uestit⁹ ornatusq; noti sũt. Genera pterea, coniugia: cognatiões oẽs: oĩaq; traducta ad siĩitudinẽ ĩbecillitatis hũanę. Quid planı⁹? Quid ueri⁹ dici põt Romanę philosophię pnceps: & amplissimo sacerdotio p̃dit⁹ cõmẽticios ac fictos deos redarguit: quoꝝ cultus supstitiones pene aniles esse testať: falsis opinionibus erroribusq; turbulẽtis implicatos esse homines queritur? Nam totus liber tertius de natura deoru; omnes funditus religiones euertit ac delet. Quid ergo a nobis expectatur amplius? Num eloquentia superare possumus Ciceronem? minime id quidẽ: sed fiducia illi defuit ignoranti ueritatem: quod ipse simpliciter in eodem opere confiteť. Ait enim facilius se posse dicere quid non sit: q̃ quid sit · hoc est falsa se intelligere uera nescire. Clarum est igitur homines fuisse illos: qui dii putantur. Et eorum memoriam post mortem consecratam: ideo etiam ętates diuersę sunt: & certę imagines singulorum q̃ in eo habitu, & ętate singulorum simulachra configurata sunt: in qua quenq; mors deprehendit. Consideram⁹ si placet erũnas infęlicium deorum: Isis filium perdidit: Ceres filiam expulsam & per orbem terrę iactatam: Latona uix insulam paruã in qua pareret inuenit: Deum mater & amauit formosum adolescentẽ & eundem cum pellice deprehensum exectis uirilib⁹ se ĩuıꝝ reddidit. Et nũc a gallis sacerdotibus sacra eius celebrantur. Iuno Pellices acerrime persecuta est: quia parere ip̃a nõ potuit ex fratre. Insulam samũ scribit Varro prius partheniam nominatam, ꝗ ibi Iuno adoleuerit: ibiq; etiã Ioui nupsit: itaq; nobilissimum & antiqssimũ templum eius est Sami: & simulachrum in habitu nubentis figuratum: & sacra eius anniuersaria nuptiaru; ritu celebrantur. Si ergo adoleuit: si fuit uirgo primo postea mulier: hominem fuisse qui non intelligit, pecudẽ se fatereť? Quid loquar obscoenitatem Veneris omnium libidinibus prostitutę: non deorum tãtum: sed etiam hominum? Hęc enim ex famoso Martis stupro genuit Harmoniam: ex Mercurio hermaphroditum: qui est natus Androginus: ex Ioue cupidine;: ex Anchisa

Aeneam ex hithe Herichen. Ex Adone qde; nullũ potuit q etiã tũ puer ab apro ictus, occisus ẽ: q̃ pma ut ĩ historia sacra cõtinet artẽ meretriciá ĩstituit: auctorq; mulierib⁹ ĩ cypro fuit: uti uulgo corpoꝝ q̃stũ facerẽt. Qd' iccirco ĩperauit, ne sola pręt' alias mulieres ĩpudica & uiroꝝ appetẽs uideret. Etiã ne habet hęc aliqd numinis: cui⁹ plura numerãt adulteria q̃ part⁹. Sed ne illę quidẽ uirgines illibatam castitatem seruare potuerunt. Vnde enim putemus Erichthonium eẽ natũ: an ex terra: ut poetę uideri uolũt? At res ipsa clamat. Nam cũ Vulcanus diis aema fecisset: eiq; Iupiter optionem dedisset pmii quod uellet postulandi: iurassetq; ut solebat per infernam paludem: se nihil negaturum: tum faber claudus Mineruę nuptias postulauit. Hic Iupiter optimus maximus tanta religione constrictus abnuere non potuit: Mineruam tamen monuit repugnare pudicitiamq; defendere: tũ in illa colluctatione Vulcanum in terram profudisse aiunt semẽ unde sit Erichthonius natus: idq; illi nomen impositum: ἀπὸ τῆσ ἐρίδοσ καὶ χθονόσ. idest ex certamine atq; humo. Cur igitur uirgo eum puerum cum dracone conclusum & obsignatum tribus uirginibus cecropidis commendauit: euidẽs ut opinor incestũ: quod nullo modo tolerari possit. Altera cum pene amatorem suum perdidisset: qui erat turbatis distractus ęquis: pręstantissimum medicum Aesculapium curando iuueni aduocauit: eumq; sanatũ secretis alma recondit sedibus. & Nymphę egerię: nemoriq; relegat. Solus ubi in syluis italis ignobil' ęuum exigeret: uersoque ibi nomine uirbius esset. Quid sibi uult hęc tam diligens tam solicita curatio? Quid secretę sedes? Quid relegatio uel tam longe: uel ad mulierem: uel ad insolitudinem? Quid deinde nominis commutatio? Postremo quid equorũ tam ptinax abominatio? Quid significãt hęc omnia nisi cõsciẽtiaꝫ stupri: aut amorẽ minime uirginalem? Erant plane: cur tantum laborem pro cã fideli iuuene susciperet: qui amanti nouercę obsequm pnegaret.

## Capitulum. xviii. Quomodo refellantur hi qui deos esse factos ex hominibus mentiantur.

HOc in loco refellendi sunt etiam hi qui deos ex hominib⁹ esse factos non tantum fatentur: sed ut eos laudent etiam

gloriant̃ aut uirtutis gr̃a:ut Herculē:aut munerũ:ut Cererem ac Liberũ:aut artiũ repertarũ:ut Aesculapiũ uel Mineruã. Hęc uero q̃ iepta sint:q̃q; nõ digna ꝓpt̃ q̃ hoĩes ĩexpiabili se scelere cõtaminent:hostesq; deo uero fiãt:q̃ cõtẽpto mortuorũ sacra suscipiũt ex singulis reb⁹ ostẽdã. Virtutē eē dicũt:q̃ hoĩem tollat in cęlũ: nõ illã de qua philosophi dixerũt:quę posita est in bonis animi sed hanc corporalem quę dicitur fortitudo:quę quoniam precipua in Hercule fuit:immortalitatem meruisse creditur. Quis tã stulte ineptus est:ut corporis uires diuinum uel etiam humanũ bonum iudicet:cum sint et maiores,pecudibus attributę:ut uno morbo sępe frangãtur:uel ipsa senectute oculi minuantur et corruant? Itaq; idem ille cum deformari ulceribus thoros suos cerneret:nec sanari se uoluit:nec senem fieri:ne quãdo seipso minor aut deformior uideretur. Hunc ergo quo uiuum seipsum combusserat,ascendisse in cęlum putauerunt:eaque ipsa quę stultissime admirati sunt,simulachris & imaginibus compressa & consecrata posuerunt:ut imperpetuum uanitatis eorum monumenta pręstarent:qui ob necē bestiarum deos fieri credidissent. Sed hęc grecorum fortasse culpa sit:qui res leuissimas pro maximis semp habuerũt. Quid nostri num sapientiores:q athleticã q̃dē uirtutem cõtemnunt? quia nihil obest sed regiam: quia late solet nocere:sic admirant̃ ut fortes & bellicosos duces in deorũ coetu locari arbitrentur. Nec esse ullã aliã ad ĩmortalitatem uiã:q̃ exercitus ducere:aliena uastare:urbes delere,oppida excidere:liberos populos aut trucidare:aut subicere seruituti:uidelicet quo plures homines afflixerint:spoliauerint:occiderint:eo se nobiliores & clariores putant:& inanis glorię specie capti scelerib⁹ suis nomē uirtutis imponunt. Iam mallem ut a ferarũ cędibus deos sibi fingerent:q̃ immortalitatem tam cruentam probarent. Si quis unũ hominem iugulauerit pro contaminato ac nefario habetur. Nec ad terrenum hoc domicilium deorum admitti eum fas putant. Ille autem qui infinita hominum milia trucidauerit:cruore campos ĩundauerit:flumina ĩfecerit:non mõ in templũ: sed etiã in cęlum admittitur. Apud Enniũ sic loquit̃ Africanus. Sic fas cedendo cęlestia scandere cuiq̃ est:mihi soli cęli maxima porta patet:scilicet quia magnam partem generis humani extinxit ac perdidit. O quãtis in tenebris Africane uersat⁹ es:uel poti⁹ o poeta

qui per cędes & sanguinē patere hominib⁹ ī cęlū ascensū putaue
ris. Cui uanitati etiā Cicero assentit. Est uero īquit Africane: naꝫ
& Herculi eadē ipa porta patuit, tāq̄ ipe plane, cū id fieret ianitor,
fuerit ī cęlo: eq̄dē statuere nō possū dolēdū ne poti⁹, ridendū an
putē: cū uideā & graues & doctos & (ut sibi uident) sapiētes ui
ros: ī tā miserādis erroꝝ fluctib⁹ uolutari: sed hęc ē uirtus q̄ nos
īmortales facit: mori q̄dē malī q̄ exitiū eē q̄plurimis: si aliť para
ri īmortalitas nō pōt: nisi ꝑ sanguinē: quid fiet: si omnes ī cōcor
diam cōsenserīt. Quod fieri pōt: si pernitioso & impio furore
proiecto īnocentes esse ac iusti uelīt. Num igitur nemo erit cęlo
dignus? Num peribit uirtus: quia hominibus in homines sęuire
non dabitur? Sed isti qui euersiones urbium populorumq; sum
mam gloriam computant: ocium publicum non ferent: rapient
sęuient: & iniuriis insolenter illatis, hūanę societatis foedus irrū
pent: ut habere hostem possint: quē sceleratius deleant q̄ lacesse
rint. Nunc ad reliqua pergamus. Nomē deorū Cereri ac Libero
traditio munerum fuit. Possum diuinis docere litteris: uinum
atq; fruges ante progeniem cęli; atq; Saturni fuisse in usuꝫ homi
num: sed ab his sane inuenta esse fingamus. Num potest plus ui
deri aut maius collegisse fruges: hisq; fractis panem facere docu
isse: aut uuas de uitibus lectas expressisse: uinumq; fecisse: q̄ fru
ges ipsas aut uites generasse aut protulisse de terra? Reliquerit
hęc sane deus humanis ingeniis eruenda: tamen fieri non potest
quin ipsius sint omnia: qui tribuit sapientiam homini: ut inueni
ret & ipsa illa: quę possent inueniri primus inuenit. Artes quoq;
suis inuentoribus immortalitatem peperisse dicuntur: ut Aescu
lapio medicina: Vulcano fabrica. Colamus igitur & illos q̄ ful
lonicā sutrināq; docuerūt. Cur aūt figulino reptori honos non
habetur? An quia isti diuites uasa samia cōtemnunt? Sunt & alię
artes quaꝝ repertores humanę uitę plurimū profuerūt. Cur non
etiam illis attributa sunt templa? sed nimirum Minerua est: quę
omnes reperit. Ideoq; illi opifices supplicant. Ergo ab his sordi
bus Minerua ascendit in cęlum. Est uero causa cur quisq̄ dereliu
quat eum: qui terram cum animantibus: cęlum cuꝫ astris & lumi
nibus exorsus est: ut eaꝫ ueneretur: quę telā docuit ordiri. Quid
ille qui uulnera in corporibus sanare docuit? Num potest esse
pręstantior; q̄ qui corpora ipsa formauit? sentiendi aut uiuendi

rationem dedit. Herbas deniq; ipsas & cetera quibus medendi ars constat: excogitauit atq; protulit.

## Capitulum.xix. Quod deos uanos & deum uerum nemo simul potest colere.

AT enim dicet aliquis & huic sũmo: qui fecit omnia: & illis qui partem proferunt suam, uenerationem esse tribuendã. Primum nec factum est unq̃: ut qui bos colit etiam deum coluerit: neq; fieri potest: quoniam si honos idem tribuitur aliis: ipse ideo non colitur: cuius religio est illum esse unum, ac uerum deũ credere. Clamat summus poeta eos omnes: qui inuentas uitam excoluere per artes apud inferos esse: ipsumq; illum medicinę repertorem talis & artis ad stygias undas fulmine esse detrusũ: ut intelligamus quãtum ualeat pater omnipotens: qui etiã deos fulminibus extinguat: sed homines ingeniosi hanc secum habebãt fortasse rationem: quia deus fulminari non potest: apparet non esse factum: imo uero quia factum est apparet hominem fuisse non deum. Mendacium enim poetarum non in facto sed in nomine. Metuebant enim malũ si cõtra publicã psuasionẽ faterent qđ erat uerꝫ. Qđ si hoc cõstat iter ipos, ex hominib⁹ deos factos: cur ergo nõ credunt poetis: si qñ illoꝫ fugas & uulnera: & mortes: et bella: & adulteria describũt? Quib⁹ ex reb⁹ itelligi dat nõ potuisse ullo pacto fieri deos: q̃ ne hoïes q̃dem, pbi fuerunt: eaq; in uita sua gesserunt quę mortem pariunt sempiternam.

## Capitulum.xx. De propria romanorum religione.

UEnio nunc ad proprias romanorum religiones: quoniam de communibus dixi. Romuli nutrix Lupa, honorib⁹ est affecta diuinis. Et ferrem si animal ipsum fuisset: cuius figuram gerit. Sed auctor est Liuius: larentinę eẽ simulachrum: & q̃dem non corporis: sed mentis ac morum. Fuit enim Faustuli uxor: & ,ppť uulgati corporis uilitatem Lupa iter pastores: i dest meretrix nuncupata ẽ: unde etiã Lupanar dicif. Exemplũ scilicet athenienslum in ea figuranda, romani secuti sunt: apud quos meretrix quędam nomine Leęna cum tyrannum occidisset: quia nefas erat simulachrum constitui meretricis in templo: animalis

effigiem posuerunt:cuius nomē gerebat. Itaq; ut illi monumen tū ex noīe: sic isti ex pfessione fecerūt. Huius nominis etiā dies festus dicat⁹ est, & larētilinalia cōstituta. Nec hāc solā Romani meretricē colūt: sed Faulam quoq; quā Herculis scortū fuisse Verrius scribit. Iam quanta ista immortalitas putanda sit: quā etiam meretrices assequātur. Flora cū magnas opes ex arte meretricia quęsiuisset: populū Romanū scripsit herēdē: certāq; pecuniā reliquit: cuius ex ānuo foenore suus natalis dies celebrareť editione ludorū quos appellāt floralia. Quod q; senatui flagitiosum uidebať, ab ipso nomine argumentū sumi placuit: ut pudēdę rei quędā dignitas addereť. Deā finxerūt esse: quę florib⁹ pręsit: eāq; oportere placari: ut fruges cū laborib⁹: aut uitib⁹ bene prospereq; florescerēt. Eū colorē secutus in fastis poeta non ignobilē nymphā fuisse narrauit quę sit coloris uocitata: eamq; Zephyro nuptā quasi dotis loco id accępisse muneris a marito ut haberet omniū florū ptātem. Honeste quidē ista dicunť: sed inhoneste turpiterq; credūť. Nō debēt, cū ueritas qriť, huiusmodi nos uelamēta decipere. Celebranť ergo illi ludi cū omni lasciuia cōuenīētes memorię meretricis. Nam pręter uerboꝝ licētiā; quibus obscoenitas oīs effundiť: exuūtur etiā uestibus populo flagitante meretrices: quę tunc mimorum funguntur officio: etiam in conspectu populi usq; ad satietatem impudicorum luminū cū pudendis motibus detinentur. Cloacinę simulachriū in cloaca maxima repertum Tatius consecrauit: & quia cuius esset effigies ignorabat ex loco illi nomen imposuit. Pauorem palloremq; Tullius Hostilius figurauit & coluit. Quid de hoc dicā nisi dignum fuisse, qui semper deos suos sicut optari solet pręsentes haberet. Ab hoc illud. M. Marcelli de cōsecratione honoris atq; uirtutis, honestate nominum differt, re congruit. Eadem uanitate, mentem quoq; inter deos Senatus quoque collocauit: quam profecto si habuisset eiusmodi sacra nūquam suscępisset Magnum Cicero audaxq; cōsilium suscępisse gręciā dicit: q; cupidinū & amoꝝ simulachra in gymnasiis cōsecrasset: adulat⁹ est uidelic; Athico: & irrisit hoīē familiarē. Nō est enim illud magnū aut omnino cōsiliū dicēdū fuit: sed impudicoꝝ hominum perdita & deplorata nequitia: qui liberos suos: quos erudire ad honesta deberent: prostituerunt libidini iuuentutis: a quibus

flagitiorum deos,& in illis potissimuꝫ locis: ubi nuda corpora
corruptorũ lumib⁹ patẽt: & in illa coli ętate uoluerunt: quę sim
plex & improuida prius irretit: & in laqueos põt cadere q̃ caue
re. Quid mirũ si ab hac gẽte uniuersa flagitia manarunt: apud
quã ipsa uicia religiosa sunt: eaqꝫ nonmõ nõ uitanẽ: uerũ etiã co
lunẽ. Et ideo huic sentẽtię tanq̃ gręcos prudẽtia uinceret,adiecit
Virtutes enĩ oportere non uicia consecrari. Quod si recipis o
Marce Tulli,nõ uides fore ut irrũpãt uicia cũ uirtutibus: q̃ ma
la bonis adhęrẽt & in animis hominũ potentiora sunt: quę si ue
tas cõsecrari: respõdebit tibi eadẽ illa gręcia se alios deos colere
ut ꝓsint,alios ne noceãt. Hęc enim excusatio semꝑ est eorum: q
mala sua pro diis habent: ut Romani rubiginem ac febrem: si er
go uicia cõsecrãda nõ sunt: in quo tibi assentior: ne uirtutes qui
dem. Non enim per se sapiunt: aut sentiunt: neqꝫ intra parietes:
aut ędiculas luto factas: sed intra pectus collocandę sunt: & in
terius comprehendendę ne sint falsę: si extra hominem fuerint
collocatę. Itaqꝫ pręclaram illam legem tuam derideo: quam po
nis his uerbis. Ast illa propter quę datur homini ascensus in cę
lum: mentem: uirtutem: pietatem: fidem: earumqꝫ laudum delu
bra sunt. An quin hęc separari ab homine non possunt? Si enim
colenda sint: in homine ipo necesse est sint. Si aũt sint extra ho
minẽ: quid opus est ea colere quibus careamus. Virtus colenda
est nõ imago uirtutis: & colẽda est nõ sacrificio aliquo: aut thu
re: aut precatione solemni: sed uolũtate sola aut proposito. Naꝫ
quid est aliud colere uirtutem: nisi eam comprehendere animo
& tenere: quod unusquisqꝫ simul accępit uelle consequitur? Hic
solus uirtutis est cultus: nam religio & ueneratio nulla alia nisi
unius dei tenenda est. Quid igitur opus est o uir sapientissime
superuacuis extructionibus loca occupare: quę possint humanis
usibus cedere? Quid sacerdotes constituere uana & insensibilia
cultores? Quid immolare uictimas? Quid tantos sumptus: uel
fingendis uel colẽdis imaginibus impendere? Firmius & incor
ruptius templum est pectus humanum: hoc potius ornetur: hoc
ueris illis numinibus impleatur. Has ergo falsas consecrationes
sequitur quod necesse est. Qui enim uirtutes sic colunt: id est q
umbras atque imagines uirtutem consectantur: ea ipsa quę uera
sunt: tenere non possunt. Itaqꝫ nulla in quoquã uirtus est,uicis

quod

ubiq̧ dominantibus nulla fides: omnia pro se quoq̧ rapiente ꝑ
fidia: nulla pietas nec cõ sanguineis: nec parẽtibus: parcente auari
tia & cupiditate in uenenũ & ferrũ ruete; nulla pax: nulla cõcor
dia; publice bellis seuiẽtibus: priuatis īimicitiis usq̧ ad sangui
nẽ furẽtibus: nulla pudicitia, libidinibus effrenatis omnẽ sexum
& oẽs corporis ꝑtes cõtaminãtibus nec tñ desinũt ea colere quę
fugiũt & o derũt. Colũt enĩ thure ac summis digitis: quę senti
bus intimis colere debuerũt: qui error oĩs ex illius principalis ac
summi boni ignoratione descendit. Vrbe a gallis occupata, ob
sessi ĩ capitolio Romani cũ ex mulierũ capillis tormẽta fecissẽt.
ędẽ Veneri caluę cõsecrarũt. Nõ igit̃ intelligũt q̃ uanę sint reli
giones: uel ex eo ipo q̧ eas his ineptiis cauillant̃. A lacedęmoniis
fortasse didicerãt: deos sibi ex euentis fingere. Qui cum messa
nos obsiderẽt: & illi furtim deceptis obsessoribꝰ egressi ad diri
piendã lacedęmonẽ cucurrissent: a spartanis mulieribus fusi fu
gatiq̧ sunt. Cognitis aũt hostium insidiis lacedęmonii sequebã
tur. His armatę mulieres obuiã longius exiuerũt: quę cũ uiros
suos cernerent parare se ad pugnã: qui putarent messenios esse:
corpora sua nudauerunt. At illi uxoribus cognitis & aspectu
in libidinem concitati sicut erant armati permixti sunt utiq̧ ꝑ
miscue. Nec enim uacabat discernere: sic iuuenes hasdem antea
missi cum uirginibus: ex quibus sunt parthenii nati. Propter hu
ius facti memoriã ędem Veneri armatę simulachrũ posuerũt.
Quod tam & si ex causa turpi: tamen honestius uidet̃ armatam
Venerem cõsecrasse: q̃ caluam. Eodẽ tempore Ioui quoq̧ pasto
ri ara apposita est: q̧ eos in quiete monuisset ut ex omni frumẽ
to quod habebant panem facerent: & in hostium castra iactarẽt
eoque facto soluta esset obsidione: desperantibus gallis inopia
subigi posse Romanos. Quę ista religionum derisio est: si eo
rum defensor essem quid tam grauiter queri possunt: q̃ deo no
men in tantum uenisse contemptum: ut turpissimis nominibus
ludibrio habeatur? Quis non rideat fornacem deam: uel potiꝰ
doctos uiros celebrandis fornacalibus operari? Quis cũ audiat
deam mutam, tenere risum queat? Hanc esse dicunt ex qua sint
nati lares: & ipsam laram nominãt uel larundam. Quid pręsta
re colenti potest: quę loqui nõ potest? Colitur & cęca: quę Her
culi fecit indiciũ de furto boũ: diuinitatem cõsecuta q̧ perdidit

d iii

fratrē. Et Cunina quę infantes tuetur in cunis ac fascinas summo uet. Et Sterculi⁹ q stercorādi agri rōem primus induxit. Et Tutinus in cui⁹ sinu pudēdo nubētes pręsidēt ut illaꝝ pudicitiā ꝑor de⁹ delibasse uidcaẽ. Et mille alia portēta: ut iam uaniores q hęc colēda susceperit quā ęgyptios eē dicam⁹: q monstruosa & ridicula quędā simulachra uenerātẽ & colūt: hęc tñ aliquā habēt imaginē. Quid q lapidē colūt informē atq3 rudē: cui nomē erat Termin⁹. Hic est quē ꝑ Ioue Saturn⁹ dicitẽ deuorasse: nec īmerito illi honos tribuitẽ. Nā cū Tarqni⁹ capitoliū facere uellet: eoq3 in loco multoꝝ deoꝝ sacella essent: cōsuluit eos ꝑ auguria: utrū Ioui cedere uellēt: & cedētib⁹ cęteris solus Termin⁹ māsit. Vnde illū poeta capitoli īmobile saxū uocat. Iam ex hoc ipo q̄ magnus Iupiter inuenitẽ cui nō cessit lapis: ea fortasse fiducia q illū de paternis faucib⁹ liberauerat. Facto itaq3 capitolio supra ipm Terminū foramē est in tecto relictū: ut q non cessaret libero cęlo frueretẽ: quo ipsi neqdē fruebātur: qui lapidē frui putauerūt. Et huic ergo publice supplicatur quasi custodi finiū deo: qui ñ tantum lapis sed etiam stipes interdum est. Quid de his dicam qui colunt talia: nisi ipsos potissimū lapides ac stipites esse?

## Capitulum. xxi. de sacrificijs & mysterijs eorum.

Diximus de dijs ipsis: q coluntur. Nūc de sacrificijs: ac mysterijs eoꝝ pauca dicēda sunt. Apud cypros autē humanā hostiam Ioui Theucrus immolauit. Idq3 sacrificiū posteris tradidit: quod est nuper Adriano imperante sublatum. Erat lex apud tharos inhumanam & feram gentem: ubi Diane hospites imolarent: & id sacrificium multis temporibus celebratum est. Galli Esum atq3 Theutantem humano cruore placabant. Nec latini quidem huius immanitatis expertes fuerunt. Siquidē latialis Iupiter: & nunc sanguine colitur humano. Quid ab his boni precantur qui sic sacrificāt? Aut quid tales dij hominibus pręstare possunt? quorum poenis propiciantur: sed de barbaris nō est adeo mirādum: quorum religio cum moribus cōgruit. Nostri uero qui semper mansuetudinis & humanitatis gloriam sibi uendicauerunt: nonne sacrilegis his sacris immaniores reperiuntẽ? Hi enim potius scelerati sunt habēdi: qui cū sint liberalium

disciplinarũ studiis expoliti ab humanitate desciscũt: quã q̃ ru
des & imperiti ad mala facinora bonoꝝ ignoratõe labunt. Ap
paret tñ antiquũ esse hũc immolandoꝝ hominũ ritũ. Siqdem
Saturnus in latio eodẽ genere sacrificii cult⁹ est: nõ qdem ut ho
mo ad arã immolaret: sed uti in tiberim de ponte miluio mitte
retur: qđ ex responso quodã factitatũ, Varro auctor est. Cuius
respõsi ultimus uers⁹ ẽ talis. καὶ κεφαλὰς κρονίδῃ καὶ τῷ πα
τρὶ πέμπετε φῶτα. & capita Saturnio & patri mittite lũina:
idest hominem. Quod quia uidetur ambiguum: & fax illi &
homo iaci solet. Verum id genus sacrificii ab Hercule cum ex
Hispania rediret dicitur esse sublatum ritu tamen ꝑmanente:
ut pro ueris hominibus imagines iacerentur ex scirpo: ut Oui
dius in fastis docet. Donec inde uenit thirynthius arua quot ãnis
Tristia: Leucadio sacra parata modo. Illum stramineum in a
quã misisse quirites. Herculis exemplo corpora falsa iace. Hęc
sacra uestales uirgines faciunt: ut ait idem. Tum quoq; priscoꝝ
uirgo simulachra uirorum. Mittere roboreo scyrpea põte solet
Nam de infantibus qui eidem Satueno immolabantur propter
odium Iouis: quid dicam! Non inuenio tam Babaros tam ima
nes fuisse homines: ut parricidium suum: idest tetrum atq; exe
crabile humano generi facinus sacrificium uocarent: cum tene
ras atq; innocentes animas: quę maxime est ętas parentib⁹ dul
cior sine ullo respectu pietatis extinguerẽt: immanitatemq; om
nium bestiarum: quę tamen ꝑoetus suos amãt feritate superarẽt.
O dementiã insanabilem: quid illis isti dii amplius facere non
possent: si essent iratissimi q̃ faciunt propicii! Cũ suos cultores
parricidiis inquinãt: orbitatibus mactãt: humanis sensibus spo
liãt. Quid põt esse his hominibus sancti! Aut qđ in ꝓphanis locis
faciẽt: q inter aras deoꝝ summa scelera cõmittunt! Pescenius fe
stus in libris historiarũ per satyram refert, Carthaginẽses Satur
no humanas hostias solitos immolare: & cum uicti essent ab A
gathocle rege siculorũ iratũ sibi deũ putauisse: itaq; ut diligẽti
us piaculũ soluerẽt: ducentos nobiliũ filios immolasse. tantũ re
ligio potuit suadere maloꝝ: quę peperit scelerosa atq; impia fa
cta. Cui ergo dementissimi homini illi sacrificio consulebant: homines
cum tantam partem ciuitatis occiderent: quantam fortasse ne
Agathocles quidem uictor occiderat! Ab isto genere sacroꝝ nõ

d ʒ:

minoris insanię iudicanda sunt publica illa sacra: quorum alia sũt matris, in quib⁹ homĩes suis ipsis uirilib⁹ litãt. Amputato enim sexu nõ uiros se nec foeminas faciũt. Alia uirtutis: quã eãdẽ bellonã uocãt: in qbus ipsi sacerdotes non alieno sed suo cruore sacrificãt. Sectis nãq humeris & utraq manu districtos gladios exerẽtes currũt: & efferunť & insaniũt. Optime igiť Quĩtilian⁹ in phatico istud inqt. Si de⁹ cogit irat⁹ est: etiã ne hęc sacra sunt? Nõne satius est pecudũ mõ uiuere, q̃ deos tam impios: tam prophanos: tã sanguinarios colere? Sʒ unde isti errores: & hęc tanta flagitia manauerũt: suo loco differem⁹. Interim uideam⁹ & cętera quę carẽt scelere: ne studio insectãdi uideamur eligere peiora. Isidis ęgyptia sacra sunt q̃tenus filiũ puulũ uel pdiderit uł inuenerit. Nã pmo sacerdotes eius deglabrato corpore sua pectora tundũt: lamentanť sicut ipsa cũ perdidit fecerat. Deĩde puer pducitur quasi inuẽtus, & in lęticiã luct⁹ ille mutať. Ideo lucan⁹. Nunq̃ satis quęsit⁹ Osiris, semp enĩ pdũt: semp & inueniũt. Refertur ergo in sacris imago rei quę uera gesta est: quę pfecto (si qd sapimus) declarat, mortalẽ mulierẽ fuisse ac pene orbã: nisi unicũ reperisset: qđ illũ ipsum poetã minime fugit apud quem Põpeius adolescẽs morte patris audita hęc loqť. Euoluã busto, iam numen gẽtibus, Isim. Et tectum ligno spargam per uulgus Osirim. Hic est Osiris quem Serápym & Serapidem uulgus appellat. Solẽt enĩ mortuis cõsecratis noĩa immutari: credo ne qs putet eos homines fuisse. Nam & Romulus post mortẽ Quirinus dict⁹ est. Et Ledea Nemesis: & Circę Maríca: & Ino postq̃ se pręcipitauit Leucbotea materq Matuta: & Melicertes filius eius Palęmõ atq portun⁹. Sacra uero Cereris Heleusinę nõ sũt his dissimilia. Nam sicut ibi Osiris puer planctu matris inquiritur: ita hic ad incestuʒ patrui matrimonium rapta proserpina: quam quia facibus ex ętbnę uertice accẽsis quęsisse in Sicilia Ceres diciť: idcirco sacra eius ardentium thędarum iactatione celebrãtur. Apud lãpsacum priapo lętabilis uictima est asellus: cuius sacrificiũ ratio in fastis hęc redditur. Cuʒ diu omnes ad festuʒ matris magnę conuenissent: epulisq satiati noctem lusibus ducerẽt quieuisse humi Vestam somnumq coepisse: ibi Priapum somno ei⁹ ac pudicitię insidiatũ: sed illam ĩ tempestiuo clamore aselli quo Silenus uehebať excitatã, libidinẽ uero insidiatoris

esse detectam. Hac de causa lāpsacenos asellum Priapo quasi in ultionē mactare cōsueuisse. Apud Romanos uero eūdē, uestalibus sacris in honorē pudicitię cōseruatę panib9 coronari. Quid turpius? Quid flagitiosius: q̄ si Vesta beneficio asini uirgo est? At poeta fabulā finxit. Nū ergo illud est uerius? Quid referunt hi q̄ phenomena scripserūt: tū de duabus cancri stellis loquūtur quas gręci ὄνους uocāt asellos fuisse: q̄ Liberū patrē trāsuexerint cū amnem trāsire nō posset: quorū alteri hoc pręmiū dederit: ut humana uoce loqueref. Itaq; inter eū Priapū q; ortum esse certamē: de obsceni magnitudine Priapū uictū & iratū interemisse uictorē. Hoc uero multo magis ineptū est: sed poetis licet qcq̄d uelint. Nō excutio tam deforme mysteriū: nec Priapū denudo: ne qd appareat risu dignū. Finxerūt hęc sane poetę: s; necesse est alicui9 turpitudinis tegēdę gratia ficta sint. Quę sint ergo quęramus. At ea ꝑfecto manifesta est. Nā sicut lunę thaurus mactatur: quia similiter habet cornua, & placat equo persis radiis hyperiona cinctum: ne detur celeri uictima tarda deo. Ita in hoc q; magnitudo membri uirilis enormis est: non potuit enī mōstro aptior uictima reperiri: q̄ quę ipsū cui mactatur posset imitari. Apud Lindum quod est oppidum rhodi: Herculis sacra sunt: quorū a cęteris longe diuersus est ritus. Siquidem non Euphemia (ut Gręci appellāt) sed maledictis & execratione celebrantur. Eaq; pro uiolatis habent: si qn̄ inter solemnes ritus uel impudenti alicui exciderit bonum uerbū. Cui9 rei hęc rō redditur: si tamen ulla esse in rebus uanissimis potest: Hercules cū eo delatus esset famēq; pateretur: aratorem quēdam aspexit operātem: ab eoq; petere coepit ut sibi unū bouem uenderet. Enīuero ille negauit fieri posse: quia spes sua omnis colendę terrę duob9 illis iumentis niteretur. Hercules solita uiolentia usus: q; unū accipere non potuit: utrūq; sustulit. At ille infoelix cū boues suos mactari uideret: iniuriam suam maledictis ultus est: q̄d homini eleganti & urbano gratissimum fuit. Nā dum comitibus suis epulas apparat: dūq; alienos boues deuorat illum sibi amarissime conuiciantē cum risu & cachinis audiebat. S; postq̄ Herculi diuinos honores ob admirationem uirtutis deferri placuit a ciuibus ei ara posita est: quam de facto βούζυγον. id est bouis iugū nominauit: ad quā duo uincti boues immolarentur: sicut illi

d 4

quos abstulerat aratori: eumq; ipsum sibi cōstituit sacerdotē ac prȩcepit ut hisdē maledictis semp in celebrādis sacrificiis uterer͂ ꝙ negaret se nūq̄ epulatū iocūdius. Hȩc iam nō sacra sunt: sȝ sacrilegia in qbus id sanctū dicit͂: qđ in aliis si fiat seuerissime uindicat͂. Ipsius aūt chretici Iouis sacra qd aliud qđ quō sit aut subtractus patri aut nutrit⁹ ostēdūt? Capella enim Amalthȩȩ Nymphȩque uberib⁹ suis aluit infantē: de qua Germanicus Cȩsar in arathȩo carmine sic ait. Illa putat͂ nutrix eē Iouis si uere Iupiter īfans ubera chretȩȩ mulsit fidissima caprȩ: Sidereq; claro gratū testat͂ alūnū. Huius capellȩ corio, usū esse pro scuto, Iouem contra titanas dimicantē, Musȩus auctor est: unde a poetis ȩgiochus nominat͂. Ita qcqd est gestū in abscōdendo puero idipsū per imaginē gerit͂ in sacris. Sȝ & mr̄is eius mysteriū idē cōtinet qđ Ouidi⁹ exponit in fastis. Ardua iam dudū resonāt tinnitib⁹ idȩ. Tutus ut infāti uagiat ore puer. Pars clipeos sudibus: galeas pars tundit inanes. Hoc curetes habēt: hoc coribātes opus. Res latuit prisciq; manēt imitātia facti. Aȩra deȩ comites, raucaq; terga mouent. Cymbala ꝑ galeis: ꝑ scutis tympana pulsant. Tibia dat phrygios: ut dedit ante modos. Hāc totā opinionē quasi a poetis fictā Salustius respuit: uoluitq; īgeniose interꝑtari, Cur altores Iouis dicantur curetes fuisse, sic ait: ꝙ ꝑncipes diuini ītelligēdi fuerūt, uetustatē ut cȩtera ī maius cōponētē altores Iouis celebrauisse. Quātū errauerit homo eruditus iam res ipsa declarat. Si enim princeps est Iupiter: & deorum: & religionū: si ante illum nulli dii colebant͂ uulgo, ꝙ nōdum nati fuerāt qui colūtur, apparet, Curetes ex diuerso principes fuisse diuini nō intelligendi per quos error omnis inductus est: & dei ueri memoria sublata. Ex ipsis itaq; mysteriis & ceremoniis intelligere debuerunt hominibus se mortuis supplicare. Non igitur exigo ut aliquis poetarū fictionibus credat: qui hos mentiri putat pōtificū ipsorum scripta cōsideret: & qcquid est litterarū ad sacra ptinētium reuoluat plura fortasse q̄ nos afferimus; inueniet, in qbus intelligat inania: inepta: cōmēticia esse omnia quȩ pro sanctis habent͂ Si qs autem ꝑcepta sapiētia deposuerit errorē: ꝑfecto ridebit ineptias hominū pene dementiū: illos dico qui uel inhonesto saltatu tripudiāt: uel qui nudi uncti coronati aut ꝑsonati aut luto obliti currunt. Quid de scutis iam uetustate putridis dicam!

Quę cũ portãt deos ipos se gestare humeris suis arbitrant̃. Nã Furius Bibaculus inter pręcipua pietatis exẽpla numerat̃. Qui cũ prętor esset: cũ lictoribus pręeũtibus ancilię portauit: cũ haberet magistrat⁹ beneficio muneris eius uacationẽ. Nõ ergo ille Furius: sed plane furiosus fuit: qui eũ pręturã hoc ministerio se putauit ornare. Merito igit̃ cũ hęc a uiris non imperitis ac cudibus fiãt: Lucreti⁹ exclamat. O stultas hominũ mẽtes. O pectora cęca: q̃libet in tenebris uitę: quãtisq; periculis degit̃: hoc ęui qđ cunq; est. Quis hęc ludibria nõ derideat qui habeat aliquid sanitatis? Cũ uideat homĩes uelut mẽte captos ea serio facere: quę si quis faciat in lusu, nimis lasciuus & ineptus esse uideatur.

Capitulum. xxii. Quis auctor prędictarũ uanitatum in italia apud Romanos fuerit: & quis apud alias gentes.

Harum uanitatũ apud Romanos auctor & cõstitutor Sabinus ille rex fuit: qui maxĩe animos hominũ cudes atq; imperitos: nouis supstitionibus implicauit: quod ut faceret aliq̃ cũ auctoritate: simulauit cũ dea Egeria nocturnos se habere cõgressus. Erat quędã spelunca peropaca in nemore aricino: unde riuus perenni fonte manabat. Huc se remotis arbitris inferre cõsueuerat: ut mentiri posset monitu deę cõiugis ea sacra populo se tradere: quę acceptissima dĳs essent: uidelicet astutiam Minois uoluit imitari: qui se in antrum Iouis recõdebat: & ibi diu moratus: leges tãq̃ sibi a Ioue traditas afferebat: ut homines ad parendũ nõ modo imperio sed etiã religione cõstringerz. Nec difficile sane fuit psuadere pastoribus. Itaq; põtifices: flamines salios: augures creauit: deos per familias descripsit: sic noui populi feroces animos mitigauit: & ad studia pacis a rebus bellicis auocauit. Sz cũ alios falleret: seipsum tamen non fefellit: nã post annos plurimos Cornelio & Bebio consulibus in agro scribę Petilĳ sub ianiculo arcę duę lapideę sunt reperte a fossoribus: quarũ in altera corpus Numę fuit: in altera septẽ latini libri de iure põtificio. Itẽ gręci totidem de disciplina sapiẽtię scripti: q bus religiones nõ eas modo: quas ipe instituerat: sed omnes pręterea dissoluit. Qua re ad senatum delata decretum est: ut hi libri abolerentur. Ita eos. Q. Petilius prętor urban⁹ in concione

populi cõcremauit. Insipienter id quidẽ. Quid enĩ ꝓfuit libros esse cõbustos: cũ hoc ipsum ꝙ sunt ideo cõbusti: ꝙ religionibus derogabãt, memorię sit traditũ? Nemo ergo tũc in senatu ñ stultissim⁹. Potuerãt enim & libri aboleri: & res tñ in memoriam nõ exire. Ita dũ uolũt etiã posteris approbare q̃ta pietate defenderint religiones: auctoritatẽ religionũ ipsarũ, testando minuerũt. Sed ut Pompilius apud Romanos institutor ineptaruꝫ religionũ fuit: sic ante Pompiliũ Faunus in latio: q & Saturno auo nefaria sacra cõstituit: & Picum patrẽ inter deos honorauit: & sororẽ suã Fautam Faunã eandẽq; cõiugem cõsecrauit. Quam Gabius Bassus fatuã nominatã tradidit: ꝙ mulieribus fata canere cõsueuisset: ut Faunus uiris. Eandẽ Varro scribit tantę pudicitię fuisse: ut nemo illã quoad uixerit pręter suũ uirũ mas uiderit: nec nomẽ ẹius audierit. Idcirco illi mulieres in operto sacrificãt: & bonam deam nominãt. Et. C. Sex. Clodius in eo libro quẽ gręce scripsit, refert, Fauni hãc uxorẽ fuisse: quę ꝙ cõtra morem decusq; regium clam uini ollam ebiberat & ebria facta erat uirgis mirtheis a uiro usq; ad mortẽ cęsã. Postea uero cuꝫ euꝫ facti sui poeniteꝛ: & desideriũ ei⁹ ferre ñ possꝫ diuinũ illi honorẽ detulisse: idcirco in sacris ei⁹ obuolutã uiniꝫ amphorã poni. Reliquit ergo posteris Faunus quoq; nõ parũ erroris: quem tamen prudentes quiq; pręspiciunt. Nam Lucilli⁹ eorũ stulticiã: qui simulacbra deos putãt esse: deridet his uersibus. Terricolas lamias, Fauni quas, Pompiliusq; ĩstituęre, Numęq; tremit omnia ponit. Vt pueri infantes credunt signa omnia aena. Viuere & eẽ homines: sic isti omnia ficta Vera putant: credunt signis cor inesse aenis. Pergula pictorũ: & cętera: Poeta quideꝫ stultos homines infantibus comparauit: at ego multo imprudentiores eẽ dico. Illi enim simulacbra homines dicunt uel putant: hi deos. Illos ętas facit putare quod non est: hos stulticia. Illi utiq; breui desinunt falli: hoꝝ uanitas & durat semꝑ & crescit. Sacra liberi patris primus Orpheus induxit in gręcia: primusq; celebrauit ĩ monte boetię thebis: ubi liber natus est proximo. Qui cum frequenter citharę cantu personaret: Citheron appellatus est. Ea sacra etiam nunc orphica nominantur: ĩ quibus ipse postea dilacetatus & carptus est. Et fuit per eadẽ tempora quibus Faun⁹. Sed quis etate pręcesserit dubitari potest: siquidem per eosdẽ annos

Latinus Priamusq; regnarunt. Item patres eorum Picus & Laumedon: quo regnante Orpheus cũ argonautis ad Iliensiũ littus accessit. Procedamur igit̃ ulterius & quęramus: qs õnino colendoꝝ deoꝝ prim⁹ auctor extitit. Didim⁹ in libris ἐξηγήσεως πινδαρικῆς .i. narrationis pindaricę ait. Melissea chretensiũ regẽ primũ diis sacrificasse ac ritus nouos sacroꝝq; põpas introduxisse. Huius ducis fuisse filias: Amaltheã & Melissã: quę Iouem pueꝝ caprino lacte ac melle nutrierũt. Vnde poetica illa fabula origiñe sumpsit: aduolasse apes atq; os pueri melle cõplesse. Melissam uero a patre primã sacerdotẽ matri magnę cõstitutã: unde adhuc eiusdẽ matris antistites Melissę nuncupant̃. Historia uero sacra testat̃ ipm̃ Iouẽ postq̃ rerũ potit⁹ est: in tantã insolentiã uenisse: ut ipse sibi fana multis in locis constitueret. Nã cũ terras circuiret: in quãcũq; regionẽ uenerat: reges principesue populoꝝ hospitio sibi & amicitia copulabat: & cũ a quoq; digrederet̃: iubebat sibi Fanũ creari hospitis sui nomine: q̃si ut posset amicitię & foederis memoria cõseruari. Sic cõstituta sunt tẽpla Ioui Athabirio, Ioui Labiriãdo. Athabirius enĩ & Labiriãdus hospites eius atq; adiutores in bello fuerunt. Itẽ Ioui Laprio: Ioui Molioni: Ioui Cassio: & quę sunt in eundẽ modũ: qd̃ ille astutissime excogitauit: ut & sibi honorẽ diuinũ: & ut hospitibus suis ꝑpetuũ nomẽ acqreret cũ religione cõiũctũ. Gaudebãt ergo illi, & huic imperio eius libenter obsequebant̃: & nominis sui gratia ritus annuos; & festa celebrabant. Simile quiddã in sicilia fecit Aeneas: cũ cõditę urbis Aceste hospitis nomen imposuit: ut eam postmodũ lętus ac libẽs Acestes diligeret; augeret hornaret. Hoc modo religionẽ cultus sui ꝑ orbem terrę Iupiter seminauit: & exemplũ cęteris ad imitandũ dedit. Siue igit̃ a Melisseo (sicut Didimus tradidit) colendoꝝ deoꝝ ritus effluxit: siue ab ipo quoq; Ioue: ut Euhemerus tradit. De tẽpore tamen cõstat qñ dii coli coeperint. Melisseus quidẽ multum antecessit ętate: quippe qui educauerit Iouem pronepotẽ. Et idcirco fieri potest: uel ut ante uel ut adhuc puero Ioue deos colere instituerit: idest alumni sui matrẽ & auiam tellurem: quę fuit Vrani coniunx: patrem Saturnum. Et ipse hoc exemplo atq; instituto Iouem ad tantam superbiam prouexerit: ut postea sibi diuinos honores auderet assumere.

Melissus rex, qui primum [illegible] primus sacrificasse [illegible]

Capitulum.xxiij. Quo tempore uanę superstitiones: quibus sub auctoribus.

[N]Vnc qm̄ uanarū supstitionū originē deprehēdimus: supest ut etiā tēpora colligamus: per quę fuerint illi: quoꝝ memoria colit̄. Theophilus in libro de temporibus ad Auctbolicum scripto, ait in historia sua Tallum dicere: ꝙ Belus quem babyloni & assyri colūt antiquior troiano bello fuisse inueniatur CCC.xxij annis: Belū aūt Saturno ęqualē fuisse: & utrūq; uno tēpore adoleuisse. Quod adeo uerū est: ut ratione ipsa colligi possit. Nam & Agamemnon qui gessit bellum troicum: Iouis abnepos fuit: & Achilles Aiaxq; ꝑnepotes: & Vlixes eodē gradu ꝓximus. Priamus quidem longa serie: sed auctores quidam tradunt Dardanū & Iasiū Corynthi filios fuisse: nō Iouis. Nec enim si ita fuisset: ad usus impudicos Ganymedē pronepotem suū habere potuissꝫ. Itaq; parētibus illoꝝ: quos supra nomīaui: si cōgruenter annos diuidas, numerus cōsentiet. Ab excidio autem Troianę urbis colligunt̄ anni mille quadringēti septuaginta. Ex hac temporum ratione manifestum est ante annos nō amplius q̄ mille octingentos natum esse Saturnuꝫ: qui & sator omnium deorum fuit. Non ergo isti glorientur sacrorū uetustate: quorum & origo & ratio & tēpora deprehēsa sunt. Restant adhuc aliqua quę ad arguendas religiones falsas plurimū ualeant: sed iam finem facere libro decreuī: ne modū excedat. Ea enīꝫ plenius sunt exequenda: ut omnibus refutatis quę ueritati uidentur obstare: ut homines qui honoꝝ ignorātia uagant̄ incerti: ad religionem uerā possumus imbuere. Primus aūt sapiētię gradꝰ est falsa intelligere. Secundus uera cognoscere. Ergo apud queꝫ hęc prima institutio nostra ꝑfecerit: qua falsa deteximus: excitabit̄ ad ueri cognitionem: quia nulla est homini iocūdior uoluptas & erit iam sapiētia cęlestis disciplinę dignus: quarę ad cognoscenda cętera libens ac paratus accesserit.

L. Coelij Lactancij firmiani diuinaꝝ institutionū aduersus gentes liber de origine erroris ad Cōstantinū imperatorē.

Q̨ rationis obliuio: & ignorātia sui: facit homines ingratos ueri dei: qui colitur in aduersis & in ꝓsperitate cōtēnit̄. Ca.i.

QVanq̃ primo libro religiones deorũ falsas esse mõstrauerim:q̃ hi quorum uarios dissimilesq̃ cultus:p uniuersam terrã cõsensus hominũ stulta psuasione suscepit: mortales fuerint: functiq̃ uita, diuinę necessitati morte cõcesserint:tamẽ ne qua dubitatio reliquatur:hic secũdus liber fontem ipsum patefaciet errorũ:causasq̃ omnes explicabit:quib⁹ decepti homĩes & primit⁹ deos crediderĩt:& postmodũ inueterata psuasione in susceptis prauissime religionibus pseuerauerint. Gestio enĩ coniunctis manib⁹:& hominum impia uanitate detecta, singularis dei asserere maiestatẽ, suscipiẽs utilius & maius officiũ: scilicet reuocãdi homines a prauis itineribus:& in gratiã secũ ipsos reducendi:ne se (ut quidã philosophi faciũt) tãtopere despiciant. Neue se infirmos & superuacuos:& nihil & frustra omnino natos putent:quę opinio plerosq̃ ad uicia cõpellit. Nã dum existimãt nulli deo nos esse curę:aut post mortẽ nihil esse futuros:totos se libidinibus adiciũt. Et dũ licere sibi putãt:hauriẽdis uoluptatibus sitienter incũbunt:per quas imprudentes in laqueos mortis incurrãt. Ignorãt enim quę sit hominis ratio:q̃ si tenere uellẽt:in primis deum suum agnoscerent:uirtutem iusticiamq̃ sequerentur:terrenisq̃ figmentis animas suas non substernerent: mortiferas libidinum uoluptates nõ appeterent. Deniq̃ seipsos magni ęstimarent:atq̃ intelligerẽt plus esse in homine q̃ uideť: cuius uim conditionemq̃ non aliter posse retineri: nisi cultum ueri parentis sui:deposita prauitate, susceperint. Et quidem (sicut oportet de summa rerũ sępenumero cogitans) admirari soleo, maiestatem dei singularis:quę continet regitq̃ omnia:in tantã uenisse obliuionem:ut quę sola coli debeat:sola potissimum negligatur. Homines autem ipsos ad tantam cęcitatem esse deductos:ut uero ac uiuo deo, mortuos anteferãt:terrenos autem in terraq̃ sepultos, ei qui fundator ipsius terrę fuit: & tamen huic impietati hominum, posset uenia concedi:si omnino ab ignorantia diuini nominis ueniret hic error. Cum uero ipsos deorum cultores: sępe uideamus deum summũ & cõfiteri & prędicare q̃ sibi ueniam sperare possint impietatis suę:qui nõ agnoscunt cultum eius:quem prorsus ignorari ab homine fas nõ est. Nam & cum iurant:& cum optant:& cum gratias agunt non Iouem

aut deos multos:sed deū nominãt adeo ipſa ueritas,cogente na
tura,etiā ab inuictis peccatorib⁹ erūpit.Quod quidē nō faciūt
in proſperis rebus. Nā tū maxie deus ex memoria hominū ela
bitur:cū beneficiis eius fruētes honorē dare diuinę indulgentię
debēt.At uero ſi qua neceſſitas grauis preſſerit:tūc deū recordā
tur.Si belli terror infremuerit: ſi morboꝝ peſtifera uis incubue
rit:ſi alimēta frugibus lōga ſiccitas denegauerit: ſi ſęua tempe
ſtas:ſi grādo ingruerit ad deū confugiūt:a deo petit̃ auxilium:
deus ut ſubueniat oratur:ſi qs in mari,uento ſęuiēte iactat̃,hūc
inuocāt:ſi qs aliq̄ ui affligat̃:hūc potius iplorāt. Si qs ad extre
mam mendicandi neceſſitatē deductus,uictū precibus expoſcit,
deū ſolum obteſtatur:& per eius diuinum atq; unicum nomē,
hominum ſibi miſericordiā querit. Nunq̄ igitur dei memine
runt:niſi dum in malis ſunt . Poſtq̄ metus deſeruit: & pericula
receſſerunt:tum uero alacres ad deorum templa concurrunt:his
libant:his ſacrificant:hos coronant.Deo autem:quem in ipſa ne
ceſſitate implorauerunt:ne uerbo quidem gratias agūt:adeo ex
rerum ꝓſperitate luxuria:ex luxuria uero ut uicia omnia:ſic im
pietas aduerſus deum naſcitur.Qua nam iſtud ex cauſa fieri pu
temus:niſi eſſe aliquam peruerſam poteſtatem:quę ueritatis ſit
ſemper inimica:quę humanis erroribus gaudeat:cui unicum ac
perpetuum ſit opus effundere tenebras:& hominum cęcare mē
tes:ne lucem uideant:ne denicꝫ in cęlum aſpiciant:ac naturā cor
poris ſui ſeruent.Nam cum cęteri animantes pronis corporib⁹
in humū ſpectēt:ꝙ rationem ac ſapiētiā non accęperunt: nobis
autem ſtatus erectus:ſublimis uultus ab artifice deo datus ſit:
apparet iſtas religiones deorū non eſſe rationis humanę: ꝙ cur
uant cęleſte animal ad uenerāda terręna. Parens ille noſter unus
& ſolus cum fingeret hominem:ideſt animal intelligens & rōis
capax : eum uero ex humo ſubleuauit,ad contemplationem ſui
artificis erexit:quod optime īgenioſus poeta ſignauit.Pronaq;
cum ſpectent animalia cętera terram.Os homini ſublime dedit
cęlumq; uidere,Iuſſit,& erectos ad ſidera tollere uultus. Hinc
utiq;.ἀνθρωπος greci appellauerunt:ꝙ ſurſum ſpectet.Ipſi er
go ſibi renunciant:ſeq; hominum nomine abdicant:q non ſur
ſum aſpiciant;ſed deorſū:niſi forte ad idipſum ꝙ recti ſumus,
ſine cā homini attributū putāt. Spectare nos cęlū deus uoluit:

utiq̄ nō frustra:nā & aues & ex mutis pene oīa cęlū uidēt:sȝ no bis ꝓprię datū est cęlū rigidis ac statibus uidere: ut religionem ibi quęram⁹:ut deū cui⁹ sedes illa est:quē oculis nō possum⁹aīo cōtēplemur:qd̄ ꝑfecto nō faciūt:qui ęs aut lapidē:quę sunt terra uenerant.Est aūt prauissimū:cū ratio corporis recta sit: qd est temporale:ipsum uero animuȝ qui ęternus humilem fieri:cum figura & stat⁹ nihil aliud significēt:nisi mentē hoīs eo specta re oportere quo uultū: & animū tam rectū esse debere q̄ corp⁹. ut id cui dominari debet imitetur:uerū homines & noīs sui & rationis obliti:oculos suos ab alto deiciūt:soloq̄ desigunt: atq̄ timēt opa digitoꝝ suoꝝ:q̄si qcq̄ eē possit artifice suo mai⁹.

Capitulum.ii.Quę fuerit prima causa fingendi simu lacbra.Et q̄ uerissima dei imago est homo:& q̄ extra se deum nemo fideliter colit.

Quę igitur amētia est:aut ea fingere quę ipsi postmodū timent: aut timere quę finxerint?Non ipsa inquiunt ti memus:sed eos ad quorum imaginē ficta est: & quoꝝ nomib⁹ cōsecrata sunt.Nempe ideo timetis:q̄ eos esse in cęlo arbitrami ni.Neq̄ enim si dii sunt aliter fieri potest.Cur igitur oculos in cęlū nō tollitis:& aduocatis deoꝝ nominibus in aperto sacrifi tia celebratis?Cur ad parietes & ligna & lapides potissimum q̄ illos spectatis:ubi eos esse credātis?Quid sibi tēpla? Quid arę uolunt?Quid denīq̄ ipsa simulacbra:quę aut mortuorum: aut absentium monumenta sunt?Nam omnino fingendarum simi litudinum ratio idcirco ab hominibus inuenta est:ut posset eo rum memoria retineri:qui uel morte subtracti ꝟel absentia fue rant separati.Deos igitur in quorum numero reponemus?Si in mortuorum : quis tam stultus ut colat ? Si in absentium : colen di ergo non sunt:si nec uident:quę facimus:nec audiunt quę pre camur.Si autem dii absentes esse non possunt: qui quoniam di uini sunt:in quacunq̄ mundi parte sunt uident; & audiunt uni uersa.Superuacua ergo sunt simulacbra illis ubiq̄ pręsentibus: cum satis sit audientium nomina precibus aduocare. At enim pręsentes non nisi ad imagines suas adsunt : ita plane quemad modum uulgus existimat:mortuoruȝ animos circa tumulę⁹ & corporū suoꝝ reliqas aberrare:sed tamē postq̄ deus ille pręsto

esse coepit:iam simulachro eius opus nõ est. Quero enim si qs
imaginẽ hominis peregre cõstituti cõtẽpleť sępius:ut ex ea sola
tiũ capiat absentis:num idẽ sanus esse uideať: si eo reuerso atq;
pręsente in cõtẽplanda imagine pseueret:eaq; potius q̃ ipsi⁹ ho
minis aspectu frui uelit? Minime pfecto. Et tñ hominis imago ne
cessaria tum uideť cũ pcul abest:supuacua futura cũ pręsto est.
Dei aũt cuius spiritus ac numen ubiq; diffusus, abesse nunq̃ põt,
semp,utiq; imago supuacua est:sed uerenť ne oĩs eoꝶ religio in
anis sit & uacua:si nihil in pręsẽti uideãt quod adorẽt: & ideo
simulachra cõstituũt:quę q̄ mortuorum sunt imagines:similia
mortuis sunt:omni enim sensu carẽt. Dei aũt in ęternũ uiuẽtis
uiuũ & sensibile debet esse simulachꝶ. Quod si a similitudine
id nomen accępit:quõ possunt ista simulachra deo similia iudi
cari:quę nihil sentiũt nec mouenť? Itaq; simulachruȝ dei non il
lud est:qđ digitis hominis: & lapide aut ęre: aliaue materia fa
bricať:sed ipse homo:quoniã & sentit & mouetur: & multas
magnasq; actiones habet. Nec intelligunt homines ineptissimi
q̄ si sentire simulachra & moueri possent: ultro adoratura ho
mines fuissent:a qb⁹ sunt expolita:quę essent aut incult⁹ & hor
ridus lapis:aut materia informis ac rudis:nisi fuissent ab homĩe
formata. Homo igiť illoꝶ quasi parens putãdus est:p cuius ma
nus nata sunt:p quẽ speciem:figurã:pulchritudinem habere coe
perunt. Et ideo melior est q fecit q̃ illa:quę facta sunt: & tamen
factorem ipm nemo suscipit aut ueretur. Quę fecit, timet·tanq̃
plus possit esse in opere q̃ in opifice. Recte igiť Seneca in libris
moralibus simulachra inqt deoꝶ uenerant:illis supplicant: ge
nu posito illa adorant:illis per totum assident diem aut astant:
illis stipem iaciunt:uictimas cędunt: & cum hęc tantopere susci
piant:fabros q illa fecere contẽnũt. Quid inter se tam contrari
um:q̃ statuarium despicere factorem:statuam adorare: & eũ ne
in conuictu qdem admittere: qui tibi deos faciat? Quam ergo
uim:quã potestatẽ habere possunt:cum ipse q fecit illa non habe
at:sed ne hęc qdem dare his potuit:quę habebat, uidere:audire:
loqui:moueri? Quisq̃ne igitur tam ineptus est:ut putet aliquid
esse in simulachro dei:in quo ne hominis quidem quicq̃ est pręter umbram? sed hęc nemo considerat: infecti sunt enim per
suasione:ac mentes eorum penitus fucum stulticię perbiberũt.

Adorant ergo insensibilia qui sentiunt: irrationabilia q sapiũt: exanima q uiuũt: terrena q oriunẽ e cęlo. Iuuat ergo uelut in ali qua sublimi specula constitutũ: unde uniuersi exaudire possint Persianũ illud ꝓclamare. O curuę in terras aię & cęlestiũ inanes. cęlũ potius intuemini: ad cuius spectaculũ uos excitauit ille artifex uerus deus: ille uobis sublimẽ uultũ dedit: uos in terrã curuamĩ: uos altas mẽtes & ad parentẽ suũ cũ corporibus suis erectas ad in feriora deprimitis: tanq̃ uos poeniteat non quadrupedes esse na tos: fas nõ est cęleste animal cũ terrẽnis in terramq; uergentibus adęquari. Quid uos beneficiis cęlestibus orbati: proniq; in hu mum uestra sponte ꝓcumbitis? Humi enim miseri uolutamini: cũ deorsũ quęritis quod in sublimi quęrere debuistis. Nã ista mortalium digitoꝝ ludicra, & fragilia figmenta: ex quolibꝫ ma terię genere formata qd aliud sunt terra ex qua nata sunt? Quid ergo rebus inferioribus subiacetis? Quid capitibus uestris terrã superponitis? Cuꝫ ergo uos terrę submittitis humilioresq; facitis ipsi uos ultro ad inferos mergitis: ad mortemq; damnatis: qꝛ ni hil terra inferius & humilius: nisi mors & inferi: quę si effugere uellétis subiectam pedibus uestris terram contemneritis: corpo ris statu saluo qd idcirco rectum accepistis: quo oculos atq; mẽ tem cum eo qui fecit, conferte possetis. Contẽnere autẽ & calca re terram: nihil aliud est: q̃ simulachra nõ adorare: qꝛ de terra fi cta sunt. Iteꝫ diuitias non cõcupiscere: uoluptates corporis sper nere: quia opes & corpus ipsum cuius hospitio utimur terra est. Vnum colite ut uiuatis. Moriatur enim necesse est: qui se su amq; animam mortuis ad iudicauit.

Capitulum. iiij. Quod & alij qui uidebantur sapientes: cęteris deterius peccauerunt.

SEd qd prodest ad uulgus & ad hoĩes imperitos hoc mõ cõcionari: cũ uideamus etiã doctos & prudẽtes uiros cũ re ligionũ intelligant uanitatẽ: nihilominus tamẽ etiã in his ipsis quę dãnant colendis: nescio qua prauitate pręstare. Intelligebat Cicero falsa esse quę hoĩes adorarent. Nã cũ multa dixisset quę ad euersionem religionum ualerent: ait tamen non esse illa uul go disputanda: ne suscępta publicę religionis disputatio talis

extinguat? Quid ei facies: qui cū errare se sentiat: ultro ipe in lapides impingat ut populus oīs offendatᷣ: ipse sibi oculos eruat: ut oēs ceci sint: qui nec de aliis bene mereatᷣ quos patiᷣ errare: nec de seipo q̄ alienis accedit erroribꝰ: nec utiᷣ tandē sapiētię suę bono: ut factis impleat: qđ mente pcępit: sed prudēs & sciēs pedē laqueo inserit: ut simul cū cęteris quos liberare ut prudētior debuit & ipse capiatᷣ: quin potius si qđ tibi Cicero uirtutis est: experire populū facere sapientē. Digna res est: ubi omnes eloquentię tuę uires exeras. Nō enim uerendū est ne tibi in tam bona cā deficiat oratio: q̄ sępe etiā malas copiose ac fortiter defendisti: sed nimirū Socratis carcerē times: ideoq; patrocinium ueritatis suscipere nō audes. At mortē ut sapiēs cōtēnere debuisti. Et erat multo pulchrius: ut ob bene potius dicta q̄ ob maledicta morereris. Nec tibi laudis plus philippicę afferre potuerunt: q̄ discussus error humani generis & mētes hominum ad sanitatē tua disputatione reuocare. Sꝫ cōcedamus timiditati quę in sapiēte esse nō debet. Quid ergo ipse in eodē uersatis errore? Video te terręna & manu facta uenerari. Vana esse intelligis: & tñ eadem facis: quę faciūt ipsi quos ipse stultissimos confiteris. Quid igitᷣ pfuit uidisse te ueritatē: quā nec defensurus esses: nec secuturus? Sed si libenter errant hi qui errare se sentiunt: quantomagis uulgus indoctum? quod pompis inanibus gaudet: animisq; puerilibus spectat omnia, oblectatur friuolis: & specie simulacrorū capitur? nec ponderare secum unamquāq; rem pōt: ut intelligat nihil colendum esse quod oculis mortalibus cernitur: q̄ necesse est mortale sit? Nec mirandum esse si deum non uideant: cum ipsi nequidem hominem uideant: quem uidere se credunt. Hoc enim quod oculis subiectū est: non homo sed hominis receptaculū est: cuiꝰ qualitas & figura nō ex lineamētis uasculi quo cōtinetur: sed ex factis & moribus peruidetur. Qui ergo colunt simulachra? corpora sunt hominibus carentia: q̄ se corporalibus dediderūt: ne uidēt plus aliquid mēte q̄ corpe: cū sit animi officium ea subtilius cernere quę acies corporalis non potest intueri. Quos hoīes idē ille philosophꝰ ac poeta grauiter accusat: tanq̄ humiles & abiectos q̄ contra naturę suę rationē ad ueneranda se terręna psternāt. Ait enī. Et faciūt aīos humiles formidīe diuū Depressosq; premūt ad terrā. Aliud quidem ille cū hoc diceret

ne hominem quidem

sentiebat:nihil utiq; esse colendũ q̃ dii humana nõ curẽt. Deniq; alio loco religiones deoꝝ & cultus inane esse officiũ cõfitetur. Nec pietas ulla est uelatũ sępe uideri. Vertere se ad lapide;:atq; oẽs accedere ad aras:Et ꝓcũbere humi ꝓstratũ & pãdere palmas Ante deũ:delubra nec aras sanguine multo, Spargere quadrupe dũ:nec uotis nectere uota. Quę ꝑfecto si cassa sunt:nõ oportet sublimes & excelsos aĩos auocari atq; in terrã premi: sʒ nihil ali ud q̃ cęlestia cogitare. Impugnatę sunt ergo a prudẽtiorib⁹ falsę religiones:q̃ sentiebãt eẽ falsas:sʒ nõ est inducta uera:q̃ q̃lis aut ubi esset ignorabãt. Itaq; sic habuerũt tanq̃ nulla esset oĩo: q̃ ue rã nõ poterãt inuenire. Et eodẽ mõ inciderũt in errorẽ m̃lto ma iorẽ q̃ illi q falsã tenebãt. Nã & isti fragiliũ cultores q̃uis sint in epti:q̃ cęlestia cõstituũt in rebus corruptibilibus atq; terręnis:a liqd sapiẽtię retinẽt:& habere ueniã possunt:q̃ sũmũ hoĩs of ficiũ:& si nõ re ipa:tñ ꝓposito tenẽt:siqdẽ hominũ atq; muto rũ uel solũ uel certe maximũ in religiõe discrimẽ est. Hi uero q̃ to fuerũt sapiẽtiores q̃ intellexerũt falsę religiõis errorẽ: tanto facti sũt stultiores:q̃ eẽ aliquã ueraʒ nõ putauerũt. Itaq; q̃m faci li⁹ ẽ de alienis iudicare q̃ de suis:dũ alioꝝ pręcipitiũ uidẽt:nõ ꝓspexerũt qd ãn suos pedes eẽt. In utraq; igit̃ pte:& sũma stul ticia inuenit̃ & odor qdã sapientię:ut possit dubitare quos di cas potissimũ stultiores:illos ne q falsaʒ religionẽ susceperũt:an eos q nullã. Sʒ ut dixi uenia cõcedi posset imperitis:& q se sapien tes esse nõ fateant̃:his uero nõ põt:q sapiẽtiã ꝓfessi,stulticiam po tius exhibẽt. Non sum equidem tam iniquus:ut eos putem diui nare potuisse:ut ueritatẽ per seipos inuenirent:qđ fieri ego non posse cõfiteor:sed hoc ab his exigo:ratione ipsa pręstare potue runt. Facerẽt enim prudentius si & intelligerẽt esse aliquã uerã: & falsis impugnatis,apte ꝓnunciarẽt eã quę uera esset ab homi nibus non teneri. Sʒ mouerit eos fortasse illud qđ si q̃ uera esset religio:exerceret se uidicare:ne pateret̃ eẽ aliud q̃cq̃. Videre enĩ nullo modo potuerãt:quare aut a quo:& quẽadmoduʒ religio uera opprimeret̃:quod est diuini sacramenti & cęlestis archani. Id uero nisi doceatur:aliquis scire nullo pacto potest. Summa rei hęc est. Imperiti & insipientes falsas religiões ꝓ ueris habent quia neq; uerã sciũt:neq; falsaʒ intelligũt. Prudẽtiores uero: q̃a ueram nesciunt:aut in his quas falsas eẽ intelligunt ꝑseuerant:ut

aliquid tenere uideant̃:aut omnino nihil colunt ne incidãt in errorẽ:cũ idipm̃ maximi sit erroris:uitã pecudũ sub figura hoĩs imitari:falsũ uero intelligere:est qdẽ sapiẽtię: sȝ humanę: ultra hũc gradũ ꝓcedi ab hoĩe nõ poterit. Itaqȝ multi phõꝝ religiões (ut docui) sustuler̃t:ueꝝ aũt scire diuinę ẽ sapientię. Homo aũt p seipm̃ puenire ad hãc sapiẽtiã nõ põt:nisi doceat̃ a deo. Philosophi qd̃ summũ fuit hũanę sapiẽtię assecuti sunt:ut ĩtelligerẽt qd̃ ñ sit:illud asseq nequerũt ut dicerẽt qd sit. Nota Ciceronis uox est:utinã tam facile uera inuenire possem:q̃ falsa cõuincere. Quod qꝛ uires humanę cõditõis excedit:eius officiũ facultas nobis est attributa:qbus tradidit deus sciaȝ ueritatis. cui explicãdę q̃tuor posteriores libri seruiẽt. Nũc interim falsa ut coepim9 detegamus.

Capi. iiij. Quod nil maiestatis & reuerentię habeãt idola.

Quid igitur maiestatis possunt habere simulacbra:quę fuerũt ĩ homũculi ptãte:ul'ut aliud fierẽt:ul'ut oĩo nõ fierẽt! idcirco apud Horaciũ Priapus ita loqt̃. Olim trũcus erã ficulnus inutile lignũ. Cũ faber incert9 scãnũ faceret ne Priapũ. Maluit esse deũ:de9 inde ego, furũ, auiũqȝ maxĩa formido. Quis ñ sit tãto hoc custode securus! Fures enĩ tã stulti sunt:ut Priápi tẽtiginẽ timeãt:cũ aues ipsę quas terrore falcis, aut inguinis, abigi existimãt simlacbris fabrefactis .i. hoĩuȝ plane silib9 insideãt: nidificẽt: ĩngnẽt. Sȝ Flacc9 ut satirici carmĩs scriptor, derisit hoĩuȝ uanitatẽ. Veꝝ hi q faciũt:seriã se rẽ facere opinant̃. Deniqȝ poeta maxim9: hõ in cęteris prudẽs: in solo nõ poetice: sȝ anilit̃ desipiuit: cũ ĩ illis emẽdatissimis libcis etiã fieri hoc iubet. Et custos furꝝ atqȝ auiũqȝ cũ falce saligna. Hellespõtiaci seruet tutela Priapi. Adorãt ergo mortalia: aut a mortalib9 facta: frãgi enĩ, cremari possunt ac pire: nam & tectis, uetustate labẽtib9 sępe cõminui solẽt: & cõsumpta incẽdio dilabunt̃ ĩ cinerẽ: & plerũqȝ nisi sua illis magnitudo sbuenerit: aut custodia diligẽs sepserit in prędã furib9 cedũt. Quę igit̃ insania est: ea timere: ꝑ qb9 aut ruinę aut ignes aut furta timeantur! Quę uanitas aliquã ab his spectare tutelam: quę tueri semetipsa nõ possunt! Quę puersitas ad eorum presidia decurrere: quę ipsa cũ uiolant̃ multa sunt: nisi a colentibus uindicent̃! Vbi ergo ueritas est: ubi nulla uis adhiberi põt religiõi: ubi nil qꝛ uiolari possit appȝ: ubi sacrilegiũ fieri ñ põt!

Quicq̃d aũt oculis manibusq; ſbiectũ eſt:id uero q fragile eſt: ab oĩ rõe ĩmortalitatis eſt alienũ. Fruſtra igiť hoĩes auro:ebore: gemmis deos excolũt & exornãt:q̃ſi uero ex his reb⁹ nullã poſſint cape uoluptatẽ. Quis uſus ẽ p̃cioſoꝝ muneꝝ nihil ſẽtiẽtib⁹? An ille q̃ mortuus? Pari enĩ rõe defũctoꝝ corpa odorib⁹ ac p̃ciosis ueſtib⁹ illita & cõuoluta humi cõdũt qua deos honorãt: q neq; cũ fierẽt ſentiebãt:neq; cũ colũť ſciũt. Nec enĩ ſenſum,cõſecratione,ſũpſerũt. Nõ placebat Perſio:q aurea uaſa templis inferanť: ſupuacuum putãti eẽ ĩter religiones:q nõ ſanctitatis:ſed auaritię ſit ĩſtrm. Illa enĩ ſati⁹ẽ deo,quẽ recte colas ĩferre,p munere,Cõpoſitũ ius,fas q animi ſanctoſq; receſſus Mẽtis,& ĩcoctũ generoſo pect⁹ honeſto. Egregie ſapienterq; ſenſit:ueꝝ illud ridiculũ ſbdidit. Hoc eſſe auꝝ in templis q ſint Veneri donatę a uirgine pupę:quas illa,omittẽ fortaſſe cõtempſit. Nõ uidebat.n. ſimulachra ĩpa & effigies deoꝝ,Polycleti & Eufranoris & Phydię manu,ex auro atq; ebore p̃fectas, Nihil aliud eſſe q̃ grandes pupas:nõ a uirginib⁹,quaꝝ luſibus uenia dari põt)ſed a barbatis hominib⁹ cõſecratas. Merito igiť etiã ſenũ ſtulticiã Seneca deridet. Nõ inq̃t his pueri ſumus ut uulgo diciť;ſed ſemp,ueꝝ h̃ iter eſt:q maiores nos ludimus. Ergo his ludicris & oenatis & grãdibus pupis:& unguẽta & thura & odores inferũt: his opimas & pingues hoſtias immolãt:qb⁹ eſt q̃dem os:ſed carent officio dẽtiũ. His peplos & indumẽta pręcioſa:quibus uſus uelaminis nullus eſt. His aurũ & argentum cõſecrãt:quę tã non habent qui accipiũt:q̃ qui illa donarũt Nec immerito Dionyſius ſicilię tyrannus:poſt uictoriã gręcia potitus,deos tales cõtempſit:ſpoliauit:illuſit. Si quidẽ ſacrilegia ſua,iocularibus etiã dictis,proſeq̃batur. Nam cũ Ioui olympio aureũ amictũ detraxiſſet:laneum iuſſit imponi dicens:ęſtate eſſe graue aureum: hyeme frigidum: laneum uero utriq; tempori aptum. Idem auream barbam detrahens:et Aeſculapio incõgruẽs:& iniquũ eẽ ait,Cũ apollo pr̃ ei⁹ imberbis eſſet adhuc ac lęuis,priorẽ filiũ,q̃ patrẽ,barbatũ uideri. Item pateras & exuuias:& parua quędã ſigilla quę ſimulachrorũ protentis manib⁹ tenebantur detrahebat:& accipe ſe illa non auferre dicebat. Per q̃ enim ſtultũ eſſe & ingratũ:nolle accipere ab his ultro porrigentibus:a quibus bona ſibi hoĩes precarẽtur. Hęc enim fecit impune:q rex & uictor fuit. Quĩ etiam ſecuta ẽ

eum solita foelicitas. Vixit enī usq3 ad senectutē: regnūq3 p manus filio tradidit. In eo igit̄ q̄ hoīes sacrilegia uindicare non poterāt: oportuit deos ipsos sui uīdices eē. At si humil' qd tale cōmiserit: huic p̄sto sūt flagella: ignes: eculei: cruces: et quicqd excogitare iratis & furētib⁹ licz. Sed cū puniūt dep̄hēsos ī sacrilegio ipsi de deoꝝ suoꝝ p̄tāte diffidūt. Cur enī nō illis potissimū relīquāt ulciscēdi sui locū: si eos posse aliqd arbitrāt̄: q̄n etiā putant illoꝝ numine accidisse: ut p̄dones reꝝ sacraꝝ dep̄hēsi tenerēt̄: & sęuiūt nō tā ira q̄ metu: ne si deoꝝ iniuriā nō uīdicauerit: ipsos expectāt pene īcredibili. ſ. uanitate: q nocituros sibi deos putant ob aliena scelera: q ipsis a qbus uiolati spoliatiq3 sunt: p se ipsos nihil nocē potuerūt. At enī sępe ipi quoq3 in sacrilegos uīdicauerunt, pōt id uel casu accidisse: q̄ aliqn̄ nō sēper: sed tamen paulo post: quando id acciderit ostēdam. Sed quęro cur illi tot & tanta sacrilegia in Dionysio non uindicauerint: qui non furtim sed palam deos ludibrio habuit? Cur hūc tā potentē sacrilegū a templis, a ceremoniis: ab imaginib⁹ suis nō arcuerit? Cur etiam sacris rebus ablatis ,p̄spere nauigauit: quod ,ioco, ipse testatus est ut solebat? Videtis ne, inqt comitibus suis, naufragium timētib⁹: q̄ p̄spera sacrilegis nauigatio ab ipis diis īmortalib⁹ tribuat̄? Sed hic fortasse a Platone didicerat deos nihil eē. Quid. C. Verres quē Tullius accusator ei⁹ eidē Dionysio: & Phalaridi: & tyrānis oībus cōpat: nonne omnem siciliā cōpilauit sublatis deoꝝ simulachris ornamētisq3 phanoꝝ? Ociosū est p̄seq singula. Vnū libet cōmemorare: in quo accusator, omnib⁹ eloquētię uiribus: omni deniq3 conatu uocis & corporis deplorauit. De Cerere uel cathinensi uel ętherēsi: quaꝝ alterius tanta fuit religio: ut adire tēpli ei⁹ secreta penetralia, uiris nefas eēt. Alterius antiquitas tāta fuit: ut omnes historię loquāt̄ ipsam deā fruges ī ętbnę solo, p̄mū reperisse: filiāq3 ei⁹ uirginē ex eodē loco raptā. Deniq3 gracchanis tēporib⁹ turbata republica & seditiōib⁹ & ostentis cū reptū eēt in carminib⁹ sibillynis: antiquissimā Cererē debere placari: legati sunt ętbnā missi. Hęc igit̄ Ceres uel religiosissima q̄ uidē maribus, ne adorandi qdā gratia licebat, uel antiqssima, quē: S. P. Q. R. sacrificiis donisq3 placauerat: ex arcanis & uetustis penetralibus a. C. Verre īmissis latronib⁹ seruis impune sblata ē: idē uero cum affirmaret se a siculis ut causam p̄uīcię susciperet oratū: his

accuerint

uerbis usus est sese iam ne deos quidem in suis urbibus ad quos
confugerēt habere: ꝙ eorum simulachra sanctissima. C. Verres
ex delubris religiosissimis sustulisset. Quasi uero si Verres ex
urbibus delubrisq; sustulerat: de cęlo quoq; sustulerat. Vñ ap
paret istos deos nihil habere in se amplius: q̃ mām de qua sunt
fabricati: nec imerito ad te. M. T. hoc est ad te ipsum hominē si
culi cōfugerūt quoniā triēnio sunt expti deos illos nihil ualere.
Essent enī stultissimi: si ad eos ob defendēdas iniurias hominū
cōfugissent. Qui. C: Verri ne ꝑ seipsis irati eē potuerūt. At. n.
Verres ob hęc facinora dānat⁹ ē: nō ġ dij uidicauerunt: sed Cice
ronis īdustria qua uel defensores eius oppssit: uel gratię restitit.
Quid ꝙ apud ipsum Verrem nō fuit ulla dānatio: sed uacatio:
ut queadmodū Dionysio deoꝝ spolia gestāti: dij īmortales bo
nā dederāt nauigationē: sic etiā Verri bonā qetē tribuisse uide
antur: in qua sacrilegijs suis trāquille frui posset. Nā fremētibus
postea ciuilib⁹ bellis, sb optētā dominationis ab omni piculo &
metu remotus: alioꝝ graues casus & miserabiles exit⁹ audiebat:
& q cecidisse solus omnibus stantib⁹ uidebatur: is uero uniuer
sis cadentibus solus stetit: donec illum & opibus sacrilegio par
tis & uita saciatū: ac senectute cōfectum: ꝓscriptio triumuiralis
afferret eadē scilicet quę Tullium uiolatę deoꝝ maiestatis ulto
rem. Quinetiam foelix in eo ipso fuit: ꝙ añ suā mortem crude
lissimum exitum sui accusatoris audiuit: dijs uidelicet ꝓuidenti
bus: ut sacrilegus ac prędo ille religionum suaꝝ nō añ moreret:
q̃ solatium de ultione cępisset.

¶ Capitulū. V. Q; solus omniū creator uerus de⁹ est: solusq;
colēdus: nec elemēta nec corpa cęlestia aliqd diuinitatis habēt: i
quo & stoici desipiūt: q stellas deos putāt: quę nō sua uoluntate
mouentur: sed dei: & qua ratione eas sic fieri uoluit.

QVanto igit rectius est, omissis insensibilibus, et uanis, ocu
lis eo tēdere: ubi sedes: ubi habitatio est dei ueri: q terram
stabili firmitate suspendit: qui cęlum distinxit astris fulgentib⁹:
qui solem rebus humanis clarissimum: ac singulare lumē in argu
mētū suę unicę maiestatis accēdit. Terris aūt maria circūfundit:
flumina sempiterno lapsu fluere pcępit: iussit & extēdi campos
subsidere ualles: fronde tegi syluas: lapidosos surgere montes

Quę utiq; oīa non Iupiter fecit:q añ annos mille septingētos natus ē:sed ille opifex rez mūdi melioris origo:q uocat̃ de⁹:cuius ꝑncipiū qm̄ nō pōt cōphendi:nec q̄ri debet qdē. Satis ē homini ad plenā pfectāq; prudētiā:si deū eē ītelligat:cui⁹ ītelligētię uis & sūma hęc ē:ut suscipiat & honorificet cōem parētem generis humani:& rez mirabiliū fabricatorē.uñ qdā hebētis obtutiq; cordis:elemēta,quę & facta sīt & carēt sensu tāq̄ deos adorant:q cū dei opa mirarētur:cęlū cū luminib⁹ uariis:terrā cū campis & mōtib⁹:maria cū fluminib⁹:& stagnis:& fontib⁹:eaz rerū admiratiōe obstupefacti:& ipi⁹ artificis obliti:quē uidē nō poterāt:ei⁹ opa uenerari & colere coeperūt:nec unq̄ ītelligē querūt:quāto maior q̄to mirabilior sit:q illa fecit ex nihilo:quę cū uideant diuinis legibus obsequentia:commodis atq; usibus hominum perpetua necessitate famulari:tamē illa deos existimant esse ingrati aduersus bñficia diuina:q deo & pr̄i idulgētissimo:sua sibi opa prętulerūt. Sed qd miruz si aut barbari:aut īperiti homines errāt:cū etiā pħi & stoicę disciplinę ī eadē sint opinione:ut oīa cęlestia,q mouēt,ī deoz numero habēda eē cēseant.Siqdē Lucillius stoicus apud Ciceronē sic loquitur.Hanc igit̃ in stellis cōstantiā:hāc tantā,in tā uariis cursib⁹ in omni ęternitate,cōuenientiā tempoz:non possum intelligere sine mente:rōne:consilio:quę cū in sideribus esse uideamus:non possumus ea ipsa non in deorū numero ponere.Item paulo superius. Restat inqt ut motus astroz sit uoluntarius:quę qui uideat,nō indocte solum:uerum etiā impie faciat si deos esse neget.Nos uero & qdē cōstant̃ negamus:ac uos o pħi nō solū īdoctos:& īpios:uerū etiā cęcos & ineptos:deliros probamus:q ignorātiam impitorum uanitate uicistis.Illi enī solem & lunam:uos etiam sidera deos putatis. Tradite igit̃ nobis stellaz mysteria:ut aras & tēpla singulis erigamus:ut sciamus:quo quāq; ritu:quo die colamus:qbus noīb⁹ quibus precibus aduocemus:nisi forte nullo discrimine tam innumerabiles:tā minutos deos aceruatim colere debemus.Quid q argumentū illud quo colligunt uniuersa cęlestia deos eē incōtrarium ualet.Nam si deos eē idcirco opinant̃:q cęteros & rōnabiles cursus habent:errāt.Ex hoc enī apparet deos non esse:q exorbitare illis a prestitutis itineribus non licet.Cęterum si dii essent:huc atq; illuc passim sine ulla necessitate ferrentur:sicut

exigamus

animãtes in terra:quoꝝ ꝙ liberę sunt uolũtates: huc atq; illuc uagant̃ ut libuit:et quo quãq; mens duxerit eo fert̃. Nõ ẽ igit̃ astrorũ motꝰ uolũtariꝰ sed necessariꝰ:ꝙ pręstitutis legibꝰ officiisq; deseruiũt:sed cũ disputaret de cursibꝰ sideꝝ:quos ex ipa reruꝫ ac tẽpoꝝ cõgruẽtia ĩtelligebat nõ eẽ fortuitos,existimauit uoluntarios eẽ,tãq̃ nõ possẽt tã disposite;tã ordinate moueri. nisi sensus illis ineẽt officiꝫ sui sciẽs. O q̃ difficilis ẽ ignorãtibꝰ ueritas: & q̃ facilis sciẽtibꝰ. Si motꝰ inqt astrorum fortuiti nõ sũt:nihil aliud restat:nisi ut uolũtarii sint:immo uero ut nõ eẽ fortuitos manifestum est: ita nec uolũtarios. Qũo igit̃ in cõficiẽdis itineribus cõstãtiã suaꝫ seruant:nimiꝝ deꝰ uniuersi artifex sic illa disposuit:sic illa machinatus ẽ:ut ꝑ spacia cęli,diuina & admirabili rõe decurrerẽt:ad efficiẽdas succedẽtiũ sibi tempoꝝ uarietates. An Archimedes siculus cõcauo ęre similitudinẽ mũdi ac figurã potuit machinari:in quo ita solẽ:ac lunãq; cõposuit: ut ĩęquales motus & cęlestibus similes:cõuersionibꝰ singulisq; quasi diebꝰ efficerẽt:& nõ mõ accessus solis & recessus:uel incrementa diminutionesq; lunę ueꝝ etiã stellaꝝ:uel errantiũ uel uagaꝝ:dispares cursus orbis ille dũ uertit̃ exhiberet,Deus ergo illa uera non potuit machinari & efficere:quę potuit solertia hominis imitatione simulare! Vtrum ne igitur stoicus si astrorum figuras in illo ęre pictas effictasq; uidisset:suo illa consilio moueri diceret:ac non potius artificis ingenio! Inest ergo sideribus ratio:ad pagẽdos meatus suos,apta:sed dei est illa ratio:q & fecit & regit omnia:non ipsorum siderum,quę mouentur. Nam si soleꝫ stare uoluisset,perpetuus itaq; dies esset. Item si motus,astra nõ haberẽt: quis dubitat sempiternã noctem fuisse futuram! Sed ut diei ac noctis uices essent:moueri ea uoluit:& tam uarie moueri:ut nõ modo lucis ac tenebrarum mutuę uicissitudines fierẽt:quibus laboris & qetis alterna spacia cõstarẽt:sed etiaꝫ frigoris & caloris & diuersoꝝ tempoꝝ uis ac potestas:uel generandis uel maturandis frugibus conueniret. Quam solertiã diuinę ꝑtãtis in machinandis itineribꝰ astroꝝ:ꝙ ꝓbi non uidebãt: aĩalia esse sidera putauerunt:tãq̃ pedibus & spõte,non diuina ratione,procederent. Cur aũt excogitauerit illa deus:quis non intelligit! Scilicet ne solis lumine decedente:nimium cęca nox terris atq; horrentibus tenebris ingrauesceret:noceretq; uiuentibus. Itaq; & cęlum simul

mira uarietate distinxit: & tenebras ipsas multis minutisq; lum
nibus temꝑauit. Quãto igiť Naso sapiẽtius: q̄ illi q sapiẽtię stu
dere se putant: q sentit a deo lumina illa ut horrorẽ tenebrarũ de
pellerẽt ĩstituta. Is eũ libꝝ quo phęnomena breuiť cõp̄hẽdit: his
trib⁹ uersib⁹ terminauit. Tot numero taliq; de⁹ simulachra figu
ra: Imposuit cęlo perq; atras sparsa tenebras: Clara pruinosę ius
sit dare lumina nocti. Quod si fieri non põt: ut stellę dij sint: ğ
nec sol q̄dẽ ac luna dij eẽ possunt: qm̃ luminibus astroꝝ nõ rõne
diffeciũt: sed magnitudine. Quod si hi dij nõ sunt: ğ nec cęluʒ q
dem in quo illa oĩa continẽtur.

Capitulũ. Vi. Quod nec terra: nec aqua: nec pars aliqua mũ
di: nec totus ipse deus est animatus stoici mentiuntur: qui quod
astruunt pariter & euertunt.

Similí modo si terra quã calcamus: quam subigimus & coli
mus ad uictũ: deus non est: nec campi q̄dem ac montes dij
erunt. Sed hi nõ sunt: ğ nec tellus quidem uniuersa deus uideri
põt. Item si aqua quę seruit aĩantibus ad usum bibendi aut lauan
di: deus nõ est: nec fontes quidem: ex quibus aqua ꝑfluit. Si fon
tes nõ sunt: ne flumina q̄dẽ: q̄ de fontib⁹ colligũtur. Si flumina
quoq; dij non sunt: ğ & mare: quod ex fluminibus constat deus
haberi nõ põt. Q ꝫ si neq; cęlũ: neq; terra: neq; mare: q̄ mũdi ꝑtes
sunt: dij eẽ possunt: ergo nec mũdus q̄dem totus deus est: quem
idem ipsi stoici & animantẽ & sapiẽtem eẽ contendunt. Et ꝓpte
rea deũ in quo tã incõstantes fuerũt: ut nihil dictũ sit ab his: qd'
nõ ab hisdem fuerit euersuʒ. Sic enĩ argumẽtanť fieri nõ posse ut
sensu careat: quod sensibilia ex se generat. Mũdus autem generat
hominẽ: q est sensu pręditus: ğ & ipsum sensibilẽ esse. Item sine
sensu esse non posse: cui⁹ pars habeat sensuʒ. Igitur q̄ hõ sensibil'
est: etiã mũdo, cuius pars homo est, inesse sensuʒ. Propositiões q
dem uerę sunt: & sensibile esse quod sensu pręditum gignat: &
habẽ sensuʒ: cui⁹ pars sensu aucta sit: sed assũptiões falsę: quibus
argumenta concludunt: q̄ neq; mundus generat hominem: neq;
mundi homo pars est: nã hominẽ a ꝑncipio idem deus fecit: qui
& mundũ: & nõ est mundi pars homo: sicut corporis membꝝ.
Potest enĩ mundus esse sine homine: sicut urbs & domus. Atq
ut dom⁹ uni⁹ hominis habitaculũ ẽ: & urbs unius populi: sic &

mundus domiciliũ totius humani generis. Et aliud ẽ qđ ĩcolit: aliud qđ ĩcolit. Sed illi dum studẽt id qđ falso susceꝑant cõfir mare & sensibilẽ eẽ mũdũ: & deũ: argumẽtoꝝ suoꝝ cõsequẽtia nõ uiderũt. Nã si mũdi pars ẽ hõ: & sensibilis ẽ mũdus ꝙ ĩterit. Ergo ꝙ mortalis ẽ hõ: mortalis sit mũdus necesse est: nec tantum mortalis: sed etiã oĩb⁹ morbis & passionib⁹ sbiect⁹. Et econtra rio si de⁹ ẽ mũdus: & ptes ei⁹ utiqꝫ ĩmortales sũt: ergo & hõ de⁹ ẽ: ꝙ ps ẽ (ut dicitis) mũdi. Si hõ, ergo iumẽta & pecudes: & cętera gñra bestiaꝝ: & auiũ: & pisciũ: quoniã illa eodeꝫ mõ sentiũt: & mun di ptes sunt. At hoc tolerabile est. Nã & hęc colunt ęgyptii: sed res eo ꝑuenit: ut & ranę & culices & formicę dii eẽ uideantur: ꝙ & ipsis inest sensus: & ex parte mũdi sunt: ita semper argumẽta ex falso petita: ineptos & absurdos exitus habent. Quid ꝙ idẽ ipsi aiunt: deoꝝ & hominũ cã mundum esse constructuꝫ: quasi cõmunem domum. Ergo nec mundus deus est nec animãs: si cõ structus est: animans enim nõ construitur: sed nascitur. Et si est ędificatus; & sic utiqꝫ tanq̃ domus tanq̃ nauis. Est ergo aliquis artifex mundi deus: & seorsum erit mundus q factus est: seorsũ ille qui fecit. Iam illud q̃ repugnans & absurdum: ꝙ cum cęlestes ignes cęteraqꝫ mundi elementa deos esse affirment, Item ipsum deum mundum dicunt, Quomodo potest ex deorum multorũ aceruo unus deus cõfici? si astra dii sunt: mundus ergo non deus sed domicilium deorum est. Si uero mundus deus est: ergo illa oĩa quę sunt in eo dii non sunt: sed dei mẽbra: quę utiqꝫ sola, dei no men accipere non possunt. Nec enim recte quis dixerit membra hominis unius, multos homines esse: sed tamen non est similis comparatio animalis & mundi. Animal enim quia sensu ꝑdituꝫ est: etiã membra eius habent sensum: nec nisi a corpore diuulsa putrescunt. Cuius igitur rei similitudinem gerit mundus? Nimi rum ipsi docent cum factum esse non diffitentur: ut esset diis & hominibus quasi cõmunis domus. Si ergo est constructus ut do mus: nec ipse deus est: nec elemẽta quę sunt partes eius: ꝙ neque domus habere dominium sui potest: neqꝫ illa de quibus domus constat. Non tantum igitur ueritate: sed etiam uerbis suis reuin cuntur. Sicut enĩ domus in usum habitandi facta per se nihil sen tit dominoqꝫ subięcta est: qui eam fecit aut incolit: ita mundus per se nihil sentiens: factori deo subiacet: q eum in usuꝫ sui fecit.

Capitulum. Vij. Quod dupliciter peccant insipiẽtes. Et q̃ auaritia sb optẽtu religionis colit̃, p̃ualẽte rõe ꝗ traditõe maiorũ, & qui fuerint maiores: quoꝝ auctoritas pręiudicat ueritati.

DVplici ḡ rõe peccat̃ ab insipiẽtib⁹. Primũ q̃ elemẽta idest dei opera, deo p̃ferũt. Deinde q̃ elementoꝝ ipsoꝝ figuras hũana specie cõp̄hensas colunt. Nã solis lunęq; simulacra, hũanum ĩ modũ formãt. Itẽ ignis & terrę & maris, q̃ illi Vulcanũ; uestã; Neptunũ uocãt; nec elemẽtis ipsis ĩ aperto litãt. Tãta hoĩes imaginũ cupiditas tenet: ut iã uiliora dicãt̃ illa q̃ uera sũt: auro ĩ, gemmis & ebore delectãtur. Hoꝝ pulchritudo & nitor p̃stringit oculos: nec ullã religionẽ putãt: ubicũq; illa nõ fulserit. Itaq; sb optẽtu deoꝝ auaricia & cupiditas colit̃. Credũt enĩ deos amare quicq̃d ipsi cõcupiscũt: q̃cq̃d est, p̃p̃ quod furta; & latrocinia; & homicidia quotidie sęuiũt: p̃p̃ quod bella p̃ totũ orbẽ populos urbesq; sbuertunt. Consecrant ergo diis manubias & rapinas suas: quos certe necesse est imbecilles esse: ac summę uirtutis expertes: si subięcti sunt cupiditatibus. Cur enim cęlestes eos putemus: si desiderãt aliquid de terra? Vel beatos: si aliqua re indigent? Vel incorruptos: si uoluptati habent ea: in quibus appetendis, cupiditas hominum non immerito damnatur? Veniunt igitur ad deos non tam religionis gratia: quę nulla potest esse in rebus male partis & corruptibilibus: q̃ ut aurum oculis hauriant: nitorem leuigati marmoris aut eboris aspiciant: ut ĩsignes lapillos & coloribus uestes: uel distincta gemmis fulgentibus pocula insatiabili contemplatione contrectent. Et quanto fuerint ornatiora templa & pulchriora simulacra: tanto plus maiestatis habere credãtur: adeo religio eorum nihil aliud est: q̃ q̃d cupiditas hũana mirat̃. Hę sũt religiones quas sibi a maioribus suis traditas p̃tinacissime tueri ac defendere p̃seuerant: nec considerãt quales sint: sed ex hoc p̃batas atq; ueras esse cõfidunt: q̃ eas ueteres tradiderũt: tantaq; est auctoritas uetustatis: ut inquirere in eam, scelus eẽ dicat̃. Itaq; credit̃ ei passim tãq̃ cognitę ueritati. Deniq; apud Ciceronẽ sic dicit Cotta Lucillio. Hebes Balbe: q̃d Cotta: q̃d pontifex sentiat: fac nunc ego intelligam: quid tu sentias: a te enim philosophe, rõnem religionis accipere debeo. Maioribus aũt nostris etiã nulla rõe reddita rationis, est credẽ. Si credis cur

ergo rationē requiris que pōt efficere ne credas? Si rōnē requiris & querendā putas: ḡ nō credis? Ideo enī q̄ris ut eā seq̄ris cū inueneris: docet te ecce rō: nō eē ueras religiones deoꝝ: q̄d facies? Maiores ne poti⁹ an rationē sequeris? Que q̄dē tibi nō ab alio īmuata: sed a te ipso īuēta & electa ē: cū oēs religiões radicit⁹ eruisti. Si rōnem mauis: discedere te necesse ē ab īstitutis & auctoritate maiorū: quoniā id solum rectum est, quod ratio prescribit. Si autē pietas maiores sequi suadet: fatere igitur & stultos illos fuisse: qui excogitatis contra rationem religionibus seruiunt, & te ineptum qui id colas quod falsū esse cōuinceris. Sed tamen q̄m nobis tantopere maioꝝ nomen opponitur: uideamus tamē qui fuerint maiores illi, a quorum auctoritate discedi nefas dicitur. Romulus urbem cōditurus: pastores inter quos adoleuerat conuocauit: cūq; is numerus cōdende urbi parum idoneus uideret̄: constituit asylum. Eo passim confugerūt: ex finitimis locis pessimi quiq; sine ullo cōditōis discrimine: ita cōflauit: ex his oībus populū, legitq; ī senatum eos: q etate anteibant: & patres appellauit: quorum cōsilio gereret oīa: de quo senatu Propertius elegiaꝝ scriptor hec loqtur. Buccina cogebat priscos ad uerba quirites. Centū illi in prato sepe senatus erat: Curia pretexto nunc q̄ nitet alta senatu: Pellitos habuit, rustica corda patres. Hi sunt patres quorū decretis eruditi ac prudētes uiri deuotissime seruiebant: idq; ueꝝ ac īmutabile omnis posteritas iudicet: q͂ centum pelliti senes senatū esse uoluerūt: quos tamen (ut in primo libro dictuꝫ est) Pompilius illexit ut uera crederent esse sacra: que ipse tradebat. Est uero q͂ illorum auctoritas tanti habeat̄ a posteris: quos nemo cū uiuerēt neq; sūm⁹ neq; īsim⁹ affinitate dignos iudicauit.

Capitulū. Viii. Quod ratione poti⁹ intendū ē: & que miracula scripta sunt ad confirmationem erroris multorum.

Quare oportet in ea re eē maxīe in qua uite ratio uersat̄ sibi quēq; cōfidere: suoq; iudicio ac ꝓpriis sensib⁹ niti ad inuestigādā & ꝑpendendā ueritatē: q̄ credentem alienis errorib⁹ decipi, tanq̄ ipm rationis exptem: dedit oībus deus ꝓ uirili portione sapientiam: ut & inaudita inuestigare possent & audita ꝑpendere. Nec q͂ nos illi temporibus antecesserunt, Sapientia quoq;

añcesserunt: quę si oĩbus ęqualit̃ datur, occupari ab añcedentib⁹ nõ põt: illibabilis ẽ tãq̃ lux & claritas solis: ꝙ ut sol oculoꝝ: sic sapiẽtia lumẽ ẽ cordis hũani. Quare cũ sapẽ; idest ueritatẽ q̃rere oĩb⁹ sit inatũ, sapiẽtiã sibi adimũt: q sine ullo iudicio iuẽta maiorũ ꝓbãt: & ab aliis pecudũ more ducũt̃: sed h̃ fallit ꝙ maiorũ noĩe posito nõ putãt fieri posse, ut aut ipi plus sapiãt: ꝙ minores uocãt̃: aut illi desipuerĩt: ꝙ maiores noĩant̃. Quid ḡ ĩpedit quin ab ipsis sumam⁹ exẽplũ? Aut qũo illi qui falsa ĩuenerãt posteris tradiderũt: sic nos q ueꝝ ĩuenim⁹ posteris meliora tradam⁹. Sup est ingens q̃stio cui⁹ disputatõ nõ ab ingenio sed a sciẽtia uenit: quę plurib⁹ explicãda erit: ne q̃d dubiũ omnino reliquat̃. Nam fortasse aliquis ad eã cõfugiat: q̃ a multis et nõ dubiis traduntur auctoribus eos ipsos quos docuimus deos nõ eẽ: maiestatẽ suã persępe ostendisse: & ꝓdigiis: & somniis: auguriis: & oraculis: & sane m̃lta enumerari possunt digna miracula. Imprimis illud quod Actius Nauius sũmus augur cũ Tarquiniũ Priscũ cõmoneret: ut nihil noui facere ĩciperet, nisi prius esset inaugurat⁹: eiq̃ Rex, artis eius eleuans fidem, diceret ut consultis auibus renũciaret sibi: utrũ ne fieri posset id q̃d ipe aĩo cõcępisset, affirmaretq̃ Nauius posse. Cape igit̃ hãc, inq̃t, cotem, eamq̃ nouacula discĩde: at ille incunctãter accępit ac secuit. Deinde illud quod Castor & Pollux bello latino, apud lacum Iuturnę uisi sũt, equoꝝ sudorẽ abluentes, cum ędes eoꝝ: quę iuncta fonti erat, sua sponte patuisset. Iidem bello macedonico equis albis insidẽtes Publio Vatieno romam nocte uenienti se obtulisse dicuntur: nũciãtes eo die regem Persen uictum atq̃ captũ: quod paucis post dieb⁹ litterę Pauli, ueꝝ fuisse docuerũt. Illud etiã mirabile ꝙ simulachrũ fortunę muliebri non semel locutũ esse tradit̃. Itẽ Iunonis monetę cum captis ueiis unus ex militibus ad eam transferendam missus, iocabũdus; ac ludens interrogaret utrũ ne romã migrare uellet? Respondit uelle: Claudia quoq̃ proponitur in exemplo miraculi. Nam cũ ex libris sibyllinis idęa mater eẽt accita, & in uado tiberini fluminis, nauis in qua uehebatur hęsisset: nec ullo modo aut ulla ui commoueretur: Claudiam ferunt quę semꝑ impudica esset habita ob nimios corporis cultus, deam sũmissis genib⁹ orasse: ut si se castam iudicaret suum cingulum sequeretur. Ita nauĩ quę ab omni iuuẽtute non ualuit cõmoueri ab una muliere

eſſe commotam. Illud ęque mirum ꝙ Lue ſequente Aeſculapius Epidauro accitus, urbē romā diuturna peſtilētia liberaſſe ꝓhibetur. Sacrilegi quoqꝫ numerari poſſūt: quoꝝ pręſētib⁹ poenis iniuriam ſuā dii uīdicaſſe credūtur. Appius Claudi⁹ cenſor cum aduerſus reſpōſum ad ſeruos publicos ſacra Herculis trāſtuliſſet: luminib⁹ orbat⁹ ē. Et potitiorum gens ꝗ ꝑdidit, ītra uni⁹ anni tempus extīcta eſt. Itē cenſor Fuluius cū ex Iunonis lacinię templo marmoreas tegulas abſtuliſſet: qb⁹ deę ędē fortunę eqſtris quā romę fecerat, tegeret ⱥt mēte captus ē, Et amiſſis duob⁹ filiis ī illirico militātib⁹ ſūmo animi merore cōſumptus eſt. Pręfect⁹ etiā M. Antonii Turullius cum apud choos euerſo Aeſculapii luco claſſem feciſſet: eodē poſtea luco a militib⁹ Cęſaris ē īterfect⁹. His exemplis adiungitur Pirrhus: qui ſblata ex theſauro Proſerpinę locrēſis pecunia, naufragiū fecit, a uicinis deę littoribus illiſus eſt: ut nihil pręter eā pecuniam incolumē reperiretur. Ceres quoqꝫ Milleſia multū ſibi apud homines uenerationis adiecit. Nam cum ab Alexandro capta ciuitas eſſet: ac milites ad eā ſpoliandam irrumpiſſent, omnium oculos repente obiectus fulgor ignis extinxit. Reperiūtur etiam ſomnia ꝗ uim deoꝝ uideantur oſtendere. Tiberio nāqꝫ Attinio homini plebeio ~~qui~~ per qetem obuerſatus eſſe Iupiter dicitur: & pręcepiſſe ut cōſulibus et ſenatui nūciaret, ludis circenſibus ꝓximis, ꝓſultorē ſibi diſplicuiſſe, ꝙ Antronius maximus qdā diuerberatū ſeruū ſub furca medio circo ad ſuppliciū duxerat: ideoqꝫ ludos inſtaurari oportere: ꝙ cum ille neglexiſſet eodē die filiū ꝑdidiſſe: ipſe aūt graui morbo eſſe correptus. Et cū rurſus eandē imaginē cerneret quęrentem ſatis ne poenarū ꝓ neglecto imperio pependiſſet, lectica delat⁹ ad cōſules: & omni re in ſenatu expoſita recępiſſe corporis firmitatē: ſuiſqꝫ pedibus domū rediiſſe. Illud quoqꝫ ſomnium nō minoris admirationis fuit: quo Cęſar Auguſt⁹ dicit eē ſeruat⁹. Nam cum bello ciuili brutiano, implicitus graui morbo abſtinē proelio ſtatuiſſet medico ei⁹ Artorio, minerue ſpecies obſeruata eſt: monens ne ꝓpter corporis imbecillitatē caſtris ſe continēt Cęſar. Itaqꝫ in acie lectica platus eſt. Eodē die a Bruto caſtra capta ſunt. Multa pterea exempla ſimilia poſſūt ꝓferri: ſed uereor ne ſi fuero in ꝓpoſitione reꝝ coñriaꝝ diutius īmoratus: aut oblitus eſſe propoſiti uidear: aut crimen loquacitatis incurram.

Capitulũ.ix. Quod p inuidiã diaboli intrauit mors & pullulant radices errorum. Et q deus ipse natura est qui materiam primordialem & omnia fecit ex nihilo.

EXponã igit̃ oĩum istoꝝ rõnem quo facili⁹ res difficiles & obscurę ĩtelligant̃: & has oẽs simulati numinis p̃stigias reuelabo: qb⁹ ĩducti hoĩes a ueritatis uia lõgius recesserunt: sed repetã lõge lati⁹ ut si qs ad legẽdũ expers ueri & ignar⁹ accesserit: Instituat̃ atq intelligat, q tãdẽ sit caput boꝝ: & cã maloꝝ: & lumine accępto suos ac toti⁹ generis hũani p̃spiciat errores. Sicut mater sine exemplo genuit auctorẽ suum: sic ĩeffabilit̃ p̃r genuit se credẽdus ẽ coęternũ. De matre nat⁹ ẽ: q añ iam fuit, de patre q aliquando non fuit: hoc fides credat: intelligentia non requirat.

caute legendum

Ne autem non inuentum putet incredibile: aut repertum nõ credat singulare. Cum esset deus ad excogitandum prudẽtissimus ad faciendum solertissimus anteq̃ ordiretur hoc opus mundi: quoniã pleni & cõsũmati boni fons in ipo erat: sicut est semper ut ab eo bono tãq̃ riuus oriretur: lõgeq pflueret, pduxit similez sui spiritu; qui esset uirtutibus dei patris pręditus. Quomodo autem id uoluerit: in quarto docere conabimur libro. Deinde fecit alterum in quo ĩdoles diuinę stirpis nõ pmansit. Itaq suapte inuidia tanq̃ ueneno infectus est: & ex bono ad malũ trãscendit: suoq arbitrio quod a deo illi liberu; datum fuerat contrarium sibi nomen asciuit. Vnde apparet cunctorum malorum fontem esse liuorem. Inuidit enim illi antecessori suo: qui deo patri perseuerando tum cõprobatus etiam & cárus est. Hunc ergo ex bono p se malũ effectũ gręci ΔιαβόΛον.i. diabolũ appellãt: nos criminatorẽ uocamus: q crimina in q̃ ipse illicit ad deu; deferat. Exorsus igitur deus fabricam mundi, illum primu; & maximũ filium pręfecit operi uniuerso: eoq simul & consiliatore usus ẽ: & artifice in excogitandis: ornandis: pficiẽdisq rebus: quonia; is & prudẽtia: et puidẽtia: & ratione: & potestate pfectus est: de quo nũc partius q̃ alio loco: & uirtus: & nomẽ eius: & ratio ine narrãda nobis erit. Nemo quęrat ex qb⁹ ista materijs: tã magna: tam mirifica opera de⁹ fecerit. Omnia enim fecit ex nihilo: Nec audiendi sunt poetę: qui aiunt chaos in principio fuisse: idest cõfusionem rerum atq elemẽtorum. Postea uero deum dirimisse

omnē illā cōgeriē:singulisq; reb⁹ex cōfuso aceruo ſeparatis,i ordi
nemq; descriptis,istruxisse mūdū parit̄ & ornasse:qb⁹ facile est
rñdere,ptātē dei nō ītelligentib⁹:quē credūt nihil efficē posse ni
si ex mā̄ ſbiacente ac parata:in q̄ errore etiā pħi fuerūt.Nā Cice
ro de natura deoꝝ disputās ait sic.Primū igit̄ nō est ꝓbabile eā;
materiā rerum:unde orta sunt omnia,eē diuina ꝓuidētia effectā:
sed habere & habuisse uim:& naturam suā;:ut igitur faber cum
quid ędificaturus est:non ipse facit materiam :sed ea utitur quę
sit parata fictorq; ita cera.Sic isti ꝓuidentię diuinę,materiā; prę
sto esse oportuit nūquā ipse faceret:sed quam haberet paratam
q̄ si non est a deo materia facta:ne terra quidem:& aqua:& aer:
& ignis a deo factus est.O q̄ multa sunt uicia ī his decē uersib⁹.
Primum q̄ is qui in aliis disputationibus & libris fere omnibus
ꝓuidentię fuerit assertor:& qui acerrimis argumentis impugna
uerit eos:qui prouidentiam non esse dixerunt,Idem nunc quasi
proditor aliquis aut transfuga prouidentiam conatus est tollē:
in quo si contradicere uelis:nec cogitatione opus est : nec labore,
sua illi dicta recitanda sunt. Nec enim ab ullo poterit Cicero q̄
a Cicerone uehementius refutari.Sed concedamus hoc mori &
instituto academicorum : ut liceat hominibus ualde liberis di
cere ac sentire quę uelint:sententias ipsius consideremus.Nō est
inquit,ꝓbabile materiam rerum a deo factam.Quibus hoc argu
mentis probes?Nihil enī dixisti quare hoc non sit ꝓbabile.Itaq;
mihi econtrario uel maxime probabile uidetur: nec tamen temē
uidetur,cogitanti plus esse aliquid in deo:quem profecto ad im
becillitatem hominis redigis:cui nihil aliud q̄ opificiū cōcedis.
Quomodo igitur ab homīe diuina illa uis differret:si ut homo
sic etiam deus ope indigeat aliena?Indiget autem si nihil moliri
potest:nisi ab altero illi materia ministretur:quod si fit imperfe
ctę utiq; uirtutis est:& erit iam potentior iudicandus materię in
stitutor.Quo igitur nomine appellabitur qui potentia deū; uin
cit?Siquidē; maius est propria facere:q̄ aliena disponere.Si aūt
fieri non potest ut sit potentius deo quicq̄·quē necesse est ꝑfectę
esse uirtutis potestatis rationis: Idem igitur materię fictor est :
qui & rerum ex materia constantium(neq; enim deo non faciēte
& inuito)esse aliquid:aut potuit aut debuit . Sed probabile est
inquit materiam rerum & habere & habuisse uim & naturā suā.

quã uim potuit habere nullo dante: quã naturã nullo generante? Si habuit uim: ab aliquo eã assũpsit. A quo aũt sumẽ nisi a deo potuit? Si habuit nãm, q̃ utiq; a nascẽdo dicit̃: nata ẽ: a quo autẽ nisi a deo potuit ꝓcreari? Natura enĩ qua dicitis orta eẽ oĩa, si cõsiliũ nõ habet: efficẽ nihil põt. Si aũt gñandi aut faciẽdi potẽs ẽ: habet ꝫ cõsiliũ: & ꝓpterea deus sit necesse est. Nec alio nomine appellari põt ea uis: in qua inest & ꝓuidẽtia excogitãdi & solertia potestasq; faciẽdi. Meli⁹ igit̃ Seneca omniuꝫ stoicoꝝ acutissimus: qui uidet nil aliud eẽ nãm q̃ deum. Ergo inquit deũ non laudamus: cui naturalis est uirtus: nec illam didicit ex ullo? imo laudabimus: quãuis enim naturalis illi sit: sibi illam dedit: quoniaꝫ deus ipsa natura est. Cum igitur ortum rerum tribus naturę: ac detrahis deo, in eodem luto hęsitans uersuram soluis. A quo.n. fieri negas: ab eodem plane fieri, mutato nomine confiteris. Sequtur ineptissima comparatio: ut enĩ faber inquit cum quid ędificaturus est: non ipse facit materiam: sed utitur ea quę sit parata: fictorq; item cera. Sic isti prouidentię diuinę materiam esse ꝓsto oportuit: nõ quã ipse faceret: sed quam haberet paratam: immo uero non oportuit. Erit enim deus minoris potestatis si ex parato facit quod est hominis. Faber enim sine ligno nihil ędificabit quia lignum ipsum facere non potest. Non posse autem, imbecillitatis est humanę: deus uero facit sibi ipe materiam: quia potest. Posse enim dei est: nam si non potest: deus non est. Homo facit ex eo quod est: qꝛ per mortalitatẽ ĩbecillis est: per imbecillitatem definitę ac modicę potestatis. Deus aũt fecit ex eo qđ non est: qꝛ per ęternitatem fortis est: per fortitudinem potestatis immensę: quę fine ac modo caret, sicut uita factoris. Quid ergo mirum si facturus mundum deus: prius materiam de qua faceret prępauit ex eo quod non erat: quia nefas esset deum aliunde aliquid mutuari: cum in ipso uel ex ipso sint omnia. Nam si est aliquid añ illum factum: & quicq̃ non ab illo factum est: potestatem dei et nomen amittet. At enim materia nunquam facta ẽ, sicut deus qui ex materia fecit hũc mundum. Duo igitur constituuntur ęterna: & quidem inter se contraria: quod fieri sine discordia & pernicie non põt. Collidant enim necesse ẽ ea: quorum uis & ratio diuersa ẽ: sic utraq; ęterna esse non poterunt: si repugnant: qꝛ supare alterum necesse est: ergo fieri nõ potest: quin ęterni natura sit

ſimplex:ut ide oĩa uelut ex fonte deſcẽderit .Itaq3 aut de⁹ ex mã ortus ẽ:aut mã ex deo. Quid hoꝝ ſit ueri⁹ facile eſt intelligi. Ex his enĩ duob⁹ alteꝝ ſenſibile ẽ:alteꝝ caret ſenſu. Ptãs faciendi ali qd nõ põt eſſe niſi in eo qđ ſentit:qđ ſapit:qđ cogitat:qđ moue tur. Nec incipi aut fieri aut conſũmari quicq̃ põt:niſi fuerit rõne preuiſu3:Et queadmodum fiat anteq̃ eſt:aut queadmodum con ſtet poſtq̃ fuerit effectum. Deniq3 is facit aliquid qui habet uolũ tatem ad faciendum:& manus ad id quod uoluit implendum . Quod autem inſenſibile eſt:iners & torpidũ ſemper iacet:nihil inde oriri põt:ubi nullus eſt motus uoluntarius . Nam ſi omne animal ratione conſtat:certe naſci ex eo non põt:quod ratione ꝑ ditum nõ eſt:nec aliunde accipi poteſt id:quod ibi unde petitur non eſt. Nec tamẽ commoueat aliquem:ꝙ animalia quędam de terra naſci uidentur. Hęc enim nõ terra per ſe gignit:ſed ſpirit⁹ dei ſine quo nihil gignitur. Non ergo deus ex materia:quia ſen ſu prędıtum ex inſenſibili:ſapiens ex bruto : impatibile de pati bili:expers corporis de corporali nũq̃ poteſt oriri: ſed materia potius ex deo eſt . Quicquid enĩ eſt ſolido & contractabili cor pore:accępit externa3 uim:quod accępit uim diſſolubile eſt: qđ diſſoluitur interibit:quod interit ortum ſit neceſſe eſt . Quod ortum eſt habuit fontem unde orıretur:ideſt factorem aliquem ſentientem:prouidum:peritumque faciendi:is eſt profecto nec ullus alius q̃ deus. Qui quoniam ſenſu:ratione:prouidentia:po teſtate:uirtute pręditus eſt:& animantia & inanimata creare & efficere põt:quia tenet quomodo quicq3 ſit faciendum. Materia uero ſemp fuiſſe nõ põt:quia mutationẽ non caperet: ſi fuiſſet . Quod enim ſemper fuit:ſemper eſſe nõ deſinit: & unde abfuit ꝑncipiũ,abeſſe hinc etiã finẽ neceſſe eſt. Quinetia3 facilius eſt ut id quod habuit initium fine careat:q̃ ut habeat finẽ:quod initio caruit. Materia ergo ſi facta non eſt·nec fieri ex ea quicq̃ poteſt . Si fieri ex ea non poteſt:nec materia quidem erit. Materia enim eſt,ex qua fit aliquid. Omne autem ex quo fit:quia recipit opifi cis manum deſtruitur:& aliud eſſe incipit. Ergo quoniam fine3 habuit materia:tum cu3 factus eſt ex ea mundus:& initiũ quoq3 habuit. Nã quod deſtruitur:ędificatũ eſt:qđ ſoluit:alligatum : quod finitur:incoeptũ eſt. Si ergo ex commutatione ac fine ma teria colligit habuiſſe ꝑncipiũ:a quo alio fieri niſi a deo potuit?

Solus igit̃ deus est q factꝰ nō est: & idcirco destruere alia potest ipse destrui nō pōt: ꝑmanebit semꝑ in eo qđ fuit: q nō ē aliunde gn̄atꝰ: nec ortꝰ: nec natiuitas eiꝰ ex aliqua re alia pēdet: q̄ illū mutata dissoluat. Ex seipō ē ut i p̄ diximꝰ libro. Et iō talis ē qualē se eē uoluit ĩpassibilis: ĩmutabilis: ĩcorruptꝰ: beatꝰ: ęternus. Iā uero illa cōclusio q̄ sn̄iam terminauit Tullius multo absurdior: q si mā inquit a deo nō est facta: nec terra qdem: & aqua: & aer: & ignis a deo factus est. Quā callide ꝑiculum pręteruolauit. Sic .n. superiꝰ illud assūpsit tanq̄ ꝓbatione non indigeret: cū id multo esset incertius: q̄ illud ꝓpter quod assūptū ē. Si nō est inqt a deo facta mā: nec mundus a deo factus est. Ex falso maluit colligere quod falsum est: q̄ ex uero quod uerum. Et cum debeant incerta de certis ꝓbari: hic ꝓbationē sumpsit ex incerto ad euertēdū qđ erat certum. Nam diuina prouidentia effectum eē mundū: ut taceam de maxīo Trismegisto q hoc prędicat. Taceā de carminibus Sibyllaꝝ: quę idē nūciant. Taceā de ꝓphetis: q opus mundi & opificiū dei uno spiritu ac pari uoce testāt̃. Etiā inter p̄hos pene uniuersos cōuenit. Idē etiā pythagorici: stoici: ꝑipateticí: q sūt p̄ncipales oīum disciplinę. Deniq; a p̄mis illis septē sapientibus: uti a Socrate usq; ad platonē ꝓ cōfesso etiā ĩdubitato hītū ē, donec unꝰ multis post seculis, extitit delirus Epicurus, q auderet negare id qđ ē euidētissimū, studio. s. inueniēdi noua, ut nomīe suo cōstitueret disciplinam: & q nihil noui potuit repire: ut tñ dissentire a cęteris uidēt̃: uetera uoluit euertē: in quo illū circūlatrantes p̄hi oēs coarguerūt. Certius ē igit̃ mūdū ꝓuidētia īstructū: q̄ mām ꝓuidentia cōglobataꝫ. Quare non oportuit putare: idcirco mūdum non eē, diuina ꝓuidentia factum: q mā eius diuina ꝓuidentia facta non sit: sed q mundus diuina ꝓuidentia sit effectus: etiam mām esse factam diuinitus. Credibilius est enim mām potius a deo factam: q deus oīa pōt: q̄ mūdum a deo non esse factū: q sine mēte, rōe, cōsilio, nihil fieri pōt. Veꝝ hęc nō Ciceronis est culpa: sed sectę. Cū enī suscępisset disputatiōem qua deoꝝ nām tollēt: de qua p̄hi garriebant: oēm diuinitateꝫ ignorātia ueri putauit eē tollēdaꝫ. Itaq; deos potuit tollē: q non erant. Cū aūt ꝓuidētiā diuinaꝫ: q̄ ē in uno deo, conaretur euertere: quia contra ueritatem niti coeperat: sed deficientibus argumentis in hanc foueaꝫ necessario decidit: unde se extricare nō posset. Hic ḡ

illū teneo hęrentē:teneo defixū:quo Lucilli⁹ q̄ cōtra differebat
obmutuit. Hic est ergo cardo reꝝ:hic uertūť oīa. Expliceť se Cot
ta si pōt ex hac uoragine: pferat argumēta qb⁹ doceat semper
fuisse mām:quā nulla puidētia effecerit. Ostēdat qūo qcq̄ pōde
rosū & graue aut eē potuerit sine auctore:aut imutari ualuerit:
ac desierit eē qď semp fuit:ut icipet eē qď nūq̄ fuit. Quę si docue
rit:tū demū assētiaŕne mūdū q̄ dē diuina puidētia cōstitutū: &
tū sic assentiar:ut alius illū laq̄is tenca. Eodē .n. quo nollet reuol
uef:ut dicat & mām de q̄ mūd⁹ ē:& mūdū q̄ de mā est, nā exti
tisse:cū ego ipsam nām deū esse contendam. Nec enim potest fa
cere mirabilia:idest maxima ratione cōstantia:nisi qui habet mē
tem:prouidentiam:potestateꝫ:ita fiet:ut deus fecerit omnia: nec
quicq̄ esse possit omnino:quod nō originem a deo traxerit. At
idem quotiens Epicureus est:& nō uult a deo factū esse mundū
querere solet qbus manibus:quibus machinis:quibus uectibus:
qua molitione hoc tantum opus fecerit. Videret fortasse si eo
tempore potuisset esse quo deus fecit. Sed ne perspiceret homo
dei opera:noluit eum inducere in hunc mundum nisi pfectis oī
bus sed ne induci quidem poterat. Quomodo enim subsisteret
cū fabricaretur desup cęlū:terra subter fundaretur:cum fortasse
humida uel nimis corporata rigorib⁹ concresceret:uel igneis ca
loribus incocta & solidata duresceret? Aut quomō uiueret io
le nōdū instituto:nec frugibus ac animalibus natis? Itaq; necesse
fuit hominē postremo fieri:cum iam mundo cęterisq; rebus ma
nus summa esset īposita. Deniq; sanctę litterę docent hominem
fuisse ultimū dei opus:& sic inductū fuisse in hūc mūdū:quasi
in domū iā paratā & instructā. Illius enim causa facta sunt oīa.
Idem etiā poetę fatentur. Ouidius perfecto iā mundo & uniuer
sis animalib⁹ figuratis hoc addidit. Sancti⁹ his aīal mentisq; ca
patius alte: Deerat adhuc:et quod dominari in cętera posset. Na
tus homo est:a deo nefas extimandum est ea scrutari q̄ deus uo
luit eē celata. Veꝝ ille non audiendi aut discendi studio require
bat:sed refellēdi qꝫ cōfidebat neminē id posse dicere. Quasi ue
ro ex hoc putādū sit nō esse hęc diuinit⁹ facta:qꝫ qūo fcā sint nō
pōt puideri. An tu si educat⁹ ī domo fabrefacta & ornata nullā
unq̄ fabricā uidisses:domū illā putasse nō ab hoīe eē ędificataꝫ:
qꝫ qūo edificatur ignorares? Idem profecto de domo quęreres

quod núc de mundo reqris: qbus manib⁹ qb⁹ ferramētis homo
tāta cēt opa molit⁹: maxíe si saxa ígentia: ímēsa cemēta: uastas co
lūnas opus totū sblime & excelsū uideres. Nōne hęc tibi huma
naꝝ uiriū modū uiderēt excedere: qꝛ illa nō tā uiribus q̄ rōe atq;
artificio facta eē nescires! qꝛ si hō q̄ nihil pfectū est tn̄ plus efficit
¶ Capitulum.iii. Ex quibus rebus philosophia constet. Et qs
fuerit auctor academicę sectę:quę nihil recte diffinit,q̄ solā opi
nionem esse in philosophia gentilium,qui ideo plus audent: q̄a
errores eorum non arguit nisi deus.

Videamus tamen idipsū,possit ne hō studio reperiri aliqd an
nil:Duabus rebus uidetur philosophia cōstare,scientia: &

opinatiõe:nec ulla alia re. Sciẽtia uenire ab ĩgenio nõ põt:nec co
gitatione cõprehendi:qꝛ in seipso habere ꝓpriã sciẽtiã:nõ homi
nis sed dei est. Mortalis autem natura nõ capit scientiã:nisi q̃ ue
niat extrĩsecus. Idcirco enĩ oculos:& aures:& cęteros sensus pa
tefecit in corpore,diuina solertia:ut ꝑ eos adit⁹ sciẽtia ꝑueniret
ad mentem. Nã causas naturaliũ reꝝ disq̃rere:aut scire uelle: sol
utꝝ ne tantus quãtus uideatur:an multis partib⁹ maior sit q̃ oĩs
hęc terra. Item luna globosa sit:an cõcaua. Et stellę utrum ne co
hęreant cęlo : an per aerem libero cursu ferantur . Cęlum ipsum
qua magnitudine:qua materia constet:utrum quietum sit an mo
bile:an incredibili celeritate uoluatur . Quanta sit terrę crassitu
do:aut quibus fundamentis librata & suspensa sit. Hęc inquam
disputando & coniecturis uelle comprehendere : tale est profe
cto:quale si differere uelimus:qualem esse arbitramur cuiuspiã
remotissimę gentis urbem:quam nunquam uidimus : cuiusque
nihil aliud q̃ nomen audiuimus : si nobis in ea re scientiam uen
dicemus : quę non potest sciri:nonne insanire uideamur:qui af
firmare id audeamus:in quo reuinci possumus! Quãto magis q
naturalia quę sciri ab homine non possunt: si scire se putant : fu
riosi dementesq; sunt iudicandi! Recte ergo Socrates & eum se
cuti academici,scientiam sustulerunt:quę nõ disputantis: sed di
uinantis est. Superest ut opinatio in philosophia sola sit . Nam
unde abest scientia:id totum possidet opinatio. Id enim opinaẽ
quisq; quod nescit. Illi autem qui de rebus naturalib⁹ disputãt :
opinantur ita esse ut disputant. Nesciunt igitur ueritatem : quo
niam scientia certi est:opinatio incerti. Redeamus ad illud supe
rius exemplum. Age opinemur de statu & qualitate urbis illius:
quę nobis rebus omnibus pręter nomen ignota est. Verisimile
est in plano sitam lapideis moeniis:ędificijs sublimibus :uijs plu
ribus : magnificis ornatisq; delubris. Describamus si placet mo
res habitumq; ciuiũ. Sed cũ hęc dixerimus alius contraria dispu
tabit:& cum hic quoq; perorauerit:surget & tertius:& alij dein
ceps:& opinabunẽ multo disparia:q̃ nos sumus opinati. Quid
ẽ erit ex oĩbus ueri certius! Fortasse nihil. At oĩa sunt dicta:q̃ in
reꝝ natura cadunt:ut necesse sit aliquid eoꝝ esse uerum:at nescie
tur:quis uerum dixerit: potest fieri:ut omnes ex parte aliqua er
rauerint : ex parte attigerint ueritatem . Stulti ergo sumus si

hoc disputatione queramus. Potest enim superuenire aliquis: qui opiniones nostras derideat: nosq; pro insanis habeat: quelimus id qd' nescim⁹ q̃le sit opinari. Verũ nõ opus est: longe posita cõquirere. Vnde nemo fortasse ueniat: q nos redarguat. Age opinemur: qd nũc in foro geraẽ; qd in curia lõgu; est id quoq; dicam⁹: interposito uno pariete qd fiat: nemo potest id scire: nisi q audiuerit aut uiderit. Nullus enĩ audet id dicere: q̃ nõ statim uerbis sed re ipa presenti refutabiẽ. Atq hoc idem faciũt philosophi: q disputãt in celo quid agaẽ: sed eo se id impune facere arbitrãtur: quia null⁹ existit qui errores eorum coarguat. Quod si existimarent descensurum esse aliquẽ: qui eos delirare ac mentiri doceret: nunq̃ quicq̃ de his rebus quas scire non possent disputarẽt. Nec tamen ideo foelicior putanda est eorum imprudentia & audacia quia non redarguunẽ. Redarguit enĩ deus: cui soli ueritas nota est: licet conniuere uideatur: eamq; hominũ sapientiam pro summa stulticia computat.

Capi. IIII. Quõ Zeno & Socrates totã philosophiam sustulerũt de medio: & q̃si quodã ciuili bello suis cõfecta est armis.

Recte igitur Zeno ac stoici: opinationem repudiarunt. Opinari enim te scire quod nescias: non est sapientis: s; temerarij potius ac stulti. Ergo si neq; sciri quicq̃ potest (ut Socrates docuit) nec opinari oportet (ut Zeno) tota philosophia sublata est. Quidem q̃ non tantum ab his duobus euertitur: qui philosophie principes fuerunt: sed ab omnibus ut iam uideatur iam pridem suis armis esse confecta: in multas sectas philosophia diuisa est: & omnes uaria sentiunt: in qua ponimus ueritatẽ: in omnibus certe non potest: designemus quanlibet nempe in ceteris omnibus sapientia non erit. Transeamus ad singulas. Eodẽ modo quicquid uni dabimus. ceteris auferemus. Vnaqueq; enĩ secta, omnes alias euertit: ut se suaque confirmet. Nec ulli alteri sapere concedit: ne se desipere fateatur: sed sicut alias tollit: sic ipsa quoq; ab alijs tollitur omnibus. Nihilominus enim philosophi sunt: qui eam stulticie accusant. Quãcunq; laudaueris: ueramq; dixeris: a philosophis uituperatur ut falsa. Credemus ne igitur uni: se suãq; doctrinã laudãti: an multis unius alterius ignorãtiã

culpantibus?Rectius ergo sit necesse est:quod plurimi sentiunt: q̃ quod unus. Nemo enim potest de se recte iudicare:qđ nobi lis poeta testať. Ita enim cõparatam esse hominum naturã omni um:aliena ut melius uideãt & diiudicẽt q̃ sua. Cum igiť omnia incerta sint:aut omnibus credendũ sit:aut nemini. Si nemini:sa pientes ergo nõ sunt:quia singuli sapientes esse se putãt:si omni bus:ęque nõ sunt sapientes:quia singuli ab omnib⁹ esse neganť sapiẽtes. Pereũt igiť uniuersi hoc mõ:& tãq̃ spartiatę illi poeta rũ:sic se inuicẽ iugulãt:ut nemo ex omnibus restet: quod eo fit: quia gladiũ habent:scutum nõ habẽt. Si ergo singulę sectę mul tarum sectarũ iudicio,stulticię conuincuntur:omnes igitur uanę atq; inanes reperiuntur. Ita seipsam philosophia cõsumit & cõfi cit. Quod cũ intelligeret Archesilas academię cõditor reprehẽsi ones omniũ inter se collegit:cõfessionẽq; ignorantię claroꝝ phi losophorũ:armauitq; se aduersus omnes. Itaq; cõstituit nouam nõ philosophandi philosophiaꝫ. Eo igiť auctore: duo philoso phię genera esse coeperũt. Vnũ illud uetus quod scientiam sibi uendicat. Alterũ nouũ repugnãs:quod eam detrahit. In his duo bus generibus uideo dissidiũ:& quasi ciuile bellum!sapientiam quę distrahi nõ potest: in qua parte ponemus? Si natura rerũ sci ri potest:hęc tironũ caterua interibit:si non potest,ueteranı cõfi ciẽt:si pares fuerũt:nihilomin⁹ peribit dux omniũ philosophia, quia distracta est. Nihil eniꝫ potest sine interitu suo sibi esse cõ trarium. Si autẽ(ut docui)nulla potest esse in homine interna & propria scientia:ob fragilitatem conditionis humanę Archesilę man⁹ uincit:sed ne ipsa qdẽ stabit:q; nõ põt omnino nihil sciri.

## Capitulum. v. Contra academicos multa scire & natura reruꝫ & uitę necessitas cogit.

SVnt enim multa quę natura ipsa nos scire:& usus frequẽs & uitę necessitas cogit. Itaq; pereundum est nisi scias quę ad uitam sunt utilia;ut appetas:quę periculosa;ut fugias & uites. Preterea multa sunt quę usus inuenit. Nam solis ac lunę uarii cur sus:& meatus siderum:& ratio temporum deprehensa est:& na tura corporum a medicis,herbarũq; uires: & ab agricolis natura terrarum:necnon imbriũ futuroꝝ:ac tempestatum signa,collecta

sunt. Nulla denique ars est: quę nō scientia cōstet. Debuit ergo Archesilas si qd saperet distinguere: quę sciri possent: quęue nesciri. Sed si id fecisset ipse se in populū redegisset. Nā uulgus interdū plus sapit: qꝛ tantū quātū opus est sapit: a quo si quęras utruȝ sciat aliqd; an nihil: dicet se scire quę sciat: fatebit̃ se nescire quę nesciat. Recte ergo alioꝝ sustulit disciplinas: sed nō recte fundauit suā. Ignoratio enim rerū omniū nō potest esse sapiētia: cuiꝰ est scire propriū. Ita cū philosophos expugnauerit: ac docuerit nihil eos scire: ipse quoque nomen philosophi pdidit: qa doctrina eius est nihil scire. Nā q alios rep̄hendat quod nesciāt, ipse debet sciēs esse. Cū autē nihil sciat: quę puersitas: quęue insolentia est: ob idipsum se philosophū cōstituere propter qđ cęteros tollat? Possunt eniȝ sic respōdere: si nihil nos scire cōuincis: & ideo non esse sapientes: quia nihil sciamus: ergo ne tu qdem es sapiēs: quia te quoque cōfiteris nihil scire. Quid ergo promouit archesilas nisi qꝛ confectis omnibus philosophis: seipm̄ quoque eodem mucrone transfixit? Nusq̃ne igitur sapientia est?

Capitulū. vi. Quomodo sapientia in medio errantiuȝ fuerit. Et academici cōtra physicos: & physici cōtra academicos dimicauerint. Et quę sint assistataruȝ exempla questionum. Et qꝛ rationes cęlestium siue naturalium scire non possunt.

Immo uero īter philosophos fuit: sed nemo uidit. Alij putauerunt scire posse omnia: sapiētes utique non fuerunt. Alij nihil: ne hi quidem sapientes fuerunt. illi: quia plus homini dederūt: hi quia minus. utriusque in utrāque partem modus defuit. Vbi ergo sapientia est: ut neque te omnia scire putes quod dei est: neque omnia nescire quod est pecudis. Est enim aliquid mediuȝ quod sit hominis: idest scientia cum ignoratione coniuncta & temperata. Scientia in nobis ab anima est: quę oritur e cęlo: ignoratio a corpore quod est e terra. Vnde nobis & cuȝ deo: & cum animalibus est aliqua communitas. Ita quoniam ex his duobus cōstamus elementis: quorum alterum luce preditum est: alterum tenebris. Pars nobis data est scientię: pars ignorantię: per hunc quasi pontem transire sine cadendi periculo licȝ. Nam si illi omnes q in alteram partem inclinauerunt: aut dextro: aut sinistro uersus

ceciderũt. Vtraqꝫ aũt pars quo errauerit dicã. Academici contra physicos ex rebus obscuris argumentati sunt nullã esse scientiã: & exemplis paucarũ rerũ incõprehẽsibiliũ cõtẽti: amplexi sunt ignorantiã: tanq̃ scientiã totam sustulissent: quia in parte sustulerãt: physici contra ex his quę aperta sunt: argumentum trahebant sciri posse: cõtentiqꝫ ꝑspicuis retinebant sciẽtiã: tanq̃ totã defendissent: quia ex parte defenderãt. Ita neqꝫ hi clara: neqꝫ illi obscura uiderũt: sed utriqꝫ dum solã scientiã consertis manibus: uel retinẽt uel eripiũt: nõ uiderunt in medio constitutã fore: quę illos ad sapiẽtiã transmitteret. Verũ Archesilas ignorantię magister: cũ Zenoni obtractaret principi stoicorũ: ut totã philosophiam euerteret (auctore Socrate) suscepit hãc sententiam: ut affirmaret nihil sciri posse. Itaqꝫ coarguit ad existimatõem philosophorũ: q putassent ingeniis suis erutã esse atqꝫ inuentã ueritatẽ: uidelicet ꝙ mortalis fuerat illa sapiẽtia: paucisqꝫ ante temporibus instituta; ad summũ iam incrementũ ꝑuenerat: ut iam necessario cõsenesceret ac periret, repẽte exstitit academia tãq̃ senect⁹ philosophię quę illã cõficeret iam deflorescentẽ. Recte uidit Archesilas arrogãtes uel potius stultos esse: q putẽt sciẽtiam ueritatis cõiectura posse cõprehẽdi: sed tamen falsa dicentẽ redarguere nõ põt, nisi qui scierit ante quid sit uerum: ꝙ Archisilas ueritate non cognita facere conatus: introduxit genus philosophię assistatum: quod latine instabile siue inconstans possumus dicere. Vt enim nihil sciendum sit: aliquid sciri necesse est. Nam si omnino nihil scias idipsuꝫ nihil sciri posse, tolletur. Itaqꝫ qui uelut sentẽtię loco pronunciat: nihil sciri tanq̃ perceptũ ꝓfitetur & cognitum: ergo aliquid sciri potest. Huic simile est illud ꝙ in scholis ꝓponi solet in asystati generis exemplum somniasse quendam. ne somniis crederet. Si enim crediderit: tum sequitur ut non sit credenduꝫ si aũt non crediderit: tum sequitur ut credendum sit. Ita si nihil sciri potest: necesse est idipm̃ sciri: ꝙ nihil sciatur: si auteꝫ scitur, posse nihil sciri: falsum est ergo ꝙ dicitur nihil sciri posse. Sic inducitur dogma sibiipsi repugnãs: seqꝫ dissoluens. Sed homo uersutus cęteris philosophis: uoluit sciẽtiã eripere: ut eam domi absconderet. Nam sibi illã profecto non adimit: qui aliquid affirmat: ut cęteris adimat: sed nihil agit. Apparet enim, ac fureꝫ suum prodit. Quãto faceret sapientius ac uerius: si exceptõe facta

diceret causas: rationesq̧ dũtaxat reꝝ cęlestiũ seu naturalium q̄ sunt abditę nesciri posse: q̄ null⁹ doceat: nec quęri oportere q̄ inueniri quęrẽdo nõ possunt. Qua exceptõe interposita: & physicos admonuisset: ne quęrerẽt ea quę modum excederẽt cogitationis humanę: & seipsuꝫ calũnię inuidia liberasset: & nobis certe dedisset aliquid quod sequeremur. Nunc aũt quõm ab his sequẽdis nos retraxerit: ne uelim⁹ plus scire q̃ possum⁹: nõ minus a se quoq̧ ipso retraxit. Quis enĩ uelit laborare: ne qcq̃ sciat: aut eiusmodi suscipere doctrinã: ut etiã communẽ scientiã perdat? quę si doctrina est: sciẽtia est necesse, ut cõstet. Si nõ est: quis tam stultus: ut discẽdũ id putet: in quo aut nihil discit: aut omnino dediscit? Quare si neq̧ omnia sciri possunt q̄ physici putauerunt, neq̧ nil, q̄ academici: philosophia omnis extincta est.

Capitulum. vii. De morali philosophia: & quare sicut utilior: ita & cęteris philosophię ptibus sit facilior: quę fuerint omniũ philosophoꝝ fere sententię de summo bono.

TRanseamus nũc ad alterã philosophię partẽ quã ipsi moralẽ uocãt: in q̃ toti⁹ philosophię ratio cõtinet. Si qdẽ in illa physica sola oblectatio est: in hac etiã utilitas. Et quoniã in disponẽdo uitę statu: formãdisq̧ moribus piculo maiore peccat: maiorẽ diligẽtiã necesse est adhiberi: ut sciam⁹ quõ nos oporteat uiuere. Illic enĩ põt uenia cõcedi: q̄ siue aliqd dicũt: nihil psũt siue delirãt: nihil nocẽt. Hic uero null⁹ discidio: null⁹ errori est loc⁹. Omnes unũ sentire oportet: ipamq̧ philosophiã uno q̃si ore pręcipe: q̄ si qd fuerit erratũ: uita omnis euertit in illa priori parte: ut periculi minus ita plus difficultatis est: q̄ obscura rerũ ratio cogit diuersa & uaria sentire. Hic ut periculi pl⁹: ita min⁹ difficultatis: q̄ ipe usus reꝝ & quotidiana experimẽta possunt docere: qd sit uerius & meli⁹. Videam⁹ ergo utrũne cõsentiãt: aut qd nobis afferãt: quo rectius uita degat. Non necesse est omnia circuire. Vnũ eligam⁹ ac potissimũ: qd est summũ ac pncipale: in quo totius sapiẽtię cardo uersat. Epicurus summũ bonuꝫ in uoluptate animi esse censet. Aristippus in uoluptate corporis Chaliphon & Dynomachus cyrenaici; honestatẽ cuꝫ uoluptate iunxerũt. Diodorus in priuatõe doloris: summũ bonũ posuit

Hieronym⁹ i nō dolēdo. Peripathici aūt in bonis animi & cor
poris & fortunę. Erilli summū bonū est sciētia. Zenonis cū na
tura cōgruenter uiuere: quorundā stoicoꝝ uirtutē seq. Aristote
les in honestate ac uirtute summū bonū collocauit. Hęc sunt fe
re omniū sentētię. In tāta diuersitate quē seq̄mur? Cui credim⁹?
Par est omnib⁹ auctoritas. Si eligere possumus qd' est meli⁹: iaꝫ
nō est philosophia nobis necessaria: qꝛ sapientes iam sum⁹: q de
sapiētiū sentētijs iudicem⁹. Cū uero discēdi sapientię cā uenia
mus: qd possum⁹ iudicare q nōdum sapere coeperim⁹: maxime
cum presto assit academicus: q nos pallio retrahat ac uetet cuiq̄
credere: nec tamen afferat ipse quod sequamur.

Capi. viij. Quod uera sapiētia docet summū bonū hōis, nō
esse animi uel corpis uoluptatē: aut aliqd eoꝝ quę a philoso
phis sunt ꝓposita.

Quid ergo supest: nisi ut omissis litigatōib⁹ furiosis ac pti
nacib⁹: ueniam⁹ ad iudicē illum: scilicet datorē simplicis
& qetę sapiētię, q nō tm̄ formare nos ac inducere in uiā possit:
ueꝝ etiā de cōtrouersijs istoꝝ ferre sententiā? Hęc nos docet qd
sit hoīs ueꝝ ac summū bonū: de quo prius q̄ dicere incipio: il
lę oēs sentētię sunt refellendę: ut appareat neminē illoꝝ fuisse sa
pientē. Cū de officio hoīs agat: oportet summū summi aīalis
bonū in eo cōstitui: qd cōe cum ceteris aīalibus esse nō possit: sꝫ
ut feris dētes: armentis cornua: uolucrib⁹ pēnę propria sunt: sic
homini aliqd suū debet ascribi: sine quo rationē sue cōdtōnis
amittat. Nā qd uiuendi aut generādi cā datum est omnib⁹, qdeꝫ
bonū naturale, summū tn̄ nō est: nisi qd est unicuiqꝫ generi ꝓpri
um. Sapiēs ergo nō fuit: q summum bonū credidit animi uolu
ptatē: qm̄ siue ulla securitas siue gaudium est: cōis est omnibus.
Aristippo ne respondēdum quidē duco: quē in corporis semꝑ
uoluptatē ruentem, nihilqꝫ aliud q̄ uentri & uēeri seruienteꝫ: ne
mini dubiū est hominē nō fuisse. Sic eni uixit: ut nihil inter euꝫ
pecudēqꝫ distaret: nisi unum qd loquebatur: qꝛ si asino aut cani:
aut sui facultas loquēdi tribuat: quęrasqꝫ ab his quid sibi uelint
cū feminas tam rabide cōsectant: ut uix diuelli queāt: cibos etiā
potumqꝫ negligant: Cur aut alios mares uiolenter abigant: aut
ne uicti quideꝫ assistāt: sed a fortioribus sępe contriti: eo magis

infectent? Cur nec imbres: nec frigora pertimescant: laborē suscipi ant: periculū nō recusent? Quid aliud respōdebūt: nisi summū bonū esse corporis uoluptatē? eā se appetere: ut afficiant suauis simis sensib⁹, eosq; esse tanti: ut assequendorū causa: nec labore; sibi ullū: nec uulnera: nec mortē ipsam recusandā putent. Ab his ne igit̄ pręcepta uiuēdi petem⁹: q hoc idē sentiunt: qd aīę ratōis expertes? Aiūt cyrenaici uirtutē ipsam ex eo ipso esse laudandā: q sit effigiēs uoluptatis. Verū ergo inqt obscoenus canis: aut sus il le lutulētus. Nā ideo cū aduersario summa uiriū cōtētōe depu gno: ut uirtus mea pariat mihi uoluptatē: cui⁹ expers sim: necesse est si uictus abscessero. Ab his ergo sapere discem⁹: quos a pe cudib⁹ ac beluis nō sñia sed lingua discernit? Priuatōe; doloris summū bonū putare: nō plane ꝑipatheticoꝝ ac stoicoꝝ: sed cy ni coꝝ phōꝝ est. Quis enī nō intelligat ab ęgrotis: & in aliquo do lore positis: esse hoc disputatū? Quid tā ridiculū: q̄ id habere ꝑ summo bono: qd medic⁹ possit dare? Dolēdū est ergo ut fru amur bono: & qdē g̃ui ac sępe: ut sit postea nō dolore iucūdi⁹. Miserrimus est igit̄ q nunq̃ doluit: q bono caret: que, nos feli cissimū putabam⁹: q malo caruit. Ab hac uanitate n̄ lōge absuit q ōnino nihil dolere summū bonū dixit. Naz pręter qd omne animal doloris est fugiēs: qs pōt sibi hoc bonu pręstare: qd no bis ut eueniat nihil aliud possumus q̄ optare? Sūmum aūt bonū nō pōt efficere quenq̃ beatū: nisi semꝑ fuerit in ipsi⁹ ptāte. Hoc aūt nō uirt⁹ homini: nō doctrina: nō labor: sꝫ natura cūctis ani mantibus pręstat. Qui uoluptatē cū honestate iūxerūt: cōionē hāc effugere uoluerūt: sed effecerūt repugnās bonū: qm̄ q uolu ptati deditus est: honestate careat necesse est: q honestati studet, uoluptate. Peripatheticorū bonum summum multiplex exceptis animi bonis: quę ipsa quę sint: magna cōtentio est, cōe cū beluis potest uideri. Nam corporis idest incolumitas: indolentia: uali tudo: nō minus sunt mutis: q̄ homini necessaria: ac nescio an eti am magis, q homo & medelis & ministerijs subleuari pōt: mu ta nō possunt. Itē quę appellāt fortunę bona: nā sicut hōi opib⁹ ad uitā tuendā: ita illis pręda & pabulis est opus: ita inducēdo bonū: qd nō sit in hominis ptāte totū hominē alienę ditioni sb iugauerūt. Audiam⁹ etiā Zenonē (nā is īterdū uirtutē somniat) Sūmū inquit est bonū: cū natura cōsentanee uiuere. Beluarum

igitur nobis more uiuendū est. Nā quę abesse debent ab homie in his oīb⁹ deprehēdunť: uoluptates appetūt: metuūt: fallūt: insidianť: occidūt. Et qđ ad rē maxīe attinet: deū nesciūt. Quid ergo me docet: ut uiuā secūdū naturā: q̄ ipsa in deteri⁹ ꝓna est: & qbusdā blādimētis lenioribus in uicia pręcipitat: uel si aliā muto rū: aliā hoīs dicit esse naturā: q̄ homo ad uirtutē sit genit⁹: non nihil dicit: sȝ tn̄ nō erit diffinitio sūmi boni: q̄ nullū est aīal: qđ nō secūdū naturā uiuat. Qui sciētiā sūmū bonū fecit: aliqd hōi ꝓprium dedit: sȝ sciētiā alteri⁹ rei gr̄a hōies appetūt nō ꝓpter ipaȝ. Quis enī scire cōtēt⁹ est: nō expetēs aliquē fructū sciētię? Artes iō discunť: ut exerceanť. Exercēť aūt uel ad subsidia uitę: uľ ad uoluptatē: uel ad gloriā. Nō ē igiť summū bonū qđ nō ꝓpter se expetiť. Quid inť est: utrū sciētiā sūmū bonū putem⁹: an illa ipsa quę sciētia ex se parit: idest uictū: gloriā: uoluptatē: quę nō hōi sunt ꝓpria: & iō ne summa qdē bona? Nā uoluptatis & uictus appetētia nō hōi solū: sȝ etiā mutis inest. Quid cupiditātis glorię? Nōne in equis depꝛhēdiť: cū uictores exultēt: uicti dolēt? Tātus amor laudū: tātę uictoria curę. Nec īmerito summus poeta expiēdū eē ait. Et qs cuiq̄ dolor uicto, quę gloria palmę? Quid si ea quę parit sciētia cōia sūt cū aliis aīalib⁹? nō ē ergo sūmū bonū sciētia. Pręterea nō mediocre hui⁹ diffinitōis ē uiciū: q̄ sciētia nuda poniť. Incipiēt enī beatiores uideri: q artē aliquā scierīt immo uero q & res malas scierīt: & tā beat⁹ sit q uenena didicerit tpare: q̄ q mederi. Quęro igiť ad quā rē scientia referēda sit? Si ad causas reꝝ naturalium: quę beatitudo erit mihi ꝓposita: si sciero unde nil⁹ oriať: uel qcqd de cęlo physici delirāt? qd q̄ eaꝝ rerū nō est scīa: sȝ opinatio quę ꝑ ingeniis uaria est? Restat ut scientia bonoꝝ ac maloꝝ sūmū bonū sit. Cur ergo scīaȝ maluit: q̄ ipaȝ sapiētiā summū bonū dicere: cū sit utriusq; significatio & uis eadē? Nemo tn̄ usq; ad summū bonū dixit eē sapiētiam: qđ meli⁹ dici potuit. Nā scīa paꝝ est ad bonū suscipiendū: malūq; fugiēdū: nisi accedat & uirtus. Multi enī phōꝝ cū de bonis malisq; differerēt: aliter tn̄ q̄ loquebanť natura cogēte uixerūt: quia uirtute caruerūt. Virt⁹ aūt cū scīa cōiūcta: sapiētia ē. Supest ut eos etiā refellam⁹: q uirtutē ipaȝ sūmū bonū putauerūt: in q̄ opinione etiā. M. Tul. fuit in quo mľtū īcōsiderati fuerūt. Nō enīȝ uirt⁹ ipa ē sūmū bonū: sȝ effectrix & mr̄ ē sūmi boni: qm̄ pueiri

usq; adhuc, hactenus

ad illud sine uirtute nõ põt. Vtrũq; intellectu est facile. Quero enĩ utrũ ne ad preclarũ illud bonũ facile pueniri putẽt: an cũ diffi cultate ac labore expediãt accumẽ suũ, errorẽq; defendãt. Si faci le ad illud: ac sine ullo labore pueniri põt summũ bonũ nõ est. Quid enĩ nos cruciem⁹? Quid cõficiam⁹ enitẽdo dieb⁹ & nocti b⁹? Qñ qdẽ tã in prõptu id qd̃ querim⁹ iacet: ut illud qlibet sine ulla cõtẽtiõe animi dephẽdat? Sz si cõe quoq; ac mediocre quodli bet bonũ nõ nisi labore asseqmur: qm̃ bonorũ natura ĩ arduo po sita ẽ: malorũ ĩ precipiti, Sũmo igit̃ labore sũmũ bonũ asseq ne cesse ẽ: qd̃ si uerissimũ ẽ: ergo altera uirtute op⁹ ẽ ut pueniamus ad eã uirtutẽ: que dicit̃ sũmũ bonũ: qd̃ ẽ incõgruẽs & absurdũ ut uirt⁹ p seipaz: pueniat ad seipaz. Si nõ põt ad ullũ bonũ nisi p laborẽ pueniri: apparet uirtutẽ eẽ p quã peueniat̃: qm̃ ĩ suscipien dis pferẽdisq; laborib⁹: officiũq; uirtutis ẽ. Ergo sũmũ bonuz nõ põt eẽ id p qd̃ necesse ẽ ad aliud pueniri. Sz illi cũ ignorarẽt qd efficeret uirt⁹: aut quo tẽderet: honesti⁹ aũt nihil reperirẽt: sb stiterũt in ipsi⁹ uirtutis noĩe: quã nullo pposito emolumẽto: ap petẽdã esse dixerũt: ut bonũ sibi cõstituerũt q bono indigerẽt. Aristoteles ab his nõ lõge recessit: q uirtutẽ cũ honestate sũmuz bonũ putauit: q̃si ulla uirtus possit esse inhonesta: ac nõ si quid habuerit turpitudĩs uirtus esse desinat: sed uidit fieri posse: ut de uirtute prauo iudicio sentiat̃ male: & iõ existimatõi hõinũ fuiẽdũ putauit. Quod q facit: a recto bonoq; discedit: q nõ est in nr̃a ptãte: ut uirtus p suis meritis honestet̃. Nam qd est hone stas: nisi honor ppetu⁹: ad aliquẽ secundo populi rumore dela tus? Quid ergo fiet? si errore ac prauitate hõinũ: mala existĩatio sbseq̃tur? Abijciem⁹ ne uirtutẽ: q flagitiosa & turpis ab ĩsipiẽti bus iudicet̃? Que qm̃ inuidia pmi ac uexari põt: ut sit ipm ppri um ac ppetuũ bonum: nullo extrĩsecus adiumẽto ĩdigere debet, quin suis p se uirtutibus nitat̃ & cõstet. Itaq; nec ullũ ei ab hoĩe bonũ sperãdum ẽ: nec ullum malum recusandum. Venio nunc ad uere sapiẽtie sũmũ bonũ: cui⁹ natura hoc mõ detminãda est.

## Capi. ix. Quid sit uere sapiẽtis summum bonum. Et q̃ uicio sa fuerit ratio Anaxagore ad qd nat⁹ sit homo.

PRimum ut soli⁹ hõis sit: nec cadat in ullum aliud aĩal. Deĩ de ut soli⁹ animi, nec cõicari possit cum corpe. Postremo

ut nõ possit cuiq̃ sine sciẽtia & uirtute cõtingere. Quę circũscri
ptio illas oẽs sciẽtias excludit ac soluit. Eoꝝ enĩ q̃ dixerũt nihil
tale est. Dicã nũc qd sit: ut doceã qd institui phõs oẽs cęcos atq;
insipiẽtes fuisse: q qd est hõi summũ bonũ cõstitutũ: nec uidere
nec intelligere: nec suspicari aliquãdo potuerũt. Anaxagoras cũ
ab eo quęreret: cui⁹ rei cã nat⁹ esset: respõdit solis ac cęli uidẽdi.
Hãc uocẽ admirant oẽs: ac philosopho dignã iudicant. At ego
hũc puto nõ inueniẽtẽ qd respõderet effudisse hoc passim ne ta
ceret. Quod qdem secũ si sapiẽs fuisset: cõmẽtatũ & meditatũ
habere debuit: q̧ si qs rationẽ sui nesciat: ne hõ sit qdẽ: sed pute
mus nõ ex tẽpore dictũ illud effusum. Videam⁹ in trib⁹ uerbis
quot & quãta peccauerit. Primũ q̧ omne hoĩs officium in solis
oculis posuit: nihil ad mẽtẽ referẽs: sed ad corp⁹ oĩa. Quid si cę
cus fuisset: officiũ ne hoĩs amitteret? qd fieri sine occasu animę
nõ põt. Quid cęterę corpis ptes: unde carebũt suis quoq; mune
ribus? Quid qd plus est in auribus q̃ in oculis sitũ? qm̃ doctrina
& sapiẽtia pcipi aurib⁹ solis põt: oculis solis nõ põt. Cęli ac so
lis uidẽdi cã natus es. Quis te in hoc spectaculũ induxit: aut qd
cęlo: rerũq; naturæ uisio tua cõfert? Nimiꝝ ut hoc immẽsum &
admirabile opus laudes? Cõfitere ergo reꝝ omniũ esse constitu
torẽ deũ: q te in hũc mũdũ quasi testẽ laudatorẽq; tanti sui ope
ris induxit. Magnũ esse credis uidere cęlum atq; solẽ. Cur ergo
gratias nõ agis ei: q huius beneficii auctor est? Cur nõ ipsius uir
tutẽ: prouidẽtiã: ptãtemq; metiris aĩo: cuius opa miraris? Etenĩ
necesse est ut multo mirabilior sit: q mirabilia pfecit. Si te qspi
am uocasset ad coenã: in eaq; optime acceptus esses: nõ san⁹ uide
reris: si pluris faceres ipsam uoluptatẽ: q̃ uoluptatis auctorem.
Adeo philosophi ad corpus oĩa referũt: nihil prorsus ad mentẽ
nec uidẽt amplius: q̃ qd sb oculis uenit. Atqui remotis omnib⁹
officiis corporis in sola mente ponẽda est hoĩs ratio. Non ergo
ideo nascimur: ut ea que sunt facta uideamus: sed ut ipsum facto
rem rerum omniũ cõtemplemur: idest mente cernamus. Quare
si quis hominẽ qui uere sapit interroget: cuius rei gratia nat⁹ sit
Respondebit intrepidus ac paratus: colendi se dei gratia natũ:
qui nos ideo generauit: ut ei seruiamus. Seruire autem deo nihil
aliud est: q̃ bonis operibus tueri: & cõseruare iusticiã: sed ille ut
homo diuinaꝝ rerũ imperitus: rẽ maximã redegit ad minimũ:

duo sola diligēda quę sibi diceręꝫ intuēda. Quod si natū se esse dixisset: ut mūdū intuereť: q̄q̄ oīa cōprehēderet: ac maiori uteretur sono: tñ nō implesset hōis officiū: ꝗ quāto pluris est aīa q̄ corp⁹: tāto pluris est de⁹ q̄ mūdus: ꝗ mūdū deus fecit & regit. Nō ergo mūdus oculis: ꝗ utrūq; est corp⁹: sed deus aīa cōtēplādus est: ꝗ de⁹ ut est ipse immortalis: sic animū uoluit eē sempiternū. Dei aūt cōtēplatio est uenerari & colere cōem parēteꝫ generis humani. Quod si a pħis abfuit, piecti q; in terrā ierūt diuina ignorādo: existimādus est Anaxagoras ad ea quę uidenda natū esse se dixit: nec cęlū uidisse nec solem. Expedita est igitur hominis ratio: si sapiat cuius ꝓpria est humanitas. Nam ipsa humanitas quid est nisi iusticia? Quid est iusticia nisi pietas? Pietas autem nihil aliud est q̄ de parentis agnitio.

¶ Capi. x. Quod ea quę uidenť hōis eē ꝓpria: cęteris quoq; aīalibus cōia sunt: hōi uero ꝓpriū est deū noscere & colere.

SVmmū igiť bonū homīs in sola religione est. Nā cętera etiā quę putanť esse homini ꝓpria: in cęteris quoq; aīalib⁹ reperiunť. Cum enī suas uoces ꝓpriis inter se notis discernunt. atq; dinoscūt: colloq uidenť: ridēdi quoq; ratio apparet in his aliqua: cū deuulsis auribus: cōtractoq; rictu & oculis in lasciuiā resolutis: aut homini alludūt: aut suis quisq; cōiugibus ac foetibus ꝓpriis. Nōne aliqd amori mutuo: & indulgētię simile impertiūt? Iā illa quę sibi ꝓspiciūt in futuꝝ: & cibos reponūt: habēt utiq; prudētiā: rōis quoq; signa in mltis deprēdunť. Nā quādo utilia sibi appetūt: mala cauēt: pericula uitāt: latibula sibi parāt in plures exitus disparentia, ꝑfecto aliqd intelligunt. Potest aliqs negare illis ineē rōem: cū hoīeꝫ ipsuꝫ sępe deludant? Nam quibus generādi mellis officium est: cū assignatas incolunt sedes: castra muniūt: domicilia ienarrabili arte cōponūt: regi suo fuiūt. Nescio an in his sit ꝑfecta prudētia. Incertū est igiť: utꝝ ne illa quę hōi tribunť: cōia sint cū aliis uiuētibus. Religiōis certe sunt expertia. Eqdeꝫ sic arbitror uniuersis aīalibus esse dacā rationē sꝫ mutis tātūmō ad uitā tuēdā: homini aūt ad ꝓpagādā. Et ꝗ in hoīe ipsa ratio ꝑfecta est: sapiētia noiať: quę in hoc eximiuꝫ facit hoīem: ꝗ soli datū ē hōi itelligere diuina. Qua de re Ciceronis

uera est sniã. Ex tot inqt generib⁹ nullũ est aĩal pręter hoĩem: qđ habeat noticiã aliquã dei. Ipsisq; ĩ hoĩb⁹ nulla gẽs ẽ: neq; tã ĩmã sueta: neq; tã fera: quę nõ etiã si ignoret: qualẽ deũ haberi deceat, tñ habẽdũ sciat. Ex quo efficit ut is agnoscat deũ: q unde ortus sit q̃si recordet. Qui ergo philosophi uolũt animos omni metu liberare: tollũt etiã religionẽ & orbãt hoĩez suo ꝓprio ac singulari bono: qđ est a recte uiuẽdo atq; ab oĩ humanitate disiunctũ: ꝗ deus ut cũcta uiuẽtia subięcit hoĩ: sic ipm hoĩez sibi. Naz qd est cur iidẽ disputẽt: eo dirigendã esse mentẽ: quo uultus erectus est: Si enĩ nobis in cęlũ spectãdũ est: ad nihil utiq; aliud: q̃ ob religionẽ: si religio tollit: nulla nobis ratio cũ cęlo est. Itaq; aut eo est spectandũ: aut in terra ꝓcũbendũ. In terrã ꝓcũbere nisi uelim⁹: qđ ẽ nõ possum⁹: quoꝝ stat⁹ rectus est: in cęlũ igit spectandũ est: quo natura corporis ꝓuocat. Quod sic cõstat esse faciendũ: aut ideo est faciẽdũ: ut religioni seruiamus: aut ideo: ut rationẽ reꝝ cęlestiũ cognoscam⁹. Sed rõem reꝝ cęlestiũ cognoscere nullo mõ possum⁹: ꝗ nihil eiusmõi põt cogitãdo inueniri sicut supra docui. Religioni ergo seruiẽdũ est: quã q nõ suscipit: ipse se ꝓsternit in terrã: & uitã pecudũ secut⁹ humanitate se abdicat. Sapiẽtiores ergo imperiti: q etiã si errãt in religione diligenda: tñ naturę suę cõditionisq; meminerint.

## Capi. xi. Quod deus fecit hominẽ cupidũ religionis & sapientię: quoꝝ alteꝝ cõstare sine altero ñ potest. Et ꝗ nihil eoꝝ quę mortales appetunt summum bonum sit.

Constat igitur totius humani generis consensu, religionez suscipi oportere: sed quomodo in ea erret explicãdum ẽ. Naturã hoĩs deus hãc esse uoluit: ut duarum rerum cupidus & appetẽs esset: religionis & sapiẽtię: sed hoĩes ideo fallunt: ꝗ aut religionẽ suscipiunt omissa sapientia: aut sapiẽtię soli studẽt, omissa religione: cum alteꝝ sine altero esse non possit ueꝝ. Cadunt ergo ad multiplices religiones: sed ideo falsas: ꝗ sapiẽtiã reliquerũt: quę illos docere poterat: deos multos eẽ nõ posse. Aut student sapientię: sed ideo falsę: quia religionẽ summi dei omiserunt: q eos ad ueri scientiã potuit erudire. Sic hoĩes q alteruteꝝ suscipiũt, uitã deuiã maximisq; erroribus plenã sequunt.

qm̄ in his duob⁹ inseperabiliter connexis: & officiū hōis: & ueritas oīs inclusa est. Miror itaq; nullū oīno phōꝝ extitisse: q sedē ac domiciliū sūmi boni reperiret. Potuerunt enī sic quęrere. Quodcūq; est summū bonū: necesse ē oīb⁹ esse ꝓpositū. Voluptas ē quę appetit̄ a cūctis: sȝ hęc & cōis est cū beluis: & honestiuim nō hȝ: & satietatē affert: & nimia nocet: & ꝓcessu minuitur ętatis: & multis nō cōtigit: Nā q opib⁹ carēt: quorū maior ē numerus: etiā uoluptate careāt necesse est. Nō ē igit̄ summū bonū: sȝ ne bonū qdē uoluptas? Quid diuicię? Multo magis. Nam & plerūq; & paucioribus casu: & inertib⁹ sępe: & nōnūq̄ scelere cōtigunt & optant̄ ab his q eas iam tenēt. Quid regnū ipm? ne id qdē? Nō enī cūcti hoīes regnare possūt: & necesse est uniuersos sūmi boni capaces esse. Quęram⁹ igit̄ aliqd: qđ ꝓpositū sit omnibus. Num uirtus negari nō pōt: quin & bonū nō sit: & omnium certe bonū? Sȝ si beata eē nō pōt: q uis & natura eius ī malorū pferētia posita est: nō est ꝓfecto sūmū bonū. Quęramus aliud: at nihil uirtute pulchri⁹: nihil sapiētia digni⁹ inueniri potest. Si enī uicia ob turpitudinē fugiēda sunt: uirt⁹ igit̄ appetēda ē ob decorē. Quid ergo? Potest ne fieri ut qđ bonū: qđ honestū esse cōstat: mercede ac pręmio careat: sitq; tam sterile: ut nihil ex se cōmodi pariat? Labor ille magn⁹ & difficultas & eluctatio aduersus mala: qbus hęc uita plena est: aliqđ magni boni pariat necesse est. Id uero quid eē dicem⁹: num uoluptatē? At nihil turpe ex honesto nasci potest. Num diuitias? Num potestates? At ea quidem fragilia sunt & caduca. Num gloriam? Num honorē? Num memoriā nominis? At hęc oīa nō sunt in ipa uirtute: sed ī aliorum existimatōe atq; arbitrio posita. Nā sępe uirtus & inuisa est: & malo afficitur. Debet autem id bonuȝ qđ ea nascitur ita cohęrere: ut diuelli atq; abstrahi ne queat: nec aliter summuȝ bonum uideri potest: q̄ si & proprium sit uirtutis & tale ut neq; adiici quicq̄: neq; detrahi possit. Quid qđ in his omnib⁹ cōtennēdis uirtutis officia cōsistūt: nā uoluptates: opes: potētias: honores: eaq; oīa quę ꝓ bonis habēt̄ nō cōcupiscere: nō appetere: n̄ amare: qđ cęteri faciunt uicti cupiditate, idest profecto uirtus. Aliud ergo sublimius atq; pręclari⁹ efficit: nec frustra his pręsētib⁹ bonis reluctāt̄: nisi qđ maiora & ueriora desiderat non desperemus inueniri posse. Modo uerset se cogitatio in oīa. Neq;

enim leuia: aut ludicra premia petuntur.

Capitu. xii: De duplici pugna corporis & anime & hostibus utriusq; : Et q̄ uirtus nō ꝓpter se appetēda est: sed ꝓpter uitā eternā que summū bonū est. Et uirtutē necessario seq̄ & in presenti haberi non potest.

SEd q̄ritur qd sit: propter qd nascimur: qd efficiat uirtus: possumus sic inuestigare. Duo sunt ex q̄bus homo cōstat: anim⁹ & corpus. Multa sunt ꝓpria animi: multa ꝓpria corporis multa utriq; cōia: sicut est ipsa uirtus: que quotiēs ad corpus refert: discernēdi gratia fortitudo nomiāt. Quoniā igit̄ utriq; sb iacet fortitudo: utriq; ꝓposita dimicatio est: & utriq; ex dimicatōe uictoria. Corpus q̄ solidū est: & cōprehēsibile: cum solidis & cōprehēsibilibus cōfligat necesse est. Anim⁹ aūt q̄ tenuis & inuisibilis est: tū his cōgredit̄ hostibus: q̄ uideri tangiq; non possunt. Qui sunt aūt hostes animi: nisi cupiditates: uicia: peccata: que si uicerit uirtus ac fugauerit: immaculat⁹ erit anim⁹ ac purus. Vnde ergo colligi pōt: qd efficiat animi fortitudo? Nimirū ex cōiūcto & pari: hoc est ex corporis fortitudine. Quod cū in aliquā cōgressiōe; certamēq; uenerit: qd aliud ex uictoria q̄ uitā petit? Siue enī cū homine: siue cū bestia dimices: pro salute certatur. Ergo ut corp⁹ uincēdo id assequtur: ut nō intereat: sic etiam anim⁹ ut ꝑmaneat: & sicut corp⁹ ab hostibus suis uictū; morte mulctat̄: ita superatus a uiciis anim⁹ moriat̄ necesse est. Quid ergo intererit inter animi corporisq; dimicatōe;: nisi q̄ corp⁹ temporalē uitā expetit: anim⁹ sempiternā? Si ergo uirt⁹ ꝑ seipsā; beata nō est: qm̄ in ꝑferēdis (ut dixi) malis: tota uis ei⁹ est: si oīa que pro bonis cōcupiscunt̄ negligit: si summ⁹ eius gradus ad mortem patet: quandoquidē uitā que optatur a ceteris sepe respuit: mortemq; quā ceteri timēt: fortiter suscipit. Si necesse est aliq̄d ex se magni boni pariat: quia sustentati & sup̄ati usq; ad mortē labores sine premio esse non possunt. Si nullū premium quod ea dignum sit in terra reperitur: quandoquidem cuncta que fragilia sunt & caduca spernit. Quid aliud restat: nisi ut celeste aliquid efficiat: quia terrena uniuersa contēnit: & altiora nitatur: quia humilia despicit. Id uero nihil aliud potest esse q̄ immortalitas. Merito ergo philosophorum non obscuris Euclides: qui fuit conditor megaricorū discipline: dissentiēs a ceteris id esse

summū bonum dixit:qđ simile sit & idem semp. Intellexit pfe
cto quę sit natura summi boni:licet id nō explicauerit qd sit:id
est autē immortalitas. Nec aliud omnino qcq̄:q sola nec immi
nui:nec augeri:nec immutari pōt. Seneca quoq3 imprudēs īcidit
ut fateret nullū esse aliud uirtutis pręmium:q̄ immortalitatem:
laudās enī uirtutē,in eo libro quē de immatura morte cōscripsit,
Vna,inqt,res est uirtus quę nos immortalitatē donare possit:
& pares dijs facere. Sed & Stoici quos secut⁹ est negāt sine uirtu
te effici quēq̄ beatū posse:ergo uirtutis pręmiū beata uita est: si
uirtus(ut recte dictū est)beatā uitā facit. Nō est igit(ut aiūt) p
pter seipsam uirtus expetenda:sed ppter uitā beatā:quę uirtutē
necessario sequit. Quod argumētum docere eos potuit: qđ esset
summū bonū. Hęc autē uita pręsens & corporalis beata esse nō
pōt:q malis est subiecta per corpus. Epicurus deū beatū & in
corruptū uocat:q sempitern⁹ est. Beatitudo enī pfecta esse deb3,
ut nil sit quod eam uexare:ac imminuere:aut immutare possit.
Nec aliter quicq̄ existimari beatum pōt:nisi fuerit incorruptu3.
Incorruptum autē nihil est:nisi quod est immortale. Sola ergo
immortalitas beata est:qa corrumpi ac dissolui nō pōt. Quod
si cadit in hominem uirtus(quod negare nullus potest)cadit &
beatitudo. Nō pōt enī fieri ut sit miser:qui uirtute est pręditus.
Si cadit beatitudo:ergo & immortalitas cadit in hominē:quę
beata est. Summum igit bonum:sola immortalitas inuenit:qa
nec aliud animal: nec corpus attingit. Nec potest cuiq̄ sine scien
tię uirtute idest sine dei cognitione ac iusticia puenire. Cui⁹ ap
petitio q̄ uera:q̄ recta sit:ipsa uitę huiusce cupiditas idicat: quę
licet sit tēporalis & labore plenissima:expetitur tamē ab omni
bus & optat. Hanc enī tam senes q̄ pueri:tam reges q̄ infimi: tā
deniq3 sapiētes q̄ stulti cupiūt. Tāti ē(ut Anaxagorę uisū est)cō
templatio cęli ac lucis ipsius:ut quascunq3 miserias libeat susti
nere. Cum igitur laboriosa hęc & breuis uita: non tantum bo
minum:sed etiam cęterorum animātium consensu,magnum bo
num esse ducatur. Manifestum est eandē summū ac pfectum fie
ri bonū si & fine careat & omni malo. Deniq3 nemo unq̄ extitis
set:q hāc ipsam breuē cōtemneret:aut subiret mortē:nisi spe uitę
longioris. Nā illi qui pro salute ciuiū uoluntarie se neci optule
rūt sicut Thebis Meneoch⁹, Athenis Codrus. Romę Curci⁹ &

mures,duo Deciȷ̄:nunq̄ mortē uitę cōmodis prętuliſſent:niſi ſe
immortalitatē opinione ciuiū cōſeq̄ putauiſſēt. Qui tñ & ſi ne
ſcirēt immortalitatis uiā:res tñ eos nō fefellit. Si enī uirtꝰ diuiti
as & opes ideo contēnit:q̄ fragiles ſunt:uoluptates ideo q̄ bre
ues:ergo & uitā fragilē breuēq̄ iō cōtēnit:ut ſolidā & ꝑpetuā cō
ſequat̄. Ipſa ergo cogitatio ꝑ ordinē gradiēs & uniuerſa cōſide
rās:ꝑducit nos ad eximiū illud & ſingulare:cuiꝰ cauſa naſcimur
bonū. Quod ſi feciſſent philoſophi:ſi nō qd̄ ſemel apprebēde
rāt tueri ꝑtinacit̄ maluiſſent:ꝓfecto ꝑueniſſent ad uerū,boc,ut
oſtēdi mō. Quod ſi nō fuit eorū q̄ cęleſtes aīas una cū corpori
bꝰ extinguūt:illi tñ q̄ de immortalitate di  putant animi:intelli
gere debuerūt. Ideo ꝓpoſitā nobis eē uirtutē:ut ꝑdomitis libi
dinibꝰ rerūq̄ terreſtriū cupiditate ſuperata:purę ac uictrices aīę
ad deū idest ad originē ſuā reuertant̄. Idcirco enī ſoli animātiū
ad aſpectū cęli erecti ſumꝰ:ut ſummū bonū noſtrū in ſummo
deo eſſe credamꝰ. Ideo religionē ſoli capimꝰ:ut ex boc ſciamus
bumanū ſpiritū nō eē mortalē: q̄ deū q̄ eſt immortalis & deſi
derat & agnoſcit. Igit̄ ex omnibꝰ philoſophis:q̄ aut ꝓ ſummo
bono ſciētiā:aut uirtutē ſunt amplexi:tenuerūt q̄dē uiā uerita
tis:ſed nō ꝑuenerūt ad ſummū. Hęc enī duo ſunt:quę ſimul effi
ciāt illud qd̄ querit̄:ſciētia id pręſtat:ut q̄uo:& quo ꝑueniēdū
ſit nouerimus:uirtus ut ꝑueniamꝰ. Alterū ſine altero nibil ualet.
Ex ſciētia enī uirtus:ex uirtute ſummū bonū naſcitur. Beata igi
tur uita quam philoſophi quęſiuerunt ſemper & quęrunt:ſiue
in cultu deorum:ſiue in piloſophia:nulla eſt.& ideo ab bis non
potuit reperiri:quia ſummū bonum nō in ſummo quęſiuerūt:
ſed in imo. Sūmum autē q̄d eſt niſi cęlum & deus:unde animus
orit̄? Imū quid eſt niſi terra:unde corpus eſt? Itaq̄ licet quidam
philoſophi ſummum bonum non corpori ſed animo dederint,
tamē quoniam ad illud banc uitam retulerūt:quę cum corpore
terminatur:ad corpus reuoluti ſunt:cuius eſt omne boc tempꝰ
quod trāſigitur in terra. Quare non immerito ſummū bonum
non cōprebenderunt:quia q̄cquid ad corpus ſpectat:& immor
talitatis eſt expers:unum ſit neceſſe eſt:nō cadit ergo in bominē
beatitudo illo modo quo philoſophi putauerunt:ſed ita cadit
nō ut tūc beatus ſit cū uiuit in corpore:quod utiq̄ ut diſſoluat̄
neceſſe ē corrūpi:ſ3 tūc cū aīa ſocietate corporis liberata in ſolo

ſpiritu uiuit. Hoc uno beati eſſe in hac uita poſſum⁹: ſi minime beati eſſe uideamur: ſi fugientes illecebras uoluptatū: ſoliꝗ uirtuti ſeruientes: in omnibus laborib⁹ miſeriiſꝗ uiuam⁹: quę ſunt exercitia & coroboramēta uirtutis: ſi denique aſperā illā uiā difficilemꝗ teneamus: quę nobis ad beatitudinem patefacta eſt. Sūmum igiť bonum: quod beatos facit, non poteſt eſſe, niſi in ea religione atque doctrina: cui ſpes immortalitatis adiuncta eſt.

Capi. xiij. Quod anima immortalis: & q̄re diuina traditio logicā non deſiderat aut philoſophiam: ſed ethicā ſolā in q̄ docēda ſummi philoſophi errauerūt. Et quare philoſophia non ſit dux uitę & uirtutum parens: expultrix & ultrix uitiorum quod tamen Cicero & alij aſtruere conati ſunt.

REs exigere uideť hoc loco: ut quoniā docuim⁹ immortalitatē eſſe ſummū bonū: idipm immortalē eſſe animā comprobem⁹. Qua de re ingēs inter philoſophos diſceptatio ē: nec q̄ꝗ tñ explicare, aut probare potuerūt: hi q ueꝝ de aīa ſentiebāt, exptes eni hui⁹ diuinę eruditionis; nec argumēta uera; qb⁹ uincerēt attulerūt: nec teſtimonia qb⁹ ꝓbarēt: ſed oportunius hāc queſtionē tractabim⁹ in ultimo libro: cū de uita beata nobis erāt diſſerēdū. Supeſt pars illa tertia philoſophię: quā uocāt logicā id eſt rationalē: in q̄ tota dialetica & omnis loquēdi ratio cōtineť. Hāc diuina eruditio nō deſiderat: q̄ non in lingua; ſed in corde ſapiētia eſt. Nec īntereſt q̄li utať ſmone: res eni nō uerba quęrunť. Et nos nō de grāmatico aut oratore: quoꝝ ſciētia eſt quomodo loqui deceat: ſed de ſapiēte diſſerimus: cuius doctrina eſt q̄uo uiuere oporteat: q̄ ſi neque phyſica illa ratio neceſſaria ē, neque hęc logica; q̄ beatos facere nō poſſunt: reſtat ut in ſola ethica totius philoſophię uis cōtineať: ad quā ſe abiectis omnibus Socrates cōtuliſſe dicitur. In qua etiam parte quoniā philoſophos erraſſe docui: qui ſummū bonū (cuius capiendi gratia generati ſunt) nō cōprehēderunt: apparet falſam & inanē eſſe omnē philoſophiā: quia nec inſtruit ad iuſticię munera: nec officiū homīs rationē ꝗ confirmat. Sciant igitur errare ſe: qui philoſophiam putant eſſe ſapientiam: non trahanť auctoritate cuiuſq̄: ſed ueritati potius: & faueant & accedant. Nullus hic temeritati locus eſt: in ęternū

ſtulticię poena ſubeũda eſt, ſi aut pſona inanis, aut opinio falſa
deceperit. Homo aũt ꝗliſcũqꝫ eſt ſi ſibi credit: hoc eſt ſi hōi cre
dit (ut nō dicā ſtult⁹) qui ſuũ nō uideat errorē: certe arrogās eſt:
q ſibi audeat uēdicare quod humana cōditio nō recipit. Ille ipſe
romanę linguę ſumm⁹ auctor quātũ fallat̃: licet ex illa ſentētia ꝑ
uidere: qui cũ in libris officioꝝ philoſophiā nihil aliud eē dixiſ
ſet ꝗ̃ ſtudiũ ſapiētię: ipſam autem ſapiētiā rerum diuinaꝝ & hu
manarũ ſcientiā: tum adiecit: cuius ſtudiũ: qui uituperat haud ſa
ne intelligo qd nam ſit quod laudādũ putet. Nam ſi oblectatio
quęrit̃ animi: requieſqꝫ curarũ: quę cōferri cũ eoꝝ ſtudijs poſſunt:
qui ſemꝑ aliqd inquirunt: quod ſpectet & ualeat ad bene beateqꝫ
uiuēdũ? Si uero ratio cōſtātię uirtutiſqꝫ ducit̃: aut hęc ars eſt: aut
nulla omnino per quā eas aſſequamur. Nullam dicere maximaꝝ
rerum artem eſſe: cum minimarũ ſine arte nulla ſit, hominum eſt
parum conſiderate loquentiũ: atqꝫ in maximis rebus errantium.
Si aũt eſt aliqua diſciplina uirtutis: ubi ea quęrat̃: cũ ab iſto gene
re diſcēdi diſceſſeris? Et qdem tam & ſi operaꝫ dederim: ut quā
tulũ cũqꝫ dicendi aſſequerer facultatem propter ſtudiũ dicendi:
tamen eloquens nunꝗ̃ fui: quippe qui forum ne attigerim qdem,
ſed neceſſe eſt ipſa me faciat eſſe bonitas eloquentem: ad quā di
ſerte copioſeqꝫ defendendam: ſciētia diuinitatis & ipſa ueritas
ſufficit. Vellem igit̃ Ciceronem pauliſper ab inferis ſurgere: ut
uir eloquentiſſimus ab homunculo non diſerto doceretur. Pri
mumqꝫ qdnam ſit quod laudandum putet: qui uituperat id ſtudi
um quod uocatur philoſophia. Deniqꝫ neqꝫ illam eſſe artem qua
uirtus & iuſticia diſcatur: nec aliaꝫ ullā ſicut putauit. Poſtremo
quoniā eſt uirtus diſciplina, ubi quęrenda ſit: cũ ab illo diſcendi
generē diſceſſeris: quod ille nō audiendi diſcēdiqꝫ grã quęrebat,
A quo enim poſſet audire: cũ ſciret id nemo? Sed ut in cauſis fa
cere ſolebat interrogatione uoluit urgere: ad confeſſionēqꝫ dedu
cere: tanꝗ̃ conſideret reſponderi prorſus nihil poſſe: quo minus
philoſophia eſſet magiſtra uirtutis. Quod qdem in tuſculanis
diſputationib⁹ apte ꝓfeſſus eſt: ad eā ipam cōuerſa oratōe tanꝗ̃
ſe declamatorio dicēdi genere iactaret. O uitę philoſophia dux
inquit. O uirtutis indagatrix expultrix uitiorũ: quid nō modo
nos: ſed omnino uita hominũ ſine te eſſe potuiſſꝫ? Tu inuētrix
legũ: tu magiſtra morũ ac diſciplinę fuiſti. Quaſi uero aliqd ꝑ

seipã sentiret: ac nõ poti⁹ ille laudãdus esset q eã tribuit. Potuit eodẽ mõ grãs agere cibo & potui: qꝛ sine his rebus constare uita nõ possit: in qbus ut sensus, ita beneficiũ nihil est: atqui ut illa corporis alimenta sunt: sic animę sapientia.

Ca. xiiii. Quod Lucretius & aliĩ errauerũt opinati sapiẽtiã inuentã esse ab homine: & nec datã hominib⁹ a creatore. Et qũo Cicero suis uerbis cõuincit. Et qꝛ philosophia nec uerõ docꝫ: nec ad recte uiuendũ instruit.

RECtius itaqꝫ Lucretius cũ eũ laudat q sapiẽtiã primus inuenit: sed hoc inepte: qꝛ ab homine inuẽtã putauit: q̃si uero illaꝫ alicubi iacentẽ, homo ille, quẽ laudabat, iuenerit: tãq̃ tibias ad fontẽ (ut poetę aiũt) qꝛ si repertorẽ sapientię ut deũ laudauit, (ita enĩ dicit. Nemo (ut opinor) erit mortali corpe cret⁹. Nã sicut ipa petit maiestas cognita rerũ: dicẽdũ est, deus ille fuit. Deus inclyte memini) tñ nõ erit sic laudãd⁹ de⁹, qꝛ sapiẽtiã inuenerit: sꝫ qꝛ hominẽ fecerit q posset capere sapiẽtiã. Minuit enĩ laudẽ: q ptẽ laudat ex toto: sꝫ ille ut hoĩeꝫ laudauit: q tñ ob id ipm deberꝫ p deo haberi qꝛ sapere iuenerit. Nã sic ut ait. Nõne decebit hũc hoĩem diuũ numero dignarier esse? Vnde apparet: aut Pythagorã uoluisse laudare: q se prim⁹ ut dixi phũm noĩauit: aut Milesiũ Thalẽ q de rerꝫ natura prim⁹ tradit̃ disputasse. Sꝫ dũ hoĩeꝫ quęrit extollere: rẽ ipam depssit. Non enĩ magna si ab hoĩe potuit iueniri: uerũ põt ut poetę dari uenia. At ille idẽ pfect⁹ orator sũmusqꝫ philosoph⁹ (ne gręcos repħẽdã) quorꝫ leuitatẽ semp accusat: & tñ sequit̃ ipaꝫ sapiẽtiã: quã alias donũ: al's inuẽtũ deorꝫ uocat: poetice figuratã laudat in faciẽ. Grauit̃ etiã quęrit̃ extitisse aliquos q eaꝫ uituparẽt. Quisq̃ ne inqt uituperare uitę parẽtem: & hoc parricidio se inqnare audeat: & tã ĩpie ingrat⁹ rẽ? Nos ergo Mar. Tul. parricidę sum⁹: & in suẽdi ꝑe iudice in culeũ: q in phiam negam⁹ parẽtẽ esse uitę. An tu q aduersus deũ tã ĩpie ingrat⁹ es? Nõ hũc cuius effigiem ueneraris in capitolio sedentẽ: sed illũ q mũdum fecit hoĩemqꝫ figurauit: q sapiẽtiã quoqꝫ ipaꝫ iter cętera cęlestia sua beneficia largit⁹ est. Magistrã tu uirtutis: aut parentẽ uitę uocas: ad quã si qs accesserit: m'to sit icertior necesse est: q̃ prius fuerit. Cui⁹ enĩ uirt⁹, quę ipsa ubi sita sit: adhuc philosophi non expediũt? cui⁹ uitę, cũ ipsi doctores ante fuerint senectute ac morte cõfecti: q̃ cõstituerit qũo uiui deceat? cui⁹ ueritatis idagatricẽ

profiteri potes qui sepe testaris: cũ tãta multitudo fuerit philoso phorum: sapientem tamẽ extitisse adhuc neminẽ? Quid ergo te magistra illa uitę docuit? An ut potentissimũ cõsulẽ maledictis incesseres: eũq; hostem patrię uenenatis orationibus faceres? Sed omittamus illa quę possunt excusari fortunę nomine. Studuisti nempe philosophię: & qdem sic ut nullus unq̃ diligẽti⁹: quippe q omnes cognoueris disciplinas: sicut ipse gloriari soles: eamq; ipã latinis litteris illustraueris: imitatorẽq; te Platonis ostẽderis. Credo igit̃ quid didiceris: aut in qua secta ueritatẽ deprehẽderis? In academia scilicet quã secutus es: quã ꝓbasti: at hęc nihil docet nisi ut scias te nihil scire. Tui ergo te libri arguũt: q̃ nihil a philo sophia disci possit ad uitã. Hęc tua uerba sunt. Mihi aũt nõ mo do ad sapientiam cęci uidemur: sed ad ea ipsa: quę aliqua ex par te cerni uideantur hebetes & obtusi. Si ergo philosophia est magi stra uitę: cur tibi cęcus & hebes & obtusus uidebare: quem opor tuit, illa docentẽ, & sentire & sapere: & in clarissima luce uersari? At quã cõfessus fueris philosophię ueritatẽ: docẽt ad filiũ cõpo sita pręcepta: qb⁹ mones philosophię qdẽ pręcepta noscẽda: ui uẽdũ aũt esse ciuiliter. Quid tam repugnãs dici potest? Si noscẽ da sunt pręcepta philosophię: ideo utiq; noscẽda sũt: ut recte sapiẽterq; uiuam⁹. Vł si ciuiliter uiuẽdũ est: nõ est igit̃ philoso phia sapiẽtia: siqdem melius est ciuiliter q̃ philosophice uiuere. Nam si sapiẽtia est quę dicitur philosophia: stulte ꝑfecto uiuit: qui nõ secundũ philosophiã uiuit. Si aũt non stulte uiuit: qui ci uiliter uiuit: seqtur ut stulte uiuat q philosophice uiuit. Tuo ita q; iudicio philosophia stulticię inanitatisq; damnata est. Idẽ in consolatione: idest in opere nõ ioculari: Hãc de philosophia sen tentiã tulisti. Sed nescio q uos teneat error: aut miserabilis igno ratio ueri. Vbi est ergo philosophię magisteriũ? Aut qd te docu it illa uitę parens: si uerũ miserabiliter ignoras? Quod si hęc erro ris ignorationisq; confessio: pene inuito tibi ab intimo pectore cõpressa est: cur nõ tibi aliquãdo uerũ fatearis philosophiã: quã tu nihil docentem in cęlum laudibus extulisti: magistram uirtu tis esse non posse?

Cap. xv. Quod in eodẽ errore fuit Seneca. Et quid phiã se cundũ ipm. Et q sicut deus unus & una ueritas: ita una est & simplex sapientia. Et qũo pho℞ oratio pugnet cũ uita.

EOdem ductus errore Seneca (Quis enim uerā uiā teneret errāte Cicerone?) Philosophia inqt) nihil aliud est q̄ recta uiuendi ratio: uel boneste uiuēdi sciētia: ul' ars rectę uitę agēdę. Nō errabimus: si dixerimus phiā esse legē bene honesteq; uiuēdi. Et q dixerit illā regulā uitę: suū illi reddidit. Hic plane nō respexit ad cōe philosophię nomē: quę cū sit in pluris sectas disciplinasq; diffusa: nihilq; habeat certi: nihil denique de quo uniuersi una mēte, ac uoce cōsentiāt. Quid pōt esse tam falsū q̄ regulā uitę phīam uocari: in q̄ diuersitas pręceptorum rectū iter īpediat & turbet? Aut legē bene uiuēdi: cuius capita lōge dissonāt: aut sciētiā uitę agēdę: in q̄ nihil cōtraria sępe dicendo: q̄ ut nemo qcq̄ sciat. Quęro enim utrū ne academiā philosophiā putet esse an non? Negaturū nō arbitror: quod si est: nihil ergo illorum cadit in philosophiam: quę ut oīa reddat incerta legē abrogat: artem nullam putat: rationem subuertit: regulā deprauat: sciētiam funditus tollit: falsa igitur illa omnia: quę in rem semp incertā: & adhuc nihil explicātē cadē nō possūt. Nulla itaq; ratio uel scientia ul' lex bene uiuēdi: nisi in hac unica & uera & cęlesti sapiētia cōstituta est quę philosophis fuerit ignota. Nam illa terręna quoniam falsa est: fit uaria & multiplex: sibiq; tota cōtraria est. Et sicut unus est huius mundi cōstitutor & rector deus: una ueritas: ita unā esse ac simplicem sapientiam necesse est: quę quicqd est uerū ac bonū id perfectum esse nō potest: nisi fuerit singulare. Quod si philosophia uitā posset instruere: nulli nisi philosophi essent boni. Et qui eā nō didicissent: essent omnes semp mali: cū uero innumerabiles existant: & semp extiterint qui sunt aut fuerint sine ulla doctrina boni. Ex philosophis perraro fuerit: qui aliquid in uita fecerit laude dignū. Quis est tandem qui nō uideat eos homines uirtutis, qua ipsi egent, nō esse doctores? Nam si quis mores eorum diligēter inquirat: inueniet iracūdos: cupidos: libidinosos: arrogantes: proteruos: & sub obtentu sapiētię sua uicia celātes: domi faciētes ea quę in scholis arguissent. Fortasse mentior accusandi gr̄a: nōne idipsū Tullius & fatet̄ & querit̄? Quotus inqt qsq; philosophorum inuenit̄, q sit ita moratus, ita animo ac uita cōstitutus, ut ratio postulat: q disciplinā uerā nō ostentationē scientię, sed legē uitę putet: qui obtemperet ipse sibi, & decretis pareat suis. Videre autem licet alios tanta leuitate & iactatione:

ut his fuerit nō didicisse melius: alios pecūię cupidos, alios glo
rię, multos libidinū seruos, ut cū eoꝝ uita & uicijs mirabilit̃ pu
gnet oratio. Neposq; Cornelius ad eundē Ciceronē ita scribit.
Tantū abest ut ego magistrā esse putē uitę philosophiā: beatęq;
uitę pfectricē: ut nullis magis existimē opus esse magistros ui
uēdi: q̄ plerisq; q in ea disputanda uersant̃. Video enī magnam
ptem eoꝝ: q in schola de pudore & cōtinētia precipiāt argutissi
me: eosdē in omniū libidinū cupiditatib⁹ uiuere. Itē Seneca ī ex
hortatōibus. Plerique inquit philosophoꝝ tales sunt diserti in cō
uiciū suū: quos si audias in auaritiā: in libidinē: in ambitōe; per
orātes: in iudiciū suū putes pfessos. Adeo redūdant ad ipos ma
ledicta in publicū missa: quos nos nō alit̃ intueri decet, q̄ medi
cos: quoꝝ tituli remedia habēt pixides uenena. Quosdam uero
nec pudor uiciorum tenet: s; patrocinia turpitudini suę fingūt: ut
etiā honeste peccare uideant̃. Faciet (inqt sapiēs idē Seneca) etiā q̄
nō pbabit: ut etiā ad maiora trāsitū inueniat: nec relinquet bonos
mores: s; tēpori aptabit: ut qbus alij utunt̃ in gloriā aut uolupta
tē; utat̃ agendę rei cā. Deinde paulopost. Omnia quę luxuriosi
faciūt: quęq; imperiti: faciet & sapiēs: s; nō eodē mō: eodēq; pro
posito. Atqui nihil interest quo animo facias: quod fecisse uicio
sum est: q̄ facta cernunt̃: animus nō uidet̃. Aristippo cirenaicoꝝ
magistro cū Laide nobili scorto fuit cōsuetudo: quod flagitiu;
grauis ille philosophię doctor sic defendebat: ut diceret multū
inter se & ceteros Laidis amatores interesse: q̄ ipse haberet Lai
de;: alij uero a Laide haberent̃. O pręclara & imitanda bonis sa
pientia. Huic uero liberos in disciplinā dares: ut discerēt habere
meretricem. Aliquid inter se ac perditos interesse dicebat: scilic;
q̄ illi bona sua perderent: ipse gratis luxuriaret̃. In quo tamen sa
pientior meretrix fuit: quę sic philosophu; habuit pro Lenone
ut ad se omnis iuuentus, doctoris exemplo, & auctoritate, cōcur
reret corrupta sine ullo pudore. Quid ergo īterfuit: quo animo
philosophus ad meretricē famosissimā cōmearet: cū enī popul⁹
& riuales sui uiderēt omnibus pditis negorē! Nec satis fuit ita
uiuere: s; docere etiā libidines coepit: ac mores suos de lupanari
ad scholā trāstulit: disserēs uoluptatē corporis eē sūmū bonu;.
Quę doctrina execrabilis & pudēda: nō in corde philosophi:
sed in sinu meretricis est nata. Nam quid ego de cinicis loquar!

Quibus in propatulo coire cum cõiugibus mos fuit. Quid mirũ si a canibus quoꝝ uitam imitanť: etiã uocabulũ nomẽq; traxerũt! Nullũ igiť in hac disciplina magisteriũ uirtutis est: cũ etiaꝫ illi qui honestiora pręcipiũt: aut non faciũt ipsi quę suadẽt: aut si faciunt quod raro accidit: nõ disciplina eos ad rectum: sed natura producat: quę sępius etiã indoctos impellit ad laudem.

Capitulũ. xvi. Quod recte docentes & male uiuẽtes teste Cicerone nõ utilitatẽ ex philosophia: sed inanẽ ꝑcipiũt delectationẽ. Et ꝙ sapiẽtia seipsaꝫ semp exercet in bonis actib⁹. Et q̃re nõ philosophię ſꝫ sapiẽtię ipsi iugiter insistendũ sit.

Uerũ enĩ cũ se ꝑpetuę desidię tradãt: nullãq; uirtutẽ capessant: & oẽ; suã uitã nihil aliud q̃ in eloquẽtia peragãt: qd aliud q̃ inertes putari debẽt! Sapiẽtia aũt nisi in aliquo actu fuerit: quo uim suã exerceat: inanis & falsa est. Recteq; Tulli⁹ ciuilis uiros q rẽpublicã gubernẽt: q urbes aut nouas cõstituãt: aut cõstitutas ęqtate tueanť: q̃ salutẽ libertatẽq; ciuiũ; uel bonis legibus; uel salubrib⁹ cõsilijs, uel iudicijs grauib⁹ cõseruent, philosophię doctorib⁹ pręfert: Bonos enĩ facere oportet, potius q̃ inclusos in angulis faciẽda pręcipere; quę ne ipsi qdẽ faciũt q loquũtur. Et quoniã sea ueris actibus remouerũt : apparet eos exercẽdę linguę cã: uel uacandi gratia artem ipsam philosophię repperisse. Qui autem docent tm̃ nec faciũt: ipsi pręceptis suis detrahũt põdus. Quis enĩ obtẽperet: cũ ipsi pręceptores doceãt non obtẽperare! Bonũ est aũt recta & honesta pręcipere: ſꝫ nisi & facias mendaciũ est: & est incõgruẽs atq; ineptũ nõ in pectore; sed in labijs habere bonitatẽ. Nõ ergo utilitatẽ ex philosophia: sed oblectationẽ petunt. Quod quidẽ Cicero testatus est. Profecto inquit, omnis istoꝝ disputatio q̃q̃ uberrimos fontes uirtutis & sciẽtię cõtineat: tñ collata cũ hoꝝ actis ꝑfectisq; rebus: uereor ne tm̃ uideatur attulisse, negocijs hominũ, quãdã oblectationẽ ocij. Vereri quidẽ non debuit cum uerum diceret: sed quasi timeret ne proditi mysterij reus a philosophis citareť, Nõ est ausus cõfidenter pronunciare quod fuit uerũ: illos non ideo disputare ut doceãt: sed ut se oblectẽt in ocio : qui qm̃ auctores sunt reruꝫ gerendarũ: nec ipsi quicq̃ gerunt: ꝓ loquacibus sunt habendi. Sed

profecto ꝙ nihil boni ad uitã afferebãt:nec ipſi decretis ſuis op tẽperauerũt:nec qſq̃ ꝑ ſecula inuentꝰ eſt:q eorum legibꝰ uiueret. Abũtiẽda eſt igit̃ oĩs philoſophia:ꝙ nõ ſtudendũ ſapientię: ꝙ fine ac mõ carꝫ:ſed ſapiendũ ꝗdem eſt:& mature. Nõ enĩ nobis altera uita cõcedit̃;ut cũ quęramꝰ in hac ſapientiam;in illa ſapere poſſimus:in hac utrũqꝫ fieri neceſſe eſt:cito inueniri debet: ut ci to ſuſcipi poſſit:ne quid pereat ex uita:cuius finis incertꝰ eſt. Ciceronis Hortenſius cõtra philoſophiã diſſerẽs:circũuenit̃ arguta cõcluſione:qui cum diceret philoſophandũ non eſſe: nihilominus philoſophari uidebat̃:quoniã philoſophi eſt quid in uita faciendũ uel non faciendũ ſit diſputare. Nos ab hac calumnia immunes ac liberi ſumus:qui philoſophiã tollimꝰ: ꝙ humanę cogitationis inuentio eſt:ſophiã defendimꝰ: ꝙ diuina traditio eſt. Eamqꝫ ab omnibꝰ ſuſcipi oportere teſtamur. Ille cũ philoſophiã tolleret:nec melius aliqd afferret:ſapientiã tollere putabat̃: eoqꝫ facilꝰ de ſapiẽtia pulſus eſt:ꝙ cõſtat hominẽ nõ ad ſtulticiam:ſꝫ ad ſapiẽtiã naſci. Pręterea illud quoqꝫ argumentum cõtra philoſophiã ualet plurimũ:quo idem eſt uſus Hortẽſius ex eo poſſe intelligi phĩam nõ eſſe ſapiẽtiã:qđ principiũ & origo eiꝰ appareat. Quãdo,inquit,philoſophi eſſe coeperũt. Thales(ut opinor)primus recẽs:hęc qdẽ ętas. Vbi ergo apud antiquiores latuit amor iſte inueſtigãdę ueritatis?idẽ Lucretius ait, Deniqꝫ natura hęc rerũ;ratioqꝫ reperta eſt:Nuper & hac primum,cũ ꝑmis ipſe repertus. Nunc ego ſum in patrias q poſſum uertere uoces. Et Seneca. Nondũ ſunt inquit mille anni ex quo initia ſapientię nata ſunt:multis ergo ſęculis humanum genus ſine ratõe uixit. Quod irridens Perſius. Poſtq̃,inquit,ſapere urbi cũ pipere & palmis uenit,tanq̃ ſapiẽtia cũ ſaporis mercibus fuerit inuecta: ꝗ ſi ſecundum hominis naturã eſt:cũ homĩe eſſe coeperit neceſſe eſt. Si uero nõ eſt:nec capere ꝗdem illã poſſit humana natura: ſꝫ ꝙ recępit:igit̃ a principio fuiſſe ſapiẽtiã neceſſe eſt. Ergo philoſophia ꝙ nõ a principio fuit:nõ eſt eadẽ,uera ſapiẽtia:ſed uidelicet gręci ꝙ ſacras ueritatis litteras nõ attigerãt : quẽadmoduꝫ depra uata eſſet ſapiẽtia neſciuerũt. Et ideo cum uacare ſapiẽtia humanam uitã putarẽt:philoſophiã commenti ſunt:ideſt latentẽ atqꝫ ignotã ſibi ueritatem diſſerẽdo eruere uoluerũt:qđ ſtudiũ per ignorantiam ueri,ſapientiam putauerunt.

Cap.xvij. Quę fuit ipsa doctrina Epicuri quę morib⁹ omniũ appositissima eloq̃bat̃. Et q̃uo Leucippũ & Democritũ habue rit auctores errorꝝ & fabros athomoꝝ & assertores uoluptatis

Ixi de philosophia q̃ breuiter potui: nũc ad philosophos ueniam⁹: nõ ut cũ eisdẽ certem⁹: q̃ stare nõ pñt: s; ut eos fu gientes atq; deiectos nostro cãpo insequimur. Epicuri disciplina multa celebrior semꝑ fuit q̃ ceterõꝝ: nõ ꝙ ueri aliq̃d afferat: sed ꝙ multos ad populare nomẽ uoluptatis inuitat. Nemo enĩ non in uicia pronus est. Preterea ut ad se multitudinẽ cõtrahat: appo sita singulis q̃buiq; moribus loq̃t̃. Desidiosum uetat litteras di scere: auaꝝ populari largitione liberat: ignauum ꝓhibet accedere ad rẽpublicã: pigrũ exercere: timidũ militare. Irreligiosus audit deos nihil curare: inhuman⁹ & suis cõmodis seruiẽs iubet̃ nihil cuiq̃ tribuere. Omnia enĩ sui cã facere sapientẽ: fugiẽti turbã soli tudo laudat̃. Qui nimiũ parcus est: discit aqua & polenta uitã posse tolerari. Qui odit uxorẽ: huic enumerant̃ celibatus bona. Habẽti malos liberos: orbitas pr̨edicat̃. Aduersus impios parẽ tes nullũ uinculũ esse naturę. Impatiẽti ac delicato, dolorẽ esse omniũ maloꝝ maximũ dicit̃, forti etiã in tormẽtis beatũ eẽ sa pientẽ. Qui claritati ac potentię studet: huic pr̨ecipit̃ reges cole re. Qui molestiã ferre nõ põt: huic regiã fugere. Ita homo astut⁹ ex uariis diuersisq; modis circulũ cogit: & dum studet placere omnibus: maiori discordia secũ ipse pugnauit; q̃ inter se uniuer si. Vnde aũt disciplina eius tota descendat: quã originẽ habeat, explicãdũ est. Videbat Epicurus bonis aduersa semper accide re: paupertatem: labores: exilia: carorũ amissiones: malos cõtra bo nos esse: augeri potẽtia: honoribus affici: uidebat innocẽtiã mi nus tutã: scelera impune committi. Videbat sine dilectu morũ sine ordine ac discrimine annoꝝ sęuire mortẽ: sed alios ad sene ctutem ꝑuenire: alios infantes rapi: alios iam robustos interire: alios in primo adulescentię flore immaturis funeribus extingui, in bellis potius meliores & uinci & perire. Maxime aũt cõmo uebat homines in primis religiosos grauiorib⁹ malis affici. His aũt qui aut deos omnino neglexerũt: aut nõ pie coluerũt: uel mi nora icõmoda euenire uel nulla: ipsa etiã sępe templa fulmĩbus cõflagrare: quod Lucretius querit̃ cũ dicit de deo. Tũ fulmina

mittat,& ędes Ipse suas disturbet,& in deserta recedēs Sęuiat
exercēs telū:qđ sępe nocētes Pręterit,examiatq; indignos inq;
merētes.Quod si uel exiguā ueritatis aurā colligere potuisset:
nunq̄ diceret ędes illū suas disturbare,cū ideo disturbet,q͂ non
sunt suę.Capitoliū qđ est romanę urbis & religionis caput sū-
mū,nō semel,s; sępius fulmīe ictū cōflagrauit.Homīes aūt in-
geniosi qd de hoc existimauerint:ex dicto Ciceronis apparet:q
ait diuinit⁹extitisse illā flammā:nō quę terrestre illud domicili
um Iouis deleret:s; quę sublimius magnificētiusq; deposceret.
Qua de re etiā in libris cōsulatus sui,eādē dixitq; quę Lucreti⁹.
Nā pr̄ altitonās stellāti nixus olympo:Ipse suas arces atq; īclita
tēpla petiuit,Et capitolinis iniecit sedibus ignes. Pertinaci ergo
stulticia nō modo uim maiestatēq; ueri dei nō intellexerūt: sed
etiā impietatē sui erroris auxerūt:q tēplum cęlesti iudicio ,sępe
dānatu;, restituere cōtra fas omne contenderint. Cū hoc igitur
cogitaret Epicurus earum rerum uelut iniquitate inductus,(Sic
enim causam rationemq; ignoranti uidebat)existimauit nullam
esse prouidentiā.Quod cū sibi psuasisset:suscępit etiā defendē
dum:sic in errores inextricabiles se ipse inclusit.Si enim proui-
dentia nulla est:quomodo tam ordinate tam disposite mūdus
effectus est?Nulla inqt,dispositio est:multa enī facta sunt aliter
q̄ fieri debuerūt:& inuenit hō diuin⁹,quę repręhēderet:quę sin
gula si uacarūt refellere,facile ostenderē,nec sapientē hunc fuisse
nec sanū.Itē si nulla prouidentia est:quomō animaliū corpora
tam prouidenter ordinata sunt:ut singula queq; mēbra mirabili
ratōe disposita:sua officia cōseruent?Nihil inqt in procreandis
animalibus ,puidētię ratio molita est.Nam neq; oculi facti sunt
ad uidendū:neq; aures ad audiendum: neq; lingua ad loquēdū:
neq; pedes ad ambulandū:qm̄ prius hęc nata sunt q̄ esset loqui:
audire:uidere:ambulare.Itaq; non hęc ad usū nata sunt: s; usus
ex illis natus est.Si nulla prouidentia est:cur imbres cadunt: fru
ges oriuntur:arbusta frondescūt?Non inqt semp animantium
causa ista fiunt:quoniam prouidentię nihil prosunt:sed oīa,sua
spōte fieri necesse est. Vnde ergo nascuntur:aut quomodo fiūt
oīa quę gerūtur? Nō est,inqt,prouidētię opus:sunt eni; semina
per inane uolitātia:quibus inter se temere conglobatis uniuersa
gignūtur atq; cōcrescunt.Cur igitur illa non sentimus:aut non

cernimus? Quia nec colorē habēt inqt: nec calorē ullū: nec odo
rē: saporis quoq; & humoris expertia sunt: & tā minuta ut seca
ri ac diuidi neqant. Sic eū qꝑ in pncipio falsū susceperat: conse-
quētiū rerū necessitas ad deliramēta pduxit. Vbi enī sūt: aut un
de ista corpuscula? Cur illa nemo preter unū Leucippū somnia
uit? a quo Democrit⁹ erudit⁹ hereditatē stulticie reliquit Epicu
ro. Que si sint corpuscula: & qdē solida ut dicūt: sb oculos cer
te uenire possunt. Si eadē est natura omniū: quō res uarias effici
unt? Vario inqt ordine ac positione cōueniūt: sicut litterę: q cū
sint paucę: uarie tamen collocatę innumerabilia uerba cōficiunt.
At litterę uarias formas habēt. Ita inqt & hec ipa primordia: nā
sunt aspera: sunt hamata: sunt leuia. Secari ergo & diuidi pnt: si
aliqd inest illis, qd emineat. Si aūt leuia sunt & humoris īdigēt,
coherere nō possunt. Hamata igit esse oportet: ut possint īuicē
cōcatenari. Cū uero tā minuta esse dicant: ut nulla ferri acie dissi
ci ualeāt: quō hamos aut āgulos habēt? Quos qꝑ extāt necesse est
posse diuelli. Deinde quo foedere inter se: qua mēte cōueniūt: ut
ex his aliquid cōstituat: si sensu careant: nec coire tam disposite
possunt? Quia nō potest qcq̄ rationale pficere nisi ratio. Quā
multis coargui hec uanitas potest: sed properat oratio. Hic est
ille qui genus humanum ingenio superauit: & oēs extinxit stel-
las: ut exortt⁹ ęthere⁹ sol. Quos eqdē uersus nūq̄ sine risu legere
possum. Non enim de Socrate aut Platone hoc saltim dicebat:
qui uelut reges habent philosophorum: sed de homine quo sa-
no ac uigenti nullus ęger ineptius delirauit. Itaq; poeta inanissi-
mus leonis laudibus murē nō ornauit: sz obruit & obtriuit. At
idē nos metu liberat mortis: de qua hec ipsius uerba sunt expssa
Quādo nos sum⁹ mors nō est. Quādo mors est: nos nō sum⁹
Mors ergo nihil ad nos: q̄ argute nos fefellit: quasi uero transa-
cta mors timeat: qua iam sensus ereptus est: ac non ipsum mori
quo sensus eripit. Est igitur temp⁹ aliquod quo & nos iam nō
sumus: & mors tamen nondū est: idq; ipsū uidet miserum esse
qꝑ & mors esse incipit: & nos esse desinim⁹. Nec frustra dictū
est: mors misera nō est. Adit⁹ ad mortē est miser: hoc ē morbo
tabescere: ictū pperi: ferrū corpore excipere: ardere igni: dētib⁹
bestiarū laniari. Hec sunt que timent: nō qꝑ mortē afferūt: sed qꝑ
dolorē magnum. Quin potius effice ne dolor malū sit: omniū

inqt maloꝶ maximũ est. Quid ergo nõ possũ nõ timere: si id qđ mortẽ antecedit aut efficit malũ est? Quid ꝙ totũ illud argumẽtũ falsũ est: ꝙ nõ intereũt animę? Verę inqt nã qđ cũ corpore nascit̃: cũ corpore intereat necesse est. Iã superi⁹ dixi differre hũc locũ meli⁹: & operi ultimo reseruarẽ: ut hãc Epicuri ꝑsuasionem: siue illa Democriti: siue Dicearchi fuit: argumẽtis & diuinis testimoniis redarguã. Verum ille fortasse impunitatẽ uiciis suis spõspõdit: fuit enĩ turpissimę uoluptatis assertor: cui⁹ capiẽdę cã nasci hominẽ putauit. Quis cum hoc affirmari audiat: uiciis & sceleribus abstineat? Nã si periturę sũt animę: appetamus diuitias: ut oẽs suauitates capere possim⁹. Quę si nobis desunt: ab hisq habent auferamus clam: dolo: ui. Eo magis si humanas res nullus deus curat: quãdocũqꝫ spes impunitatis arriserit: rapiamus: necem⁹: sapientis est enĩ malefacere: si & utile sit & tutũ: qm̃ si qs in cęlo deus est: nõ nascit̃ cuiq̃. Aeque stulti est bñ facere: ꝙ sicut ira nõ cõmouet̃: ita nec gr̃a tangit̃. Voluptatib⁹ igit̃ quoquomõ possimus seruiam⁹. Breui enĩ tempore nulli erim⁹ omnino. Ergo nullũ diẽ: nullũ deniqꝫ temporis punctũ fluere nobis sine uoluptate patiamur: ne ꝙ ipi quãdoqꝫ perituri sum⁹ idipm̃ qđ uixim⁹ pereat. Hoc ille tam&si nõ dicit uerbo: re tamen ipa docet. Nã cũ disputat oĩa sapienter sua causa facere: ad utilitatem suam refert omnia quę agit. Itaqꝫ qui audit hęc flagitia: nec boni qcq̃ faciendũ putabit: qm̃ benefacere ad utilitatẽ spectat alienã: nec a scelere abstinẽdũ: ꝙ maleficio pręda cõiũcta est. Archipirata qsq̃ uel latronũ ductor: si suos ad grassandũ cohortet: quo alio sermone uti põt: q̃ ut eadem dicat quę dicit Epicurus: deos nihil curare. Nõ ira nõ gratia tangi: inferorum poenas nõ esse metuẽdas: ꝙ animę post mortẽ occidãt: nec ulli omnino sunt inferi: uoluptatẽ esse maximũ bonũ: nullã esse humanã societatẽ: sibi quẽqꝫ cõsulere: neminẽ esse q alterum diligat nisi sua causa: mortem non esse metuẽdam forti uiro: nec ullũ dolorem: qn etiam si torqueatur: si uratur: nihil se curare dicat. Est plane cur quisq̃ putet hãc uocem uiri esse sapientis: quę potest latronibus aptissime commodari.

Capitulum. xviij. Quomodo pythagorici & stoici cõtrario epicureis errore desipiant: sic animarũ imortalitatem statuẽtes ut eas in uaria corpora transire mentiant̃. Et uoluntariã mortẽ

persuaserũt inaniter philosophantibus

ALii aũt cõtraria his dixerũt:supesse aĩas post mortẽ & hi sunt maxime Pythagorici:ac stoici:qbus & si ignoscẽdũ est:q̃ uerũ sentiũt:nõ possum tñ nõ reprehẽdere eos:q nõ scien tia:sed casu inciderũt in ueritatẽ. Itaq̃ in eo ipso qđ recte sentie bãt aliqd errarũt. Nã cũ timerẽt:argumentũ illud quo colligit necesse est:ut occidãt animę cũ corporib⁹:q̃ cũ corporib⁹ nascũ tur. Dixerũt nõ nasci aĩas:s; insinuari potius in corpora:& de a liis in alia migrare corpora. Nõ putauerunt aliter posse fieri:ut sup sint animę post corpora:nisi uideãt fuisse añ corpora. Par igit ac prope similis errorẽ partis utriusq̃:sed hęc in preterito falsa est:illa in futuro. Nemo enim uidit qđ est uerissimũ:& na sci aĩas:& nõ occidere:q̃ cur id fieret:aut quę ratio esset homĩes nescierũt. Multi ergo ex his:qui ęternas esse animas suspicaban tur:tanq̃ in cęlũ migraturi essent: sibipsis manus intulerunt:ut Cleantes & Crysippus:ut Zeno & Empedocles:qui se in arden tis ęthnę specũ in tempesta nocte deiecit:ut cũ repẽte nõ apparu isset:abiisse ad deos crederet. Et ex romanis Cato: qui fuit in oĩ sua uita socraticę uanitatis imitator. Nã Democritus in alia fuit psuasione:sed tamen sponte sua lęto caput obuius obtulit ipse: quo nihil sceleratius fieri põt. Nã si homicida nefari⁹ est:q̃ ho minis extinctor est:eidem sceleri obstruct⁹ ẽ q se necat:q̃ homi nẽ necat. Immo uere maius esse id facinus existimãdũ est: cuius ultio deo soli subiacet. Nã sicut in hãc uitã nõ nostra spõte ueni mus:ita rursus ex hoc domicilio corporis qđ tuendũ nobis assi gnatũ est:eiusdẽ iussu nobis recedẽdũ est:q nos in hoc corp⁹ in duxit:tam diu habitaturos:donec iubeat emitti:& si uis aliqua inferat:ęqua mente patiendũ est:cũ extincta innocẽtis anima in ulta esse nõ possit:habeamusq̃ iudicẽ magnũ:cui soli uindicta integra semper est. Homicidę igit illi oẽs philosophi:& ipse ro manę sapientię princeps Cato: q anteq̃ se occideret:plegisse pla tonis librũ dicit:q ẽ scriptus de ęternitate animarũ. Et ad sum mum nefas philosophi auctoritate cõpulsus est. Et hic tamẽ ali quã moriendi cãm uidet habuisse:odiũ seruitutis. Quid Am brachiotes ille:q cũ eũdẽ librũ plegisset:pręcipitẽ se dedit: nul lã aliã ob cã;:nisi q̃ Platoni credidit? Execrabilis prorsus ac fu gienda doctrina:si abigit homĩes a uita. Quod si scisset Plato

atq; docuisset:a quo:& qũo:& qbus:& quę obfacta:& quo tẽpore immortalitas tribuaẽ:nec Theobritũ impegisset in mortẽ uolũtariã:nec Catonẽ:sed eos ad uitam & ad iusticiã potiꝰ erudisset. Nam Cato uideẽ mibi cãm quęsisse moriẽdi:nõ ut tã cęsarem fugeret:q̃ ut stoicoꝝ decretis obtẽperaret quos sectabaẽ: nomẽq; suũ grandi aliquo facinore clarificaret:cui qd mali accidere potuerit:si uiuerit nõ inuenio. C. enĩ Cęsar ut clęmẽs erat: nihil aliud efficere uolebat:etiã in ipo belli ciuilis ardore:q̃ ut bene mereri de repub. uidereẽ:duobꝰ optimis ciuibꝰ Cicerone & Catone seruatus. Sed redeamꝰ ad eos q mortẽ pro bono laudãt. De uita quereris q̃si uixeris:aut unq̃ tibi ratio cõstiterit:cur omnino sis natus. Nõne igitur tibi uerus ille & cõis omnium pater terẽtianũ illud iure increpauerit! Prius disce qd sit uiuere: si displicebit uita:tum istoc utitor:indignaris te malis esse subięctũ q̃si qcq̃ merearis boni:q p̃rẽ:q dominũ:q regẽ tuũ nescis:q quãuis clarissimã lucẽ intuearis oculis:mente tamen cęcus es:& in pfundis ignorantię tenebris iaces. Quę ignorãtia efficit:ut quosdã dicere nõ puderet:iccirco nos esse natos:ut scelerũ poenas lueremꝰ:quo qd delirius diri possit nõ inuenio. Vbi enĩ uel quę scelera potuimꝰ admittere:q omnino nõ fuimus! Nisi forte credemꝰ inepto illi seni:q se in priori uita Euforbiũ fuisse mẽtitus est. Hic credo ꝙ erat ignobili genere natus:familiam sibi ex Homeri carminibꝰ adoptauit. O mirã & singularẽ Pythagorę memoriã. Et o miserã obliuionẽ nostrũ omniũ:q nesciamꝰ ꝙ ante fuerimꝰ. Sꝫ fortasse uel errore aliquo uel gr̃a sit effectũ:ut ille solus lethęũ gurgitẽ nõ attigerit:nec obliuiõis aquã gustauerit:uidelicet senex uanus (sicut ociosę aniculę solẽt) fabulas tanq̃ infantibus credulis finxit. Quod si bene sensisset de his qbus hęc locutus est:si hoĩes eos existimasset:nunq̃ sibi tam petulanter mentiẽdi licẽtiã uẽdicasset:sꝫ deridẽda hoĩs leuissimi uanitas. Quid Ciceroni faciemꝰ:q cũ in principio cõsolatõis suę dixisset luendorũ scelerũ cã nasci hoĩes! Iterauit idipsum postea:quasi obiurgãs eũ:q uitã nõ esse malis poenã putet! Recte ergo pfatꝰ est errore ac miserabili ueritatis ignorãtia se teneri.

Capi. xix. Quod Cicero & aliĳ sapiẽtissimi immortalitatẽ animarum sẽ infideliter docent. Et ꝙ mala uel bona mors sit ponderãda ex anteacta uita & gratia dei.

A T illi q̃ de mortis bono disputãt:q̃ nihil ueri sciũt:sic ar
gumẽtant̃.Si nihil est post mortẽ:nõ est malum mors: au
fert enĩ sensuʒ mali. Si aũt supsunt animę:etiã est bonũ:q̃ imor
talitas seq̃t̃:quã sentẽtiã Cicero de legib⁹ sic explicauit.Gratule
murq; nobis:qm̃ mors aut meliorẽ q̃ q̃ est in uita:aut certe nõ de
teriorẽ est allatura statũ.Naʒ sine corpore animo uigẽte,diuina
est uita:sensu carẽte nihil pfecto est mali. Argute ut sibi uidetur
q̃si nihil esse aliud possit. At q̃n utrũq; hoc falsuʒ est. Docẽt enĩʒ
diuinę litterę nõ extingui aĩas:sed aut pro iusticia pręmio affi
ci:aut poena pro sceleribus sempiterna. Nec enim fas est: aut euʒ
qui scelerat⁹ in uita foeliciter fuerit,effugere quod meretur: aut
eum qui ob iusticiam miserrimus fuerit,sua mercede fraudari.
Quod adeo uerum est:ut idem Tullius in cõsolatione nõ easdẽ
sedes incolere iustos atq; impios prędicauerit. Nec enĩ omnib⁹
in qt iidem illi sapientes arbitrati sunt:eundeʒ cursum in cęlo pa
tere. Nam uicijs & sceleribus cõtaminatos deprimi in tenebras
atq; coeno iacere docuerũt:castos autẽ animos:puros:integros:
incorruptos:bonis etiam studijs atq; artibus expolitos:leui quo
dam & facili lapsu ad deos:idest ad naturam similem sui peruo
lare. Quę sententia superiori illi argumento repugnat. Illud enĩ
sic assumptum est:tanq̃ necesse sit omnem hominem natum im
mortalitate donari. Quod igit̃ erit discrimẽ uirtutis ac sceleris
si nihil interest:utrũ ne Aristides sit aliquis,an Phalaris? Utruʒ
Cato an Catilina? Sed hãc repugnãtiã rerũ,sententiãq; non cer
nit:nisi q̃ tenet ueritatẽ. Si q̃s igit̃ nos roget:utrũ mors ne sit bo
num an malũ:respondebimus qualitateʒ eius,ex uitę ratione,pẽ
dere. Nã sicut uita ipsa bonũ est:si cũ uirtute uiuat̃:malum si cũ
scelere:ita & mors ex pręteritis uitę actibus põderanda est. Ita
fit ut si uita ĩ dei religiõe trãsacta sit:mors malũ nõ sit,q̃ trãsla
tio est ad ĩmortalitatẽ:si aliter:malũ sit necesse est:qm̃ ut dixi)
ad ęterna supplicia trãsmittit. Quid ergo dicemus: nisi errare
illos q̃ aut mortẽ appetũt tanq̃ bonũ:aut uitã fugiũt tãq̃ malũ?
Nisi q̃ sunt iniq̃ssimi q̃ pauciora mala nõ cõpensant bonis plu
rib⁹. Nã,cũ omnẽ uitã p exq̃sitas & uarias traducãt uoluptates,
mori cupiũt,si q̃d forte his amaritudinis supuenit,& sic habent
tanq̃ illis nunq̃ fuerit bene:si aliquando fuerit male. Damnãt igi
tur uitã omnẽ bonis plenaʒ: quę nihil aliud q̃ malis opinantur.

Hinc nata est inepta illa sententia:hãc esse mortẽ:quã nos uitam putam⁹:illã uitã quã nos pro morte timeamus. Ita ꝑmũ bonuȝ esse nõ nasci:secundũ citius mori. Que ut maioris sit auctoritatis sileno attribuit. Cicero ĩ cõsolatõe. Nõ nasci inqt lõge optimuȝ:nec ĩ hos scopulos ĩcidẽ uite. Proximũ aũt si natus sis:q̃ ꝓmũ mori tanq̃ ex incẽdio effugere uiolentiã fortune credidisse se illi uanissimo dicto. Exinde apparet ꝙ adiecit aliqd de suo ut ornaret. Quero igiť:cui esse optimũ putet nõ nasci:cũ sit nullus omnino q sentiat:Nam ut bonũ sit aliqd aut malũ sensus efficit. Deinde cur omnẽ uitã nihil aliud esse q̃ scopulos & incẽdium putauerit:quasi aut in nostra fuerit potestate ne nasceremur:aut uitã nobis fortuna tribuat nõ deus:aut uiuẽdi ratio qcqd simile incẽdio habere uideať. Nõ dissimile Platonis illud est: qđ aiebat se gr̃as agere nature:primũ ꝙ hõ natus esset potius q̃ mutũ aĩal:deinde ꝙ mas potius q̃ foemina:ꝙ grecus q̃ barbar⁹:postremo ꝙ atheniẽsis non theban⁹:& ꝙ tẽporibus Socratis. Dici nõ põt quantã mẽtib⁹ cecitatẽ:quantosq; pariat errores ignoratio ueritatis. Ego plane cõtenderim nũq̃ qcq̃ dictũ esse in rebus humanis deliri⁹:q̃si uero si aut barbarus:aut mulier:aut asian⁹:deniq; nat⁹ esset idẽ ipse Plato nõ esset:ac nõ illud ipsuȝ qd nat⁹ fuisset. Sed Pythagore uidelicȝ credidit:q ut uetarȝ homĩes animalib⁹ uesci:dixit animas de corporibus in alioꝝ aĩaliũ corpora cõmeare:qđ etiã uanũ & impossibile est. Vanũ ꝙ necesse nõ fuit:ueteras aĩas in noua corpora inducere:cũ idẽ artifex qui ꝑmas aliquãdo fecerat:potuerit semꝑ nouas facere. Impossibile ꝙ recte rõis aĩatam immutare naturã stat⁹ sui nõ põt:quã ignis aut deorsum niti:aut in trãuersum fulmĩs mõ flammã suã fundere. Existimauit ergo homo sapiẽs fieri potuisse:ut aĩa q̃ tunc erat in Platone:in aliqđ mutũ aĩal includereť:eẽtq; humano sensu predita ut intelligeret ac doleret:incõgruẽti se corpore oneratã. Quãto sani⁹ faceret:si gr̃as se agere diceret:ꝙ ingeniosus:ꝙ docilis natus esset:ꝙ in his opibus ut liberaliter erudireť. Nã ꝙ athenis nat⁹ est:qd in eo beneficij fuit? An nõ plurimi extiterunt in alijs ciuitatib⁹ excellẽti ingenio atq; doctrina uiri:q meliores singuli q̃ oẽs athenienses fuerũt? Quãta hominum milia fuisse credamus q & athenis nati:& temporibus Socratis: indocti tñ ac stulti fuerũt? Nõ enim aut parietes aut locus:in quo quisq; est

effusus,ex utero cociliat homini sapiētiam. Quid uero attinuit Socratisse tēporibus natū gloriari? Num Socrates ingenia discē tibus potuit dare? Nō uenit in mente; Platoni,Alcibiadē quoq; & Critia; eiusdē Socratis assiduos auditores fuisse:quoꝝ alter hostis patrię acerrimus fuit:alter crudelissim⁹ omniū tyrānoꝝ.

Capitulū.xx.Quod Socrates in eo fuit cordatior cęteris: qꝛ a scrutinio cęlestiū & naturaliū causis disputationem suspendit:in qbus temere cōsumit̄ ingenium & tempus:& ī multis desipiunt:quoꝝ subijciuntur exempla.

Videam⁹ nūc qd in Socrate ipo tam magnū fuerit:ut hō sapiens merito gratias ageret illis temporib⁹ esse senatū: nō inficior fuisse illū paulo cordatiorē:q̄ cęteros q naturā rerū putauerūt ingenio posse cōprehēdi. In quo illos non tm̄ excordes fuisse arbitror:sed etiā impios qꝛ in secreta illi⁹ cęlestis prouidētię curiosos oculos uoluerūt immittere. Romę & in plerisq; urbib⁹ scim⁹ eē q̄dā sacra:q̄ aspici a uiris nefas habet̄. Abstinēt igit̄ aspectu:qb⁹ illa cōtaminati nō lʒ:& si forte ul'errore ul'casu quopiā,uir aspexit:pmo poena ei⁹:deīde īstauratōe sacrificij scelus expiat̄. Quid his facias:q incōcessa scrutari uolūt? Nimirū mlto sceleratiores q arcana mūdi,& hoc cęleste tēplū ,pphanari ipijs disputatōib⁹ q̄rūt:q̄ q ędē Vestę:aut bonę deę:aut Cereris ītrauerit: q̄ penetralia q̄uis adire uiris nō liceat:tn̄ a uiris fabricata sunt. Hi uero nō tm̄ īpietatis crimē effugiūt:sʒ qd est multo indignius eloquētię famā:aut ingenij gloriā cōsequūtur. Quid si aliqd inuestigare possent! Sūt enī tā stulti in asseuerādo:q̄ īprobi in q̄rēdo :cū neq; inuenire qcq̄ possūt,nec defendere:etiā si inuenerint. Nā si ueꝝ uel fortuito uiderit qd sępi⁹ cōtingit:cōmitūt ut ab alijs id ,p falso refellat̄. Nō enī descēdit aliqs de cęlo: q sentētiā,de singuloꝝ opinionibus ferat: quapropter nemo dubitauerit eos qui ista cōquitāt:stultos,ieptos,ī,lanos esse. Aliquid ergo Socrates habuit cordis humani:qui cū intelligeret hęc nō posse inueniri,ab eiusmodi questionibus se remouit. Vereorq; in eo solo: mlta enī sunt eius non mō laude īdigna:sʒ etiā rephēsione dignissima:in qb⁹ fuit suoꝝ simillim⁹. Ex his unū eligā

quod ab omnibꝰ sit probatū celebre hoc prouerbium Socrates habuit. Quod supra nos nihil ad nos. Procūbamꝰ igit̃ in terrā: & manꝰ ad prçclara opera nobis datas cōuertamꝰ in pedes. Nihil ad nos cçlū: ad cuiꝰ cōtēplationē sumus excitati: nihil deniq; lux ipa ptineat. Certe uictus nostri cā de cçlo est. Qđ si hoc sensit nō esse de rebus cçlestibus disputandū: ne illoꝝ qdē rōem potetat cōptehēdere: quç sub pedibꝰ habebat. Quid ergo num errauit in uerbis? Verisimile nō est: sꝫ nimiꝝ id sensit qđ locutus est: religioni minime seruiendū: qđ si aperte diceret: nemo pateret. Quis enim nō sentiat hunc mundū tam mirabili ratione pfectū: aliq̃ prouidētia gubernari? Quādoqdem nihil est qđ possit sine ullo moderatore cōsistere. Sic domꝰ ab habitatore dilabit̃. Nauis sine gubernatore abit pessum. Et corpus relictum ab aīa defluit: ne dū putemus tantā illā molē: aut cōstrui sine artifice: aut stare sine rectore tā diu potuisse. Quod si publicas illas religiones uoluit euertere: nō improbo: qn etiā laudabo: si ipse qđ est meliꝰ inuenerit: uerū idē p canē & anserē deierabat. O hominē scurrā (ut ait Zeno Epicureus) ineptū: pditū: desperatum: si cauillari uoluit religionē dementem: si hoc serio fecit: ut aīal turpissimū pro deo haberet̃. Quis iam supstitiones çgyptiorū audeat reprçhēdere: quas Socrates athenis auctoritate confirmauit sua? Illud uero nōne sūmç uanitatis: q̧ an̄ mortē familiares suos rogauit: ut Aesculapio gallū quē uouerat pro se sacrarent? Timuit uidelicet ne apud Rhadamātum receptorē reus uoti fieret ab Aesculapio. Demētissimū hominē putarē: si morbo affectus perisset: cū uero hoc sanꝰ fecerit: est ipe īsanꝰ q eū putet eē sapiētē. En cuiꝰ tēporibus natū esse se hō sapiēs gratuletur.

Capitulū. xxi. Quod Plato didicerit a Socrate: quod si obtineret: humani generis periret societas.

Videamus tamen quid illum Socrates docuerit: qui cū totā physicam repudiasset: eo se cōtulit ut de uirtute atq; officio quçreret. Itaq; nō dubito: qn auditores suos iusticiç prçceptis erudierit. Docēte igit̃ Socrate nō fugit Platonē: iusticiç uim in çqtate cōsistere. Siqdē omnes pari cōditione nascunt̃: ergo inquit nihil priuati ac pprij habeāt: sed ut pares esse possint: quod

iusticię ratio desiderat:oĩa in cõe possideāt : ferri hoc pōt q̃diu de pecunia dici uidet̃:qđ ipm̃ q̃ impossibile sit & q̃ iniustũ:po terā multis rõibus ostendere. Cõcedam⁹ tñ ut possit fieri. Oẽs enĩ sapiẽtes erũt & pecuniā cõtemnẽt. Quo ergo illũ cõitas ista pduxit? Matrimonia quoq̧,inq̃t,cõia esse debebũt:s.ut ad eãdeȝ mulierẽ multi uiri tanq̃ canes cõfluant: & is utiq̧ obtineat: q ui ribus uicerit. Aut si sapiẽtes sunt ut philosophi:expẽctẽt ut uici bus tā q̃ lupanar habeāt. O mirā Platonis ęq̃tatẽ. Vbi est igitur uirtus castitatis? Vbi fides cõiugalis? Quę si tollas: oĩs iusticia sublata est. At idẽ dixit beatas ciuitates futuras fuisse: si aut phi losophi regnarẽt:aut reges philosopharent̃. Huic ergo tā iusto tam ęquo uiro regnũ dares:q alijs sustulisset sua:alijs cõdonasseȝ aliena? prostituisset pudicitiā mulierũ:q̃ nullus unq̃ nõ mõ rex: seȝ ne tyrann⁹ quidẽ fecit? Quam uero intulit rationem turpissimi huius consilij? sic inquit, Ciuitas concors erit: & mutui amoris constricta uinculis: si omnes omnium fuerint: & mariti & pr̃es & uxores & liberi. Quę ista cõfusio generis humani est? Quo modo seruari potest caritas: ubi nihil est certum quod ametur? Quis aut uir mulierem: aut mulier uirum diliget: nisi habitaue rint semper una: nisi deuota mens & seruata inuicem fides indi uiduā fecerit caritatem? Quę uirtus in illa promiscua uoluptate locum non habet. Item si omnes omnium liberi sint : quis ama re liberos tā q̃ suos poterit: cũ suos esse aut ignoret aut dubitet? Quis honorẽ tanq̃ patri deferet: cũ unde nat⁹ sit nesciat? Ex quo fit: ut nõ tantum alienũ pro patre habeat: sed etiā patrẽ pro alie no. Quid q̧ uxor potest esse cõis: filius uero non potest? quem concipi non nisi ex uno necesse est. Perit ergo illi uni cõmunitas, ipsa reclamente natura. Supest ut tãtummõ cõcordię causa uxo res uelint esse cõmunes. At nulla uehementior discordiaruȝ est causa: q̃ unius foeminę a multis maribus appetitio: quod Plato si ratione nõ poterat: exemplis certe potuit admoneri: & muto rũ animaliũ quę ob hoc uel acerrime pugnẽt: & hominum qui semper ob eam rem grauissima inter se bella gesserũt.

Capitulũ.xxij. Quod dogma Platonis non erat nisi crimi nis fons & fomes & uirtutum omnium exterminium.

R Estat ut cōmunio ista nihil aliud habeat: preter adulteria
& libidines: propter quas funditus euertēdas: est uirtus uł
maxime necessaria. Itaq; nō inuenit concordiā: quā querebat: q
nō uidebat unde oriat. Nā iusticia in extra positis nihil momen
ti habet: nec in corpore quidem: sed tota in hominis mēte uersa
tur. Qui ergo uult homines adequare: nō matrimonia: nō opes
subtrahere debet: sed arrogantiā: supbiā: tumorē: ut illi potētes
& elati pares esse se, etiā mēdicissimis sciāt. Detracta enim diui
tibus insolentia & iniquitate: nihil intererit: utrū ne alij diuites:
alij pauperes sint: cū animi pares sint: quod efficere nulla alia res
preter religionē dei potest. Putauit igit se inuenisse iusticiā: cuꝫ
eam prorsus euerteret: q nō rerū fragiliū: sed mētium debet esse
cōmunitas. Nam si iusticia uirtutū omniū est mater: cuꝫ ille sin
gule tollunt: ipsa subuertit. Tulit aūt Plato ante oīa frugalitatē:
que utiq; nulla est: ubi proprij nihil habeat. Tulit abstinentiam:
si quidē nihil fuerit, quo abstineat alienū. Tulit tēperantiā: tulit
castitatem: que uirtutes in utroq; sexu maxime sunt. Tulit uere
cūdiā: pudorem & modestiam: si honesta & legitima esse inci
piunt: que solēt flagitiosa & turpia iudicari. Sic uirtutem cum
uult omnib⁹ dare: omnibus ademit. Nam rerū proprietas, & ui
ciorū & uirtutum materie cōtinet: cōmunitas aūt nihil aliud q̄
uiciorū licentiam. Nam uiri qui multas mulieres habent: nihil
aliud dici possūt q̄ luxuriosi ac nepotes. Itē mulieres que a mul
tis habent: non utiq; adultere: q certū matrimoniū nullū est: sꝫ
prostitute ac meretrices sint necesse est. Redegit ergo humanaꝫ
uitā ad similitudinē nō dico mutoꝝ: sed pecudū ac beluarū. Nā
uolucres pene omnes faciunt matrimonia: & paria iungunt: &
nidos suos tanq̄ geniales thoros cōcordi mēte defendūt: & foe
tus suos q certi sunt amāt: & si alienos obieceris abigūt. At hō
sapiēs cōtra mortē hominū cōtraq; naturā: stultiora sibi, que se
queret, elegit. Et quoniā uidebat in ceteris animalib⁹ officia mari
um foeminarūq; nō esse diuisa: existimauit oportere etiā mulie
res militare: & cōsilijs publicis interesse & magistratus gerere:
& imperia suscipere. Itaq; his arma & equos assignauit: conse
quēs est; ut lanā & telā uiris, & infantiū gestatōes: nec uidit īpos
sibilia esse: que diceret ex eo: q adhuc in orbe terre neq; tā stulta
neq; tam uaria ulla gens extiterit: que hoc modo uiueret.

¶ Capi. xxiii. De minoribus philosophis: & quatenus inuicem ratione, ex rerum cõtemptu ꝓficiãt & erroris assertores sint.

CVm igiť in tanta uanitate ipsi philosophoꝝ principes deprehẽdanť: qd illos minores putabimus: q nunq̃ sibi tã sapientes uideri solẽt: q̃ cũ pecunię cõtemptu gloriant: Fortis animꝰ: sꝫ expecto qd faciãt: & quo ille cõtẽptus euadat. Tradita sibi a parẽtibꝰ patrimonia: tanq̃ malũ fugiũt ac deserũt. Et ne in tẽpestate naufragiũ faciãt: in trãquillo se ultro pręcipitãt: nõ uirtute, sꝫ peruerso metu fortes: sicut illi q cũ timiẽt ne ab hoste iugulent, ipsi se iugulãt: ut mortẽ morte deuitẽt. Sic isti unde possẽt gloriã libertatis acqrere: sine honore sine gratia perdũt. Laudaẗ Democritꝰ qꝫ agros suos dereliquerit: eosqꝫ pascua publica fieri passus sit: probarem si donasset. Nihil aũt sapienter fit, quod si ab oĩbꝰ fiat, inutile est ac malum: sed hęc negligentia tolerabilis. Quid ille qui patrimoniũm in numos redactum effudit in mare: Ego dubito utrum ne sanus an demens fuerit. Abite inquit in ꝓfunduꝫ malę cupiditates: ego uos mergã: ne ipse mergar a uobis. Si tantus pecunię contẽptus est: fac illã beneficium: fac humanitatem: largire pauperibus. Potest hoc quod ꝑditurus es multis succurrere, ne fame aut siti, aut nuditate moriant. Imitate insaniã salteꝫ furorẽqꝫ Tuditani: sparge populo diripiẽda. Potes & pecuniã effugere: & tamẽ bene collocare: qꝫ saluum est qcqd pluribus ꝓfuit. Zenonis autem paria peccata qs ꝓbat: Sed omittamus id quod est ab oĩbus semꝑ irrisuꝫ. Illud satis est ad cohercendũ furiosi hoĩs errorẽ: qꝫ inter uicia & morbos misericordiã posuit. Adimit nobis affectuꝫ: quo ratio humanę uitę pene omnis continet. Cũ enim natura hominis imbecillior sit q̃ cęteroꝝ aĩaliũ: quę uel ad ꝑferẽdã uim tẽporum: uel ad incursiones a suis corporibus arcendas: naturalibus munimẽtis ꝓuidẽtia cęlestis armauit, Homini aũt qꝫ nihil istoꝝ datũ est: accępit ꝓ istis omnibus, miserationis affectum: qui plane uocaẗ humanitas: q̃ nosmet inuicem tueremur. Nã si hõ ad cõspectũ alterius hominis efferareẗ (quod facere uidemus animantes quarum natura soliuaga est) nulla esset hominũ societas: nulla urbium condẽdaꝝ uel cura uel ratio: sic neqꝫ uita qdem satis tuta cum cęteris animalibus exposita: esset imbecillitas hominũ & ipi inter semetipos

beluarũ more ſeq̄uirẽt. Nõ minor in aliis demẽtia. Quid enĩ dici põt de illo q nigrã dixit eẽ niuẽ? q̄ cõſequẽs erat ut etiã picẽ albã eſſe diceret. Hic eſt ille q ſe icc irco natũ eſſe diceret: ut cęlũ ac ſolẽ uideret: q in terra nihil uidebat, ſole lucẽte. Xenophanes dicentib⁹ mathematicis orbẽ lunę duo de uiginti ꝑtib⁹ maiorẽ eſſe q̄ terrã: ſtultiſſime credidit: & ꝙ huic leuitati fuit conſentaneum: dixit intra cõcauũ lunę ſinũ, eſſe aliã terrã: & ibi aliud genus hominũ ſimili mõ uiuere, quo nos in hac terra uiuim⁹. Habẽt igiť illi lunatici hoĩes alterã lunã: quę illis nocturnũ lumẽ exhibeat: ſicut hęc exhibet nobis. Et fortaſſe hic noſter orbis, alteri⁹ inferioris terrę luna ſit. fuiſſe Seneca inter ſtoicos ait: q deliberarent utꝝ ne ſoli quoq; ſuos populos darẽt: inepte. ſ. qui dubitauerit, Quid enĩ ꝑderet ſi dediſſet? Sȝ credo calor deterrebat: ne tantã multitudinẽ periculo cõmitteret: ne ſi ęſtu nimio periſſent ipſi⁹ culpa eueniſſe tanta calamitas diceretᷣ.

Capitulũ. xxiiii. De antipodibus quos ideo eſſe finxerũt: ꝙ opinati ſunt mundum eſſe rotundum.

...rat Lactantius negans anti... contra veram philosophiam nedixerint ... fidem est istius capitis sent.

Quid illi q eſſe cõtrarios ueſtigiis noſtris antipodas putãt? Nunqd aliquid loquũtur? Aut eſt quiſq̄ tam ineptus: qui credat eſſe homines: quorum ueſtigia ſint ſuperiora q̄ capita? Aut ibi quę apud nos iacent uniuerſa pendere: fruges & arbores deorſuȝ uerſus creſcere: pluuias & niues & grãdines ſurſuȝ uerſus cadere in terrã. Et miratᷣ aliquis ortos penſiles inter ſeptem mira narrari: cum philoſophi & agros & maria & urbes & mõtes pẽſiles faciãt. Huius quoq; erroris aperiẽda nobis origo eſt. Nam ſemp eodẽ mõ falluntᷣ. Cũ enim falſum aliquid in principio ſumpſerũt, uoriſimilitudine inducti: neceſſe ẽ eos in ea quę conſequuntur currere: ſic incidunt in multa ridicula: quia neceſſe eſt falſa eſſe: quę rebus falſis congruunt. Cum aũt primis habuerint fidem: qualia ſunt ea quę ſequuntᷣ nõ circũſpiciũt: ſȝ defendunt omnimõ: cum debeant prima illa utrum ne uera ſint an falſa: ex cõſequentibus iudicare. Quę igiť illos ad antipodas ratio ꝑduxit? Videbant ſiderum curſus in occaſum meantiuȝ: ſolẽ atq; lunã in eandem partẽ ſemp occidere: atq; oriri ſemper ab eadem. Cũ aũt nõ perſpicerent quę machinatio curſus eorũ temperaret: nec quomõ ab occaſu ad orientem remeant. Cęlum

aũt ipsum in oẽs fere partes putarẽt esse deuexum: qđ sic uideri ꝑpter immensam latitudinem necesse est. Existimauerũt rotundum esse mundum sicut pilam. Et ex motu siderũ opinati sunt cęlũ uolui: sic astra solemq; cũ occiderint uolubilitate ipa mũdi ad ortũ referri. Itaq; ętbereos orbes fabricati sunt: quasi ad figurã mũdi: eosq; celarũt portentuosis qbusdam simulachris quę astra esse dicerent. Hãc igiť cęli rotũditatẽ illud sequebať: ut terra in medio sinu eius esset inclusa: ꝙ si ita esset terrã ipaꝫ globo similẽ: neq; enĩ fieri posset: ut nõ esset rotũdũ: qđ rotũdo inclusũ teneret: Si aũt rotũda etiã terra esset: necesse esset: ut ĩ oẽs cęli partes eãdẽ faciẽ gerat: idest montes erigat: cãpos tendat: maria cõsternat: Quod si esset: etiã sequebať illud extremum: ut nulla sit pars terrę quę non ab hoĩbus: cęteris q; animalibus incolatur. Sic pẽdulos istos antipodas cęli rotunditas adinuenit. Quod si quęras ab his qui hęc portenta defendũt: qũo nõ cadũt oĩa in inferiorẽ illã cęli partẽ! Hãc respõdẽt reꝝ esse naturã: ut põdera in mediũ feranť: & ad mediũ cõnexa sint oĩa: sicut radios uidemus in rota. Quę aũt leuia sunt ut nebula: fum⁹: ignis: a medio deferãtur ut cęlũ petãt. Quid dicã de his nescio: q cũ semel aberrauerint: cõstãter in stulticia ꝑseuerãt: & uanis uana defendunt: nisi ꝙ eos ĩterdũ puto ioci cã philosophari: aut prudẽtes & scios mẽdacia defendẽda suscipere: q̃si ut ingenia sua in malis reb⁹ exerceãt ul' ostẽdãt. At ego multis argumẽtis ꝓbare possem: nullo mõ fieri posse: ut cęlũ terra sit inferi⁹: nisi & liber iã cõcludẽdus esset: ut adhuc aliqua restarẽt quę magis sint pręsenti operi necessaria. Et qm̃ singuloꝝ errores pcurrere nõ est vni⁹ libri op⁹ satis sit pauca enarrasse: ex qb⁹ possint q̃lia sint cętera intelligi.

Capi. xxv. Quot & quãta pręd[i]cẽda sũt: & alias necessarias gẽtilit philosophãtib⁹ ut phĩam nullus assequať aut rarus.

Nunc pauca nobis de philosophia in cõmuni dicẽda sunt: ut cõfirmata cã peroremus. Summus ille noster Platonis imitator existimauit phĩam non esse uulgarem: ꝙ eam non nisi docti homĩes asseq possent. Est inqt philosophia paucis cõtenta iudicibus: multitudinẽ cõsulto ipsa fugiens. Non est igiť sapientia si ab hominum coetu abhorreret: quoniam sapientia si

homini data est: sine ullo discrimine oībus data est: ut nemo sit prius: q̄ eā capere nō possit. At illi uirtutē humano generi datā sic amplexabanť: ut soli oīum publico bono frui uelle uiderenť: tā inuidi q̄si uelīt deligare oculos: aut effodere cęteris ne solē uideāt. Nā qd est aliud homib⁹ negare sapiētiā: q̄ mētib⁹ eoꝝ uerꝝ ac diuinū lumē auferre? Qď si natura hoīs sapiētię capax ē: oportuit & opifices & rusticos & mulieres: & oēs deniq̧ humanā q formā gerūt, doceri ut sapiāt: populūq̧ ex omni lingua & cōditione & sexu & ętate cōflari. Maximū itaq̧ argumētū est philosophiā neq̧ ad sapientiā tendere: neq̧ ipā ee sapiētiā: qď mysteriū eius barba tm̄ celebrať & pallio. Senserūt hoc adeo stoici: q & seruis & mulierib⁹ philosophādū esse dixerūt. Epicur⁹ quoq̧ q rudes omniū litterā ad philosophiā īuitat. Itē Plato q ciuitatē de sapiētib⁹ uoluit cōponere. Conati qdē sunt illi facere qď ueritas exigebat: sꝫ nō potuit ultra uerba ꝓcedi. Primū q̧ multis artibus opus est: ut ad philosophiā possit accedi. Discendę litterę istę cōmunes ꝓpter usū legendi: q̧ in tāta reꝝ uarietate: nec disci audiēdo possunt omnia: ne memoria cōtineri. Grāmaticis quoq̧ nō parū operę uel dandū est: ut rectā loquendi rationem scias. Id multos annos auferat necesse est. Nec oratoria quidem ignorāda est: ut ea quę didiceris: ꝓferri atq̧ eloq possis. Geometria quoq̧ ac musica & astrologia necessaria est: q̧ hę artes cum philosophia hn̄t aliquā societatē: quę uniuersa ꝑdiscere neq̧ foeminę possunt: qbus intra puberes annos officia mox n̄slibus domesticis ꝓfutura discenda sunt. Neq̧ serui qb⁹ ꝑ eos annos uel maxime seruiendū est: qbus possunt discere: neq̧ paupes: aut opifices: aut rustici: qbus in diē uictus labore est quęrēdus. Ob eā causam Tullius ait abhorrere a multitudine philosophiam. At enim rudes Epicurus accipiet. Quomodo ergo illa quę de principiis reꝝ dicunť intelligēt: quę ꝑplexa & inuoluta uix etiā politi homīes assequūť? In rebus igiť obscuritate implicitis: & ingenioꝝ uarietate cōfusis: & eloquentiū uiroꝝ exq̄sito sermone fucatis: quis imperito ac rudi loc⁹ est? Deniq̧ nunq̄ ullas mulieres philosophari docuerūt: pręter unam ex omni memoria Themisten. Neq̧ seruos pręter unum Pythagoram: quem male seruientem redemisse ac docuisse traduně. Enumerāt etiam Platonem ac Diogenē: qui tamen serui nō fuerūt: sed his seruitus euenerat:

fuit enī

sunt enim capti: platonē quidē redemisse Aniceris qdam tradit̄ sestertiis octo. Itaq; insectatus est cōuiciis hūc ipm redemptorē Seneca: q Platonē paruo existimauerit, furiosus ut mihi quidē uidet̄: qui homini fuit iratus q non multā pecuniam perdidit. s. aurum appendere debuit tanq̄ pro mortuo Hectore: aut tantum in genere nummorum: quantū uenditor non poposcit. Ex barbaris uero nullum preter unū Anacharsim Sytham: qui philosophiā ne somniasset quidē: nisi & linguam & lr̄as an̄ didicisset.

Cap. xxvi. Quod doctrina cęlestis sapiētiā sola largit̄: quā natura cōmunis appetit: et q̄rens philosophiā nō īuenit. Et q̄ efficax sit lex dei: & ecclesię sacramenta.

Quod ergo illi poscēte natura faciendum esse senserūt: sed tamen neq; ipsi facere potuerunt: neq; a philosophis fieri posse uiderunt. Sola hęc efficit doctrina cęlestis: quę sola sapientia est. Illi scilicet persuadere cuiq̄ potuerunt: qui nihil persuadēt etiam sibi? Aut cuiusq̄ cupiditates opprīment: temperabunt iras: libidinem cohercebūt: cū ipsi & cedant uiciis: & fateantur plus ualere naturam. Dei autem pręcepta quia & simplicia et uera sūt: quantū ualeant in animis hominum: quotidiana experimenta demonstrant. Da mihi uirum: qui sit iracundus: maledicus: effrenatus: paucissimis dei uerbis tam placidum q̄ ouem reddam. Da cupidum: auarum: tenacem: iam tibi eum liberalem dabo: & pecuniam suam plenis manibus largientem. Da timidum doloris ac mortis: iam cruces & ignes: & pericula & taurum contemnet. Da libidinosum: adulterū: ganeonē: iam sobriū: castū: continētē uidebis. Da crudelem & sanguinis appetentem: iam in ueram clęmentiā furor ille mutabit̄. Da iniustum: insipientem: peccatorē: continuo & ęquus & prudens & innocēs erit. Vno eni lauacro, malicia omnis abolebit̄: tanta diuinę sapientię uis est: ut in hōis pectus infusa: matrem delicto℞ stulticiā uno semel īpetu expellat. Ad quod efficiēdū: nō mercede: nō liberis: non lucubrationibus opus ē. Gratis ista fiūt facile; cito, mō pateāt aures: & pectus sapiētiā sitiat. Nemo uereat̄: nos aquam nō uendimus: nec solem mercede pręstamus. Dei fons uberrimus atq; plenissimus patet cunctis: & hoc cęleste lumen uniuersis oritur: quicūq; oculos habent. Num qs h̄ philosophorum: aut unq̄ pręstitit: aut pręstare

ſi uelit pōt? Qui cū ętates ſuas in ſtudio philoſophię conterant: neq; aliū quēq̄ neq; ſeipſos ſi natura paululū obſtitit poſſunt fa cere meliores. Itaq; ſapiētia eoꝝ ut plurimū efficiat: nō excīdit ui cia: ſed abſcōdit. Pauca uero dei pͨcępta ſic totū hoīem īmutant: & expoſito uetere nouum reddūt: ut nō cognoſcas eundē eſſe.

Cap. xxvii. Quod philoſophi ſępe recte pͨcipiūt: & īterdū uidēt ueꝝ. Et quare nō ſit eis credendū, in quo ſolo nitat̄ cōditō creaturę et unde: necnō aut fortunę. Et qͣ o phi ſuis īuicē gladiis pereunt.

Quid ergo: Nihil ne illi ſimile pͨcipiunt? Immo ꝑmulta & ad uerum frequenter accedunt: ſed nihil ponderis habent illa pręcępta: quia ſunt humana: & auctoritate maiori: ideſt diui na, illa carent. Nemo igitur credit: quia tam ſe hominem putat eē qui audit: q̄ eſt ille qui pręcipit. Preterea nihil apud eos certi eſt: nihil quod a ſcientia ueniat. Sed cum omnia coniecturis agant̄: multa etiam diuerſa & uaria proferantur: ſtultiſſimi ē hominis pręcęptis eoꝝ uelle parere: quę utrū ueta ſint an falſa dubitatur: & ideo nemo paret: quia nemo uult ad incertū laborare. Virtu tem eſſe ſtoici aiunt: quę ſola efficiat uitā beatā. Nihil pōt uerius dici: ſed quid ſi cruciabit̄ aut dolore afficiet̄? Poterit ne qſq̄ īter carnifices beatus eē? Immo uero illat⁹ corpori dolor, materia uir tutis eſt: itaq; ne ī tormētis qdē miſer ē. Epicurus mlto forti⁹: ſa piens inqt ſemꝑ beat⁹ ē: & uelut īcluſus in phalaridis tauro hāc uocē emittet: ſuaue ē & nihil curo: qs eū nō irriſerit? Maxīe qꝛ ho mo uoluptari⁹ perſonam ſibi uiri fortis impoſuit: & qdē ſupra modū. Non enī fieri pōt: ut qſq̄ cruciatus corporis ꝓ uoluptati bus ducat: cum ſatis ſit ad officium uirtutis implendū perferre ac ſuſtinere. Quid dicitis ſtoici? Quid tu Epicure? Beat⁹ ē ſapiēs etiam cum torquet̄: ſi propter gloriam patientia non fruatur? In tormentis enim fortaſſe morietur: ſi propter memoriam aut nō ſentiet ſi occidūt animę: aut ſi ſentiet: nihil ex ea cōſequet̄. Quis ergo alius fructus eſt in uirtute? Quę beatitudo uitę: ut ęquo ani mo moriant̄? Bonū mihi affertis unius horę aut fortaſſe momē ti: ꝓpter quod nō expediat in tota uita miſeriis & laboribus con fici. Quātum aūt temporis mors occupat, quę cum uenit: utrum ęquo animo: an iniquo eam ſbieris: iā nihil refert. Ita fit: ut nihil

aliud ex uirtute capterẽ nisi gloria. Sed hęc aut superuacua et breuis est: aut prauis hominũ iudiciis non sequetur. Nullus igitur ex uirtute fructus est: ubi uirtus mortalis est & caduca. Itaq; q hęc locuti sunt: umbram quãdã uirtutis uiderũt: ipam uirtutem nõ uidebant. Deflexi enĩ fuerũt ĩ terrã: nec uult⁹ suos ĩ altũ erigebãt: ut eã possent ĩtueri: q̃ sese cęli regionib⁹ ostẽtabat. Hęc cã ẽ, cur p̃ cęptis eoꝝ nullus obtẽperet, quoniã aut ad uicia erudiũt, si uoluptatẽ defẽdũt, aut si uirtutẽ asserũt: neq; peccato poenã minanť: nisi sol⁹ turpitudinis: neq; uirtuti ullũ p̃miũ polliceť: nisi sol⁹ honestatis & laudis: cũ dicãt nõ ꝓpter aliud: sed ꝓpter seipsam expetendam esse uirtutem. Beatus est igitur sapiens in tormẽtis: sed cum torquetur pro fide: pro iusticia: pro deo: illa patientia doloris beatissimum faciet. Est enim deus qui sol⁹ potest bonorare uirtutem: cuius merces immortalitatis sola est: quam q non appetũt: nec religionem tenent: cui ęterna subiacet uita. Profecto neq; uirtutis uim sciunt: cuius pręmium ignorãt: neq; in cęlum spectant: quod ipsi se facere putant: cum res non inuestigabiles q̃runt: quia ratio in cęlum spectandi nulla alia est: nisi aut religionem suscipere: aut animam suam immortale; esse credere. Quisquis enĩ aut deũ colendũ esse intelligit: aut immortalitatis spem sibi propositam habet: mens eius in cęlo est. Et licet id non aspiciat oculis: animę tamen lumine aspicit. Qui autem religionem non suscipiunt: terręni sunt: quia religio de cęlo est. Et q anima; putant cum corpore interire: ęque in terram spectant: quia ultra corpus quod est terra nihil amplius uidẽt: quod sit immortale. Nihil igitur prodest hominem esse fictũ: ut recto corpore spectet in cęlum: nisi erecta mente deum cernat: & cogitatio eius in spe uitę perpetuę tota uersetur.

Capi. xxviii. Quod fortuna nihil est quã philosophi non modo deam: sed deũ mentiunť. Et quomodo hunc errorem dęmones immiserint eis qui deum nesciebãt: aut contemnebant.

Q Vapropter nihil aliud est in uita, quo ratio: quo, conditio nostra nitatur: nisi dei, q nos genuit, agnitio: & religiosus ac pius cultus. Vnde quoniam philosophi aberrauerunt: sapientes utiq; nõ fuerũt. Quęsierunt illi qdem sapientiã: sed quia non rite quęrebant: ꝓlapsi sunt lõgius: & in maxĩos errores ĩciderũt:

ut etiam cõmunem sapiẽtiam nõ tenerẽt. Nõ enĩ tantũ religionẽ
asserere uoluerũt: uerũ etiã sustulerũt, dũ specie uirtutis falsę idu
cti: conãť amicos oĩ metu liberare: q̃ religiõis euersio naturę no
men iuenit. Illi enĩ cũ aut ignorãt a quo eẽt effectꝰ mũdꝰ: aut per
suadere uellẽt nihil eẽ nisi diuina mẽte pfectũ: naturã eẽ dixerũt
rerũ omniũ matrẽ: quasi dicerẽt oĩa sua spõte eẽ nata: quo uerbo
plane ĩprudentiã suã cõfitẽtur. Natura enĩ, remota ꝓuidentia &
potestate diuina prorsus nihil est. Quod si deum naturam uo
cant: quę peruersitas est: naturam potius q̃ deũ nominare. Si aũt
natura ratio est: uel necessitas uel conditio nascendi: non est p se
ipsam sensibilis: quia necesse est mentem diuinam: quę sua pro
uidentia nascendi ꝑncipium rebus omnibus prębeat. Aut si natu
ra est cęlum atq; terra: & omne quod natum est: non est de natu
ra: sed dei opus. Non dissimili errore credunt eẽ fortunã: quasi
deam quandã, res humanas uariis casibus illudentem: q: nesciunt
unde sibi bona & mala eueniant. Cum se compositos ad prę̨
liandum putant: nec ullam tamen rationẽ reddunt: a quo & quã
ob causam: sed tantum cũ fortuna se digladiari momẽtis omni
bus gloriant̃. Iã quicũq; alios cõsolati sunt ob interitũ omissio
nemq; carorum: fortunę nomen acerrimis accusationibus ꝓsci
derũt: nec omnino ulla eorũ disputatõ de uirtute ẽ: in qua nõ for
tuna uexet̃. Marcus Tullius in sua consolatione pugnasse se sem
per cõtra fortunam loquitur: eamq; a se esse superatam: cum for
titer inimicorũ ĩpetus retudisset: nec tũ q̃dem se ab ea fractũ: cum
domo pulsus patria caruit. Tũ aũt cum amiserit carissimam fili
am: uictum se a fortuna turpiter confitet̃. Cedo inquit: & manũ
tollo. Quid hoc homine miserius: qui sic iaceat? Insipienter inq̃t:
sed qui ꝓfitet̃ se esse sapientẽ? Quid ergo sibi uult assumptõ no
minis? Quid est cõtemptꝰ ille rerũ: qui magnificis uerbis prętẽdi
tur? Quid dispar cęteris habitus? Aut cur omnino pręcępta sapi
entię dantur: si nemo qui sapiat adhuc inuentus est? Et quisq̃ no
bis inuidiam facit: quia philosophos negamus esse sapientes: cũ
ipsi nec scire se quicq̃: nec sapere fateantur? Nam si quando ita de
fecerint: ut ne affigere quidem quicq̃ possint: quid faciunt in rebꝰ
cęteris? Tum uero ignorantię admonentur: & quasi furibundi
exiliunt: & exclamãt se cęcos esse & excordes. Anaxagoras pro
nunciat circunfusa esse tenebris omnia. Empedocles angustas

e de sensum lenitas queritur: tanq̃ illi ad cogitandum rheda & quadrigis opus esset. Democritus quasi in puteo quodam sic alto ut fundus sit nullus: ueritatem iacere demersam nimirum stultę ut cętera. Non enī tanq̃ in puteo demersa est ueritas: quo uel descendere uel etiam cadere illi licebat: sed tanq̃ in summo montis excelsi uertice: uel potius in cęlo quod est uerissimum. Quid enī ē cur eā poti⁹ ī imū depręssam diceret: q̃ ī summū leuatā: nisi forte mētē quoq͂ ī pedib⁹ aut in imis calcibus constituē malebat poti⁹: q̃ ī pectore aut ī capite? Adeo remotissimi fuerūt ab ea ueritate: ut eos ne status q̄dē sui corporis admoneret: ueritatē illis in sūmo eē q̄rendā. Ex hac desperatōe cōfessio illa Socratis nata ē: q̃ se nihil scire dixit nisi h̄ unū: q̄ nihil sciat. Hīc academię disciplina manauit: si tñ disciplina dici pōt: in qua ignoratio & discitur et docetur. Sed ne illi quidem: q scientiā sibi assumpserūt: id ipsum quod se scire putabant constanter defendere potuerunt. Qui quoniam ratio illis non quadrabat: per ignorātiam rerꝫ diuinarꝫ tam uarii tam incerti fuerūt: sibiq͂ sępe cōtraria disserētes: ut q̄d sentirēt quid uellēt: satis statuere ac diiudicare non posses. Quid igitur pugnes aduersus homines eos: q suo sibi gladio perēūt? Quid labores: ut eos destruas: quos sua ipsos destruit atq͂ afficit oratio? Aristoteles inq̄t Cicero, ueteres philosophos accusans ait, eos aut gloriosissimos, aut stultissimos fuisse: qui existimauissent philosophiā suis ingeniis eē pfectā: sed se uidē q̄ paucis annis magna accessio facta eēt, breui tēpore phiam plane absolutā fore. Q̄d̄ igiť fuit illud tēpus? Quo ī ore? Q̄ñ ē? aut a q̄bus absoluta? Nam q̄ ait stultissimos fuisse qui putauissent ingeniis suis perfectam esse sapientiam: uerum est: sed ne ipse q̄dem satis prudenter: qui aut a ueteribus coeptā: aut a nouis auctā: aut mox a posterioribus perfectum iri putauit. Nunq̃ enim potest inuestigari: quod non per uiam suam queritur.

## Capitulum. xxix. Item repetitio de fortuna & natura eius et diffinitione eius.

Sed repetamus id quod omisimus. Fortuna ergo nihil p se est: ~~tanq̃~~ nec sic habendū ē: tanq̃ sit ī aliquo sensu. Si quidem fortuna est accidentium rerum subitus atq͂ inopinatus euētus. Verꝫ philosophi ne aliquādo non errent: in re stulta uolunt

esse sapientes: qui fortunę sexum mutant. eamq; non deam sicut uulgus: sed deū esse dicūt. Eundē tñ īterdū naturam: īterdū fortunam uocāt. Quid mlta (inqt idē Cicero) efficiat inopinata nobis ꝓpter obscuritatē ignorationēq; causa4? Cū igiť causas ignorent ꝓpter quas fiat aliqd: etiā ipm q faciat ignorēt necesse ē. Idē in opere ualde serio: in quo pręcepta uitę deprompta ex phia filio dabat. Magnā īquit eē fortunę uim in utrāq; partē qs nesciat? Nā & cū ꝓspero flatu ei⁹ utimur: ad exit⁹ puenim⁹ optatos. Et cum reflauerit: affligimur. Primū q negat sciri posse qcq̄: sic h̄ dixit tanq̄ & ipse & omnes sciant. Deinde q etiā quę clara sunt: dubia conantur efficere: hoc putauit esse claru;: quod illi esse debuit uel maxime dubium: nam sapienti omnino falsum est. Quis inquit nescit? Ego uero nescio. Doceat me si pōt quę sit illa uis: q flatus iste: & qui reflatus. Turpe igiť est hominē ingeniosum id dicē: quod si negas probare nō possit. Postremo ꝙ is qui dicit assensus rē retinendos: ꝙ stulti sit hominis reb⁹ incognitis temē assētire: licet plane uulgi & īperitorum opinionibus credidit: q fortuna;m putant esse: quę tribuit hominibus bona & mala. Nam simulachru; eius cū copia & gubernaculo fingunt: tāq̄ hęc & opes tribuat: & humanaru; rerum regimen obtineat: cui opinioni & Virgilius assensit: qui fortunam omnipotētem uocat. Et historicus q ait: sed ꝓfecto fortuna in oī re dominať. Quid ergo ceteris diis loci supest? Cur nō aut ipa regnare diciť: si plus pōt: aut sola coliť si oīa: uł si tantū mala immittit? Aliquid causę ꝓferāt: cur si dea sit: hominibus īuideat: eosq; perditos cupiat: cū ab his religiose colať? Cur ęquior sit malis: iniqor aūt bonis: cur insidietur affligat: decipiat: & exterminet? Quis illā generi hominum uexatricem cōstituit perpetuā? Cur deniq; tā malā sortita sit ꝓtātem: ut res cūctas ex libidine mag q̄ ex uero celebret obscuretq; ? Nec inq̄ philosophos inquirere oportuit potius q̄ temere innocentem accusare fortunam: quę etiam si sit aliqua nihil tamen afferri ab his potest: cū homib⁹ tā īimica sit q̄ putatur. Itaq; illę omnes orationes quibus iniqtatem fortunę lacerāt: se suasq; uirtutes con̄ fortunā supbissime iactāt: nihil sunt aliud q̄ delirame̅ta incōsideratę leuitatis. Quare nō inuideāt nobis qbus aperuit ueritatem deus: qui sicut scimus nihil esse fortunā: ita scimus eē prauum ac subdolū spiritū: q sit inimic⁹ bonis: hostisq; iusticię

qui contraria faciat q̃ deꝰ:cuius inuidię causam in secũdo libro explicauimus. Hic ergo insidiat̃ uniuersis:sed eos qui nesciũt deum errore impedit:stulticia obruit:tenebris circũfundit:ne quis possit ad diuini nominis peruenire noticiam: in quo uno & sapientia cõtinet̃ & uita ꝑpetua. Eos aũt qui deum sciũt: dolis & astutia aggreditur:ut cupiditate ac libidine irrhetiat:aut peccatis blandiẽtibꝰ deprauatos ĩpellat ad mortem:uel si dolo nihil ꝓfecerit:ui et uiolẽtia deiicere conat̃. Icirco enĩ in ꝑmordiis trãsgressionis non statim ad poenã detrusus a deo est:ut hoĩem malitia sua exerceat ad uirtutẽ:quę nisi agitet̃:nisi assidua uexatiõe roboretur:nõ põt esse ꝑfecta. Si qdem uirtus est perferrẽdoꝝ malorũ fortis ac inuicta patientia. Ex quo fit:ut uirtꝰ nulla sit:si aduersarius desit. Huius itaq; peruersę potestatis cũ uim sentirent uirtuti repugnantem:nomen ignorent:fortunę uocabulum sibi inane finxerũt. Quod q̃ longe a sapientia sit remotũ:declarat Iuuenal' bis uersibus. Nullum numẽ habes· si sit prudentia:sed nos Te facimus fortuna deam:cęlo q; locamus. Stulticia igitur & error & cęcitas:et (ut Cicero ait) ignoratio rerum atque causarum:naturę ac fortunę nomina induxit. Sed ut aduersarium suũ nesciũt: sic nec uirtutem quidem sciunt:cuius scientia ab aduersarii notione descendit:quę si coniuncta est cum sapientia:uel (ut ipsi aiunt) eadem ipsa sapientia est:ignorent necesse est in quibꝰ rebus sita sit. Nemo enĩ põt ueris armis instrui:si hostem cõtra quem fuerit armandus ignorat:nec aduersarium uincere:qui in dimicando nõ hostẽ uerũ:sed umbram petit. Prosternet̃ enĩ qui alio intentus: uenientem uitalibus suis ictũ:nec pręuiderit ante nec cauerit.

Cap. xxx. Epilogus quo docet qũo trãseũdum sit a uanitate philosophoꝝ recedẽtibꝰ:& ad uerã sapiẽtiã aspirãtibꝰ. s. ad uerbũ dei: in quo solo ueritas inuenitur:& uirtꝰ & beatitudo:& ab eis quę dicta sunt:ad dicenda transitum facit.

QUoniam q̃tũ mea mediocritas tulit:lõge deuiũ philosophos iter a ueritate tenuisse:sentio tñ q̃ multa pręterierim:quia non erat mihi ꝓpria cõtra philosophos disputatio:sed huc necessario diuertendum fuit:ut ostenderem tot & tanta ingenia in rebus falsis esse consumpta:ne quis forte a prauis religionibus exclusus: ad eos se conferre uellet:tanquã certi aliquid reperturus.

Vna igiť spes homini: una salus in hac doctrina quã defendimꝰ posita est. Omnis sapientia hominis in hoc uno est: ut deum cognoscat et colat. Hoc nostꝝ dogma: hęc sententia ē. Quãta itaq; uoce possum testificor: proclamo: denuncio. Hoc ē illud quod philosophi omnes in tota sua uita quęsierunt: nec unquam tamē inuestigare: comprehendere: tenere ualuerunt: quia aut prauam religionē tenuerũt: aut totam penitus sustulerunt. Facessant igiť illi omnes: qui humanam uitam nõ instruunt sed turbant. Quid enim docent? Aut quem instruunt: qui seipsos nundum ĩstruxerũt? Quem sanare egroti? Quem regere cęci possunt? Huc ergo nos omnes quibus est cura sapientię, conferamus. An expectabimus donec Socrates aliqd sciat? An Anaxagoras lumē ĩ tenebris inueniat? Aut Democritus ueritatem de puteo extrahat? Aut Empedocles dilatet animi sui semitas? Aut Archesilas & Carneades uideant: sentiant: percipiant? Ecce uox de cęlo ueritatem docens: & nobis sole ipso clarius lumē ostendens. Quid nobis iniq sumus: & sapientiã suscipere cunctamur: quam docti homines cõtritis ingrendo ętatibus suis: nũquam reperire potuerunt? Qui uult sapiens ac beatus esse: audiat dei uocem: discat iusticiam: sacramētũ natiuitatis suę norit: humana cõtēnat: diuina suscipiat: ut summũ illud bonu; ad quod natus est, possit adipisci. Dissolutis religionibus uniuersis: & omnibus quęcunq; in earũ defensionem dici uel solebant uel poterant refutatis: deinde conuictis philosophię disciplinis: ad ueram religionem nobis sapientiãq; ueniēdum est: quoniam est (ut docebo) utrunq; coniunctum: ut eam uel argumentis: uel exemplis: uel idoneis testibus asseramꝰ. Et stulticiam quam nobis isti deoꝝ cultores obiectare non desinunt: ut nullam penes nos: sic totã penes ipsos esse doceamus. Et quanq̃ prioribus libris cũ falsas arguerim religiones: & hic cum falsam sapientiam tollerem: ubi ueritas sit ostenderim: planius tamen quę religio: & quę sapientia uera sit liber, pximꝰ ĩdicabit.

L. Coelij Lactantij diuinaꝝ institutionũ aduersus gētes liber quartus in quo docetur quę religio: & quę sapientia uera sit.

Quomodo uniꝰ sęculi error ĩ omnē sit trãsfusus ętatē: & orbē occupauerit: & gręcia post gloriã septem sapiētiũ studio pquirendę ueritatis exarserit: & studiosi eiꝰ se maluerĩt philosophos q̃ sapientes appellari. C. pmũ.

COgitanti mihi: & rũ animo meo sępe reputanti p̃orẽ illũ generis hũani statũ: & mir̃ pariter & ĩdignũ uideri solet: qđ uni⁹ sęculi stulticia religiones uarias suscipiẽtis: deosq; m̃ltos esse credẽtis: in tantã subito ignorationẽ sui uentũ est: ut ablata ex oculis ueritate: neq; religio ueri dei: neq; hũanitatis rõ teneret̃: hominib⁹ nõ ĩ cęlo sũmũ bonum quęrẽtib⁹: sed in terra: quã ob cãm ꝑfecto sęculor̃ ueter̃ mutata foelicitas ẽ. Coeperũt enĩ relicto parẽte & cõstitutore omnium deo, ĩsensibilia digitor̃ suor̃ figmenta uenerari: q̃ prauitas qđ se fecerit: qđ malor̃ attulerit: res ip̃a declarat. Auersa nãq; a summo bono: qđ' iõ beatũ & sempiternũ ẽ: q̃ uideri tãgi cõp̃hẽdi nõ potest: & a uirtutib⁹ ei bono cõgruẽtib⁹: q̃ sũt ęque immortales: ad hos corruptos & fragiles deos lapsi: & studẽtes his reb⁹ qb⁹ solũ corpus ornat̃: alit̃: delectat̃: mortẽ sibi ppetuã cũ diis et cũ bonis corporib⁹ q̃ sierũt: q̃ morti corpus oẽ ſbiectũ ẽ. Insecuta est igit̃ huiusmodi religionis iniusticia & ĩpietas siruti fuerat necesse. Desierũt enĩ ult⁹ suos ĩ cęlũ tollere: sed deorsũ mẽtes hominũ dep̃sse terrenis ut religiõib⁹: sic etiã bonis ĩhęrebãt. Secutũ ẽ discidiũ generis humani & fraus & nefas oẽ: q̃ spretis sempiternis atq; ĩcorruptis bonis: q̃ sola debẽt ab homine cõcupisci: temporalia & breuia maluerũt: maiorq; ad malũ hominib⁹ fides fuit: q̃ prauũ recto q̃ p̃sentius fuerat p̃tulerũt. Sic hũanã uitã p̃oribus sęculis in clarissima luce uersatã, caligo & tenebrę cõp̃hẽderũt. Et qđ huic prauitati cõgruẽs erat: postq̃ sublata sapiẽtia ẽ: rum demũ homines sapientum sibi nomẽ uẽdicare coeperũt: rũ aũt nemo sapiẽs uocabat̃: cũ oẽs erãt: uterq; nomẽ illud publicũ aliq̃n q̃uis ad paucos redactũ: tũ uim suã retineret. Possent enĩ fortasse pauci illi uel ingenio uł auctoritate: uel assiduis hortamẽtis liberare populũ uiciis & errorib⁹. Sed adeo ĩ totũ sapientia occiderat: ut ex ip̃a nominis arrogãtia, nullũ eor̃ q uocarẽt̃, apparuit fuisse sapientẽ. Et tñ p̃usq̃ hęc p̄hia quę dicit̃ eẽt inuenta: septem fuisse tradunt̃ primi omnium: qui quia de rebus naturalibus quęrere ac disputare sunt ausi: sapiẽtes haberi appellariq; meruerũt. O miserum calamitosumq; sęculũ: quo p orbẽ totũ septem soli fuerunt: qui hominum uocabulo cierentur. Nemo enim potest iure dici homo: nisi qui sapiens est. Sed si cęteri omnes pręt ip̃os

stulti fuerũt:ne illi quidē sapientes:qꝫ nemo sapiēs esse uere iudicio stultoꝝ pōt:adeo ab his abfuit sapientia:ut ne postea qdem icrescēte doctrina:& multis magnisq; ingeniis in idipm semp intentis nō potuerit pspici ueritas & cōphēdi. Nā post illoꝝ septē sapiētū gloriā:icredibile ē quāto studio iqrēdę ueritatis grecia oīs exarserit: Ac pmū nomē ipm sapiētię arrogās putauerit:ꝫ qꝫ nō sapiētes:sed studiosos sapiētię uocauerũt:quo facto & illos q temere sapiētū sibi nomē asciuerāt:erroris stulticięq; dānauerũt:& se quoq; ipsos ignorātię:quā qdē nō diffitebāt. Naꝫ ubicũq; reꝝ natura igeniis eoꝝ quasi manus opposuerat: ne rōnem possent aliq̄ reddere,testificari solebāt nihil scire se : nihil cernē. Vñ multo sapiētiores iueniũt:q se aliq̄ ex pte uiderũt:q̄ illi qui sapere crediderant.

Cap. ii. Quod ibi ē q̄renda sapiētia ubi gētib⁹ ē stulticię titulus. Et quare Pythagoras & Plato litteraꝝ psecutores nō accesserunt ad iudęos.

QVare si neq; illi fuere sapiētes:q sunt appellati:neq; posteriores:q nō dubitauerũt insipiētiā cōfiteri:qd supest nisi ut alibi sit q̄renda sapiētia:quare nō ē,ubi q̄rebať,iuēta. Quid auteꝫ putemus fuisse causę:cur tot igeniis:totq; tēporib⁹ sũmo studio & labore q̄sita non reperireť:nisi qꝫ eā philosophi extra fines suos quęsierũt? Qui quoniā pagratis & exploratis oīb⁹ nusq̄ ullā sapiētiā cōphēdeũt:& alicubi eē illā necesse ē:apparet illic potissimũ eē quęrēdā,ubi stulticię titulus apparet:cui⁹ uelamēto deus,ne arcanũ sui diuini operis in ppatulo eēt,thesauꝝ sapiētię & ueritatis abscondit. Vñ eqdē solem⁹ mirari:qꝫ cuꝫ Pythagoras & postea Plato:amore indagandę ueritatis accensi:ad ęgyptios & magos & persas usq; penetrassent:ut earũ gētiũ ritus & sacra cognoscerent. Suspicabāť enī sapiētiam in religione uersari : & ad iudęos tantũ nō accesserũt:penes quos tũc solos erat: & quo facilius ire potuissent? Sed auersos eē arbitror diuina puidētia nescire possent ueritatē:qꝫ nōdũ fas erat alienigenis hominib⁹ religionē dei ueri iusticiāq; cognoscere. Statuerat enī de⁹ appropinquante ultimo tēpore ducē magnũ cęlit⁹ mittere:q eā pfido igratoq; populo ablatā externis gentibus reuelaret. Qua de re in hoc libro aggrediar disputare:si prius ostendero sapientiam cum religione sic cohęrēre:ut diuelli utrunq; non possit.

¶ Capitulum.iij. Quod sapientia & religio inseparabiliter cohęrent: & ꝙ necesse est eosdem nō diuersos esse secretarios sapientię & numinis sacerdotes. Et quare contra naturam sit colere plures deos. Et quare necessitate naturę oportet dominum esse unum unicuiqꝫ: sic & patrem unum.

DEorū igiť cultus in priore libro docui non habuisse sapientiā, nō mōtqꝫ diuinū animal hominē terrenis fragilibusqꝫ substernit: sed ꝙ nihil ibi deseriť: qđ ꝓficiat ad mores excolendos uitāqꝫ formādam: nec habet inqsitionē aliquā ueritatis: sed tantūmodo ritū colendi: qui nō officio mentis: sed ministerio corporis constat. Et ideo nō est illa uera religio iudicanda: quia nullis iusticię uirtutisqꝫ pręceptis erudit: efficitqꝫ meliores. Ita philosophia ꝙ ī illis religionē; idest summā pietatem nō habet, nō est uera sapientia. Nā si diuinitas quę gubernat hunc mundū incredibili beneficentia genus hominū sustentat: & quasi paterna indulgentia fouet: uult ꝓfecto grām sibi referri & honorē dari. Nec cōstare homini ratio pietatis potest: si cęlestibꝰ beneficiis extiterit īgratꝰ: quod nō ē utiqꝫ sapiētis. Quoniā igitur (ut dixi) philosophia & religio deoꝝ disiuncta sunt & longe discreta: si quidem alii sunt ꝓfessores sapientię: per quos utiqꝫ ad deos non adiť, Alii religionis antistites: per quos sapere nō discitur: apparet nec illam esse ueram sapientiā: nec hanc religionē: iccirco nec philosophia potuit ueritatem comprehendere: nec religio deorum rationē sui qua caret, reddere. Vbi aūt sapiētia cū religione inseparabili nec nexu cohęret: utrūqꝫ eē ueꝝ necesse est. Quę iā et in colēdo sapere debemus: idest scire qđ nobis: & qūo sit colendum: & in sapiendo colere: idest re & actu qđ scierimꝰ implere. Vbi ergo sapientia cuꝫ religione cōiungitur: ubi .f. ibi deꝰ coliť unus: ubi uita & actꝰ oīs ad unū caput & ad unā sūmā referť. Deniqꝫ iidē sūt doctores sapientię: q & dei sacerdotes. Nec tñ moueat quēq̄ ꝙ sępe factū ē & fieri pōt: ut philosophus aliqs deoꝝ suscipiat sacerdotiū: qđ cū sit: nō tñ cōiūgiť phīa cū religione: sed etiā phīa inter sacra cessabit: & religio quando philosophia tractabitur. Illa enī religio muta est: nō tātū quia mutorum est: sed quia ritus eius in manu & in digitis eius: & nō ī corde aut in

lingua ſicut noſtra quę uera eſt. Iccirco & in ſapientia religio: & in religione ſapiētia ē: ergo nō pōt ſegregari: q̄ ſapere nihil aliud ē: niſi deū ueꝝ iuſtis ac piis cultibꝰ honorare. Multoꝝ aūt deorū cultꝰ nō eē ſecūdū naturā: etiā h̄ argumēto colligi pōt & cōphēdi. Omnem deū q̄ ab hoīe colit̄: neceſſe ē īter ſolēnes ritꝰ & p̄catio nes p̄rem nūcupari: nō tātū honoris gr̄a ſed & rōis: q̄ & antiq or ē hoīe: q̄ uitā ſalutē uictū q̄ p̄ſtat ut pr̄. Itaq̄ & Iupit̄ a p̄cāti bus pr̄ uocat̄: & Saturnꝰ & Ianꝰ & Liber & cęteri deīceps: quod Lucillius ī deoꝝ cōſilio irridet: uti nemo ſit noſtrū: q̄n aut pater optimꝰ diuū: aut Neptunꝰ pr̄: Liber: Saturnꝰ pater: Mars: Ianꝰ: Quiriuꝰ pr̄: ſic & hoc nomē pater dicat̄ ad unū: qđ ſi natura nō patit̄: ut ſint unꝰ hōis plures patres, Ex uno enī p̄creat̄: ergo de os etiā m̄ltos colere con̄ naturā ē: cōtraq̄ pietatē. Vnꝰ ergo colē dus ē: q̄ pōt uerus pr̄ nominari. Idē etiā dominꝰ ſit neceſſe ē: q̄re ſicut pōt indulgere: ita etiā cohercere. Pater ideo appellādꝰ ē: q̄a nobis multa & magna largitur. Dominus ideo: quia caſtigandi & puniendi habet maximam poteſtatem. Dominū uero eundē eſſe qui ſit pater: etiam iuris ciuilis ratio demonſtrat. Quis enī poterit filios educare: niſi habeat in eos dominū p̄tātē: nec īmeri to paterfamilias dicit̄: licet tantū filios habeat: uidelicet nomē pa tris complectitur etiam ſeruos: quia familiam ſequit̄: & nomen familię complectitur etiam filios quia pater antecedit. Vnde ap paret eundem ipſum & patrē ſeruoꝝ & dominū filioꝝ. Deniq̄ & filꝰ manumittit̄ tāq̄ ſeruus: & ſeruus liberatꝰ: patroni nomē accipit tāq̄ filꝰ. Qđ ſi p̄pterea paterfamilias nominat̄: ut appare at eum duplici poteſtate prędítū: quia & indulgere debet q̄ pat̄ ē: & cohercere q̄ dominus: ergo idē ſeruus eſt q̄ & filꝰ: & idem dominus qui & pater. Sicut igitur naturę neceſſitate non poteſt eſſe niſi unus pater: ita nec dominus niſi unus. Quid enim faciet ſeruus ſi multi domini diuerſa imperauerīt? ergo cōtra rationē cōtraq̄ naturā ſunt religiones multoꝝ deoꝝ. Si q̄dem nec patres multi poſſunt eē nec domini: deos aūt & patres & dominos nū cupari neceſſe ē. Teneri ergo ueritas nō pōt: ubi hō idē multis pa tribꝰ dominiſq̄ ſubiectus eſt. Vbi animus in multa diſperſus huc atq̄ illuc diuagat̄. Nec habere ullā firmitatē religio pōt: quā do certo & ſtabili domicilio caret. Cultus ergo deoꝝ ueri eē nō poſſunt: eodē mō quo matrimoniū dici non poteſt: ubi mulier

uiros multos habet: sed hęc aut meretrix aut adultera nominabi
tur. A qua enī pudor: castitas: fides abest: uirtute careat necesse ē:
sic & religio deoꝝ impudica est & incesta: quia fide caret: qꝫ bo
nos ille instabilis & incertus, caput atqꝫ originem non habet.

¶ Cap. iiij. Quod sapiētia spectat ad filios: religio ad seruos
& utriusqꝫ fons deus un⁹ solus & uerus: q īgratū abdicat filium
& fugitiuum punit seruum.

QVibus rebus apparet q̄ inter se coniuncta sint sapientia &
religio: sapientia spectat ad filios: quę exigit amorem: re
ligio ad seruos: quę quidem exigit timorem. Nā sicut illi patrē
diligere debent & honorare: sic hi dominū colere: & uereri. De
us autem q unus est quoniā utranqꝫ personā sustinet & patris &
domini: & amare eū debemus: quia filii sumus: & timere: qꝫ ser
ui. Nō pōt igit̄ nec religio a sapientia separari: nec sapiētia a reli
gione secerni: quia idem deus est: qꝫ & ītelligi debet: qꝫ est sapien
tię; & honorari qꝫ est religionis. Sed sapiētia pręcedit: religio se
quitur: quia prius est deum scire: cōsequēs colere. Itaqꝫ in duob⁹
nominibus una uis est: q̄uis diuersa esse uideant̄. Alteꝝ enī posi
tum est in sensu: alterū in actu: sed tñ similia sunt duobus riuis,
uno fonte manātibus. Fons aūt sapientię & religionis deus est:
a quo hi duo riui si aberrauerint, accrescāt necesse ē: quē q nesciunt
nec sapiētes esse possunt: nec religiosi. Sic fit ut philosophi & q
deos colunt similes sint; aut filiis abdicatis aut seruis fugitiuis:
neqꝫ illi patrem quęrūt: neqꝫ hi dominū: & sicut abdicati heredi
tatem non assequunt̄: & fugitiui īpunitatē, Ita neqꝫ philosophi
immortalitatē accipiunt: quę est regni cęlestis hereditas: idest sū
mum bonū: qd' illi maxīe quęrūt: neqꝫ cultores deoꝝ poenā sem
piternę mortis effugient: q̄ aīaduersio ueri domini, aduersus fu
gitiuos suę maiestatis ac nominis. Deū uero esse patrem: eūdē ꝑ
dominum utriqꝫ ignorauerunt tam cultores deoꝝ: q̄ ipsi profes
sores sapientię: quia aut nihil oīno colēdū putauerūt: aut religio
ones falsas approbauerūt: aut etiā si uim ptātemqꝫ summi dei in
tellexerūt: ut Plato: qui ait unū esse fabricatorem mundi deum:
& Marcus Tullius qui fatetur hominē pręclara quadā cōditiōe
a summo deo esse generatum: tamē et debitū tanq̄ summo patri
non reddiderūt: quod erat consequens atqꝫ necessariū. Deos aūt

neq; patres neq; dominos esse non posse:nō tantum multitudo (ut supra ostēdi) sed etiā rō declarat:qua neq; fictū esse ab his hominē tradit̄:neq; deos ipsos antecedere originem hominis inuenitur. Si quidē fuisse in terra homines anteq̄ Vulcanus & Liber & Appollo:& ipse Iupiter nascerent̄,apparet. Sed ne Saturno ficto hominis:neq; cęlo patri ei⁹ assignari solet:qd' si nullus eorū qui colūtur formasse a p̄ncipio:atq; īstituisse hominē traditur, Null⁹ igit̄ ex his p̄r̄ hominis nūcupari pōt:ita nec de⁹ qdē. Ergo fas nō ē uenerari eos a qb⁹ nō fit hō generat⁹:q: neq; a multis pōt generari. Vnus igit̄ ac solus coli debet:q Iouē:q Saturnum: qui cęlum ipsum terrāq; antecessit. Is enī necesse ē hominē figurauerit:qui añ hominē cęlū terrāq; p̄fecit. Solus pater uocandus est: qui creauit:solus dominus nūcupandus:q regit:qui habet uitę ac necis uerā ac perpetuā p̄tātē:quē q nō adorat & insipiēs seru⁹ ē: q deū suū aufugiat:& ipius filius:q suū uel p̄rem uel oderit uel ignoret.

¶ Cap. v. Quod oracula p̄phetarū solicite inspiciēda sūt:quos diuinit⁹ eē locutos,rerū multo añ p̄dictarū cōuicit euētus. Et quo tempore p̄phetauerit Moyses. Quot ānis Iosue rexerit populū. Quot p̄fuerint iudices:q̄ diu regnauerit reges. Quo tēpore dominatus Cyrus. Quod in p̄phetis & sapientię fundamentum.

NVnc quoniam docui sapientiam & religionē nō posse deduci:superest ut de ipsa religione ac sapientia differamus. Sentio quidem q̄ sit difficilis de rebus cęlestibus disputatio:sed tamen audiendum est ut illustrata ueritas pateat. Multiq; ab errore atq; interitu liberentur:qui eā sub uelamento stulticię latentē aspernant̄ ac respuunt. Sed priusq̄ incipiā de deo et operibus ei⁹ dicere:pauta mihi de p̄phetis ante dicēda sūt:quorū testimoniis nunc uti necesse est:qd' in prioribus libris ne facerem temperaui. Ante omnia qui ueritatem studet cōprehendere: non mō intelligēdis p̄phetarū uocibus animū debet intēdere: sed etiā tempora, p̄ quę quisq; illorū fuerit diligentissime inquirere: ut sciat & quę futura prędixerunt:& post quot annos prędicta completa sint nec difficultas in his colligendis inest ulla. Testati enim sunt sb quo quisq; rege diuini spiritus fuerit passus instinctum:multiq; scriptos libros de temporibus ediderūt:initiū faciētes a p̄pheta

Moyse qui troianū bellū septingētis fere annis āteceſſit. Is autē cū p̄ annos quadragīta populū rexiſſet: ſucceſſorē habuit Ioſuen: q̄ ſeptē & uiginti annis tenuit p̄ncipatū. Ex inde ſub iudicib⁹ fu erunt p̄ annos tricentoſſeptuaginta. Tū mutato ſtatu reges habē coeperūt: qbus īperiū tenētib⁹ p̄ annos quadringētoſſexaginta uſq; ad Sedechię regnū oppugnati a rege babylonico: captiq; iu dęi diuturnū ſeruitiū ꝑtulerūt: donec ſeptuageſimo poſt anno Cyrus maior captiuos iudęos terris ac ſedib⁹ ſuis redderet: q p̄ id tēpus ī perſas ſuſcępit īperiū: quo rome Targnus ſuperbus. Quare cū oīs tēpoꝝ ſeries ex iudaicis & ex gręcis romaniſq; hi ſtoriis colligatur: etiā ſingulorū prophetarum tempora colligi poſſunt: quorū tamen ultimus Zacharias fuit: quem conſtat ſub Dario rege ſecūdo anno regni ei⁹ octauo menſe cecinifſe: adeo antiquiores eſſe gręcis ſcriptoribus prophetę reperiūt. Quę oīa eo ꝓfero ut erroreꝫ ſuum ſentiant: qui ſcripturā ſacrā coarguere nitunt: tanq̄ nouā & recens fictam: ignorantes ex quo fonte ſan ctę religionis origo manauerit. Quod ſi quis collectis proſpe ctiſq; temporibus fundamētū doctrinę ſalubriter ięcerit: & ue ritatem penitus cōprehēdet: & errorē cognita ueritate deponet.

Capitulū. vi. Quod deus creator omniū coomnipotentem genuit filium: & per eum creauit uniuerſa: teſtes ſunt Sibylla & Triſmegyſtus: oracula conſona prophetis & ſapientiſſimo Sa lomoni.

Eus igitur machinator conſtitutorq; rerum ſicuti in ſecun do libro diximus: anteq̄ pręclarum hoc opus adoriretur: ſanctū et incorruptibilē incōprehēſibilē ſpiritū genuit: quē filiū nuncuparūt. Et q̄uis alios poſtea īnumerabiles p̄ ipm̄ creauiſſet quos angelos dicimus: hunc tamen ſolum primogenitum diui ni nominis appellatione dignatus eſt patria ſcilicet uirtute ac ma ieſtate pollentem. Eſſe autem ſummi dei filium: qui ſit poteſtate maxima prędıtus: non tantum congruentes in unum propheta rum uoces: ſed etiam Triſmegyſti prędicatio: & Sibyllarum ua ticinia demōſtrāt. Hermes ī eo libro q̄ λόγοσ τέλειοσ īſcribit̄ his uſus ē v̄bis. ὁ κύριοσ καί τῶν πάντων ποιητήσ, ὃν θεόν καλεῖν νενομίκαμεν: ἐπεί τόν δεύτερον ἐποίησε θεόν ὁρατόν καί αἰσθητόν. αἰσθητόν δὲ φημί οὐ διά τό αἰσθέσθαι

αυτον. περὶ γὰρ τοῦτου οὐκέστιν, πότερον αὐτὸς αἴσθοιτο, ἀλλ᾽ ὅτι εἰς αἰσθήσεις ὑποπέμπει καὶ εἰς νοῦν. ὅτι οὖν τοῦτον ἐποίησε πρῶτον καὶ μόνον καὶ ἕνα, καλὸς δὲ αὐτῷ ἐφάνη, καὶ πληρέστατος πάντων τῶν ἀγαθῶν, ἡγάσθη τε καὶ πάνυ ἐφίλησεν ὡς ἴδιον τόκον. Idest dominus & omnium creator: quem deum uocare censemus: quia secundum fecit deum uisibilem et sensibilem. Sensibilem autem nō ideo q̄ ipse sentit dicitur: de hoc enī nō ē ut q̄ ipse sentiat: sed q̄ in sensus submittit & mētē: q̄ ergo eū fecit p̄mū & unū & solū: bonus ei uisus ē & plenissimus omniū bonorum: sanctificauitq̄ & amauit quasi filiū. Sibylla erithrea in carminis sui p̄ncipio: qd' a summo deo exorsa ē: filiū dei ducē & īperatorē omniū his uersibus p̄dicat. παντοτρόφον, κτιστήν, ὅς γλυκὺ πνεῦμα ἅπασι κατέθετο, καὶ ἡγήτορα θεὸν πάντων ἐποίησε. i. ōniū nutritorē creatorēq̄: qui dulcē spiritū oīb⁹ apposuit: ac p̄ncipē omniū deo𝔯 fecit. Et rursus in fine eiusdē carminis. ἄλλ᾽ αὐτὸν ἔδωκε θεὸς πιστοῖς ἀνδράσι γεραίρειν: idest alterum dedit deus fidelibus uiris honorare, ipsum tuum cognosce deum q̄ dei filius ē. Et alia Sibylla p̄cepit hūc oportere cognosci. αὐτὸν σοῦ γινώσκε θεόν, θεοῦ υἱὸν ἐόντα. Videlicet ipse dei filius: q̄ p̄ Salomonē sapientissimū regē diuino plenū, locut⁹ ē: eaq̄ scripsit cui⁹ Deus cōdidit me ī initio uia𝔯 sua𝔯 ī opera sua an̄ secula: fūdauit me in p̄ncipio añq̄ terrā faceret: anteq̄ abyssos cōstitueret: p̄usq̄ p̄derent fontes aqua𝔯: ante omnes colles genuit me: dominus fecit regiones & terras inhabitabiles sub cęlo. Cum pararet cęlos ad eram illi: & cum secerneret suā sedē: cū sup uētos faceret ualidas nubes: & cū cōfirmatos poneret mōtes sub cęlo: quādo fortia faciebat fundamenta terrę: erā penes illū disponens: ego erā cui ag gaudebat: quotidie autē iocūdabar an̄ faciem eius: cum lętaretur orbe perfecto. Iccirco aūt Trismegyst⁹ δημιουργὸν τοῦ θεοῦ idest creatorē dei: & Sibylla. σύμβουλον. i. cōsiliariū appellat: q̄ tāta sapiētia sit īstruct⁹ a deo patre: ut cōsilio & manib⁹ uteretur in fabricatione mundi.

Cap. viij. Quod nomē filij, & angelis aut hominib⁹ sit ignotū: licet nomē habeat quod ab utrisq̄ adoratur. Et unde dicatur Iesus & unde Christus.

Fortasse quęrat aliquid hoc loco: qs sit iste tam potēs: tam

deo carus: & quod nomē habeat: cui⁹ pria natiuitas nō mō ante cessit mundū: uerū etiā prudētia disposuerit: uirtute cōstruxerit. Primū nos scire cōuenit nomē ei⁹ ne angelis qdē notū eē: q mo ranť ī cęlo: sed ipi soli ac deo patri nec añ id publicabiť: ut ē san ctis lr̄is traditū q̄ dispēsatio dei fuerit īpleta. Deīde nec enūciari posse hoīs ore, sicut docz Hermes hęc dicēs. αἴτιον δὲ τούτου τοῦ αἰτίου, ἡ τοῦ θείου καὶ ἀγεννήτου ἀγαθοῦ βούλησις. ἣ θεόν. προήνεγκεν οὗ τὸ ὄνομα οὐ δύναται ἀνθρωπίνῳ στόματι λαληθῆναι. i. e causa aūt hui⁹ causę diuini boni uolūtas cuius nomen non potest humano ore fari. Et paulo post ad filiū ἔστι γάρ τις ὦ τέκνον ἀπόρρητος λόγος σοφίας, ὅσιος ὁ σίου τοῦ μόνου κυρίου πάντων. καὶ προνοουμένου, ὃν εἰ πεῖν ὑπὲρ ἄνθρωπον ἐστί. Est enim fili secretus quidā sermo sapientię, sanctus de solo domino omnium: & qui ante mente capitur: quem dicere supra hominem est. Sed quāuis nomen eius quod ei a principio pater summus imposuit: nullus alius pręter ipsum sciat: habet tamē & inter angelos aliud uocabulum: & inter homines aliud. Iesus quippe inter homines nominantur. Nā christus non propriū nomen est, nuncupatio potestatis et regni. Sed exponenda huius nominis ratio est ꝓpter ignorantium errorem: qui eū mutata littera χρηστόν solent dicere. Erat iudęis ante pręceptum ut sacrū conficerēt ungentū: quo perungi possēt: hi qui uocabāť ad sacerdotiū uel ad regnū. Et sicut nūc romanis īdumētū purpurę, īsigne ē regię dignitatis assūptę: sic illis unctō, sacri, ungentionē ac potestatē regiā conferebat. Verum quoniā gręci ueteres χρίεσθαι dicebant ungi: quod nunc ἀλείφεσθαι sicut indicat homericus uersus ille quo propiciabant unxerunt oleo τὸν δὲ δμῳαὶ λοῦσαν καὶ χρῖσαν ἐλαίῳ: Idest hunc autem famulę lauerūt & unxerunt oleo: ob hanc rationē nos eū christum nuncupamus: idest unctū: q hębraice Messias dicitur. Vnde in qbusdā gręcis scripturis: quę male de hębraicis īterp̄tate sunt ἠλειμμένος: idest ungendo creatus scriptus inuenitur ἠλειμμένος ἀπὸ τοῦ ἀλείφεσθαι: idest ab ungendo curari. Sed tū utrolibet nomine rex significatur. Non ꝙ ille regnū hoc terrenū fuerit adeptus: cuius capiendi nōdum tempus aduenit: sed ꝙ cęleste ac sempiternū est de quo differemus in ultīo libro: nunc uero de prima eius natiuitate dicamus.

Ca. viii. Quod filiꝰ bis natꝰ ē: eternaliter de patre: temporaliter de uirgine matre: sed natiuitate inexcogitabili & ineffabili. Et quare dicatur uerbū: & in quo ab aliis angelis differat: & q̄re illi non dicant uerbum dei uel uerba. Et quare hominis spiritus dissolubilis. Et quid Dauid & Salomon ꝓphetauerint de hoc uerbo. Et ꝙ Salomō ꝑcesserit troianū bellū: ꝙ Iohānes euangelista de eodē uerbo

IN primis enī testificabimur illū bis eē natū ꝑmū ī spiritu postea ī carne. Vn̄ apud Hieremiā ita dicit: ꝑusq̄ te formarem in utero noui te. Et itē apud ipm: beatus q erat anteq̄ nascere tur: quod nulli alii cōtigit preter christū: q cū eēt a ꝑncipio filius dei, regeneratus est denuo secundum carnem: que duplex natiuitas eius, magnum ītulit humanis pectoribus errorē: circūfuditq̄ tenebras ex his q̄ uere religionis sacramēta retinebāt. Sed nos id plane dilucideq̄ mōstrabimus: ut amatores sapientie facilius ac diligentius instruant: q audit dei filiū dici, nō debet tātum nefas mēte cōcipere: ut ex cōnubio ac ꝑmixtione foemine alicuius deū ꝓcreasse: qđ nō fecit nisi aīal corpale mortiq̄ sbiectum. Deꝰ aūt cū solus adhuc eēt cui ꝑmiscere se potuit! aut cū eēt tante potestatis: ut quicquid uellet efficeret: utiq̄ ad creandum societate alterius non indigeret! nisi forte existimabimus deum sicut Orpheus putauit: marē eē & foeminā: ꝙ aliter generare nō quiuerit: nisi haberet uim sexus utriusq̄: quasi aut ipse secū coiret: aut sine coitu non potuerit ꝓcreare. Et Hermes in eadē fuit opinione: cū dicit ἀυτο πάτορ ἀκαι ἀυτο μήτορα. Quod si ita eēt ut a ꝓphetis pater dicit: sic etiam mater diceret. Quomodo igitur ꝓcreauit! Primū nec sciri a quoq̄ possunt nec narrari opera diuina: sed tn̄ sancte littere docent: in qbꝰ tātū ē, illū filium dei eē sermonem: itēq̄ ceteros angelos dei spiritus eē. Nā sermo est spiritus cum uoce aliqd significāte probatus. Sed tn̄ quoniam spiritus & sermo diuersis ptibꝰ ꝓferūt: si qdē spiritꝰ naribꝰ: ore sermo procedit: magna inter hunc dei filiū: ceterosq̄ angelos differentia est. Illi enī ex deo taciti spiritꝰ exierūt: q nō ad doctrinā dei tradendam sed ad ministeriū dei creabāt. Ille uero cū sit & ipe spiritꝰ: et tn̄ cū uoce ac sono ex dei ore ꝓcessit: sicut ꝟbū, ea rōe q̄ uoce eiꝰ ad populū fuerat usus: id ē ꝙ ille magister futurus eēt doctrine dei: & celestis arcani ad hoīem ꝑferēdi: ꝙ ipm ꝑmo locutꝰ ē.

ut p eum ipse ad nos loqueret. Et ille uocē dei ac uoluntatem no
bis reuelaret. Merito ergo sermo & uerbū dei dicitur: q pceden
tem de ore suo: uocalē spiritū quē nō utero sed mēte cōceperat:
inexcogitabili quadā maiestatis suę uirtute ad effigiem q̄ pprio
sensu ac sapientia uigeat cōprehēdit: & alios itē spiritus in ange
los figurauit. Nostri spiritus dissolubiles sunt: quia mortales su
mus: dei autem spiritus & uiuunt & manent & sentiunt: qa ipse
immortalis est: sensus & uitę dator. Nostrę uoces licet aure mi-
sceant atq; euanescāt: tñ pleruq; manent lr̄is cōphensę: quanto ma
gis dei uocē cōphendēdum ē: & manere ī ęternū & sensu ac uir
tute cōmutari: quam de deo patre tāq̄ riuus de fonte traduxerit.
Quod si qs miraē ex deo, deū platione uocis ac spirit⁹ potuisse
generari: si sacras uoces pphetaꝝ cognouerit: desinet pfecto mi
rari, Salomonē patremq; ei⁹ Dauid potētissimos reges fuisse: &
eosdem pphetas: etiā his fortasse sit notū: q diuinas litteras non
attigerūt: quoꝝ alter q posteri⁹ regnauit troianę urbis excidium
cētū & quadragīta ānis añcessit. Hui⁹ pr̄ diuinoꝝ scriptor hym
noꝝ ī psalmo trigesimosecundo sic ait. Verbo dei cęli solidati
sunt: & spiritu oris ei⁹ omnis uirt⁹ eoꝝ. Item rursus in psalmo
quadragesimoquarto. Eructauit cor meū uerbum bonum: dico
ego opera mea regi. Cōstat uidelicet nulli alii opera dei eē nota
nisi filio soli q ē uerbū dei: & quē regnare īppetuū necesse ē. Itē
Salomō ipm uerbū dei eē demōstrat: cui⁹ manib⁹ opera ista mū
di fabricata sūt. Ego inqt ex ore altissimi pdiui añ omnē creatu
ram: ego in cęlis feci ut orireē lumē īdeficiēs: & nebula texi oēm
terrā. Ego ī altis habitaui: & thronus me⁹ ī colūna nubis. Iohan
nes quoq; ita tradidit. In pncipio erat uerbū: & uerbū erat apud
deū: & de⁹ erat uerbū: oīa p ipm fcā sūt: & sine ipo factū ē nihil.

Cap. ix. Quod melius a gręcis logos: q̄a latinis uerbum: &
qd de deo senserint gentiles philosophi Zeno et Trismegystus

SEd melius gręci λόγον. dicunt q̄ nos uerbū siue sermonē
λογός enim & sermonē significat & rationē: quia ille est
uox & sapientia dei: hunc sermonē diuinū ne philosophi qdem
ignorauerunt. Si quidem Zeno rerum naturę dispositore; atq;
opificem uniuersitatis λογόν pdicat: quē & fatū & necessitatē
rerum & deum & animum Iouis nuncupat ea consuetudīe: qua

ſolent Iouē pro deo accipere:ſed nihil obſtant uerba: cuꝫ ſnīa cō grↄuat ueritati. Eſt enī ſpiritus dei:quē ille animum Iouis nomīauit. Nam Triſmegyſtus qui ueritatē pene uniuerſam neſcio quo modo īueſtigauit:uirtutem maieſtatemq̄ʒ uerbi ſępe deſcripſit: ſic declarat illud ſuperius exemplum:quo fatetur eē ineffabilem quēdā ſpiritum ſanctumq̄ʒ ſermonem:cuius enarratio modum hominis excedat. Dixi de natiuitate ꝑma breuiter ut potui. Nūc de ſecunda:quoniam controuerſia ē:in ea maxime differendum eſt:ut ueritatē ſcire cupientibus lumen ītelligentię proferamus.

¶ Cap.x. De ſecūda natiuitate filij quā ꝓphetę multū añ ꝑdixerūt. Et qūo educt⁹ ſit iſrael ab ęgypto: et quib⁹ īgratus bñficiis caput bouis ī memoriā Apis dei ęgyptiorū figurauerit: et qs ordo publitarum fuerit poteſtatum uſq̄ʒ ad domini paſſionem.

IN ꝑmis igitur ſcire homines oportet ſic a principio prę ceſſiſſe diſpoſitionem ſummi dei:ut eſſet neceſſe appropinquante ſęculi termino dei filium deſcēdere:ut cōſtitueret deo tēplum, doceretq̄ʒ iuſticiam. Verūtamē nō in uirtute angeli aut poteſtate cęleſti:ſed in figura hominis & conditione mortali, & cū magiſterio functus fuiſſet:traderetur in manus īpioꝝ mortemq̄ʒ ſuſcipet:ut ea quoq̄ʒ per uirtutem domita reſurgeret: & homini quē induerat:quem gerebat: & ſpem uincendę mortis afferret:et ad pręmia immortalitatis admitteret. Hanc ergo diſpoſitioneꝫ ne quis ignoret docebimus, prędicta eſſe omnia: quę in chriſto uidemus eſſe completa. Nemo aſſeueratōni noſtrę fidē accōmodet:niſi oſtendero prophetas ante multam temporum ſeriem ꝑdicaſſe: forte ut aliquando filius dei naſceref ſicut homo: & mirabilia faceret: & cultum dei per totam terrā ſeminaret:et poſtremo patibulo figeretur: & tertio die reſurgeret. Quę oīa cū ꝓbauero eoꝝ tempoꝝ litteris q̄ deū ſummū mortali corpore uiuētē uiolauerunt, Quid aliud obſtabit quo minus, ueram ſapientiam, clarum ſit in hac religione uerſari? Nunc a principio totius ſacramenti origo narranda eſt. Maiores noſtri qui erant principes hebręoꝝ, cū ſterilitate, atq̄ʒ inopia laborarent:tranſierūt in ęgyptū rei frumentarię gratia:ibiq̄ʒ diutius cōmorantes intolerabili ſeruitutis iugo premerenf:tū miſert⁹ eoꝝ deus eduxit eos ac liberauit de manu ęgyptiorū :poſt ānos tricentos trigīta duce Moyſe

per quē postea illis lex a deo data est: in q̄ eductione ostēdit uirtutē suę maiestatis deꝰ. Traiecit enī populū medio mari rubro prędecēte angelo atq; scindēte aquā: ut populus p̄ siccum gradi posset: quē (ut ait poeta) Curuata in mōtis faciē circūstetit unda. Qua re audita tyrānꝰ ęgyptioꝝ cū magna suoꝝ manu insecutꝰ est: et mare adhuc patēs temere ingressus: coeūtibꝰ aquis cū exercitu deletꝰ est. Hebręi uero egressi i ę solitudine multa mirabilia uiderūt. Nā cū sitim paterent: ictu uirgę rupe p̄cussa: p̄siluit fōs aquę populūq; recreauit: quo rursus esuriētē, cęlestis alimēti pluuia descēdit: qn etiā coturnices in castra eoꝝ uētꝰ induxit: nō ut mō cęlesti s; etiā instructioribꝰ epulis saturarent. Pro his tñ diuinis bñficijs honorē deo nō reddiderūt: s; depulsa iā seruitute iā siti fameq; deposita: i luxuriā delapsi ad p̄phanos ęgyptioꝝ ritꝰ aīos trāstulerūt. Cū enī Moyses dux eoꝝ ascēdisset in mōtē atq; ibidē quadraginta diebꝰ moraret: aureū caput bouis quem uocāt ipsi apim quod eos signo pręcederet figurarūt. Quo peccato ac scelere offensus deus, impiū & ingratū populū p̄ merito poenis ḡuibꝰ affecit: & legi quā p̄ Moysen dederat subiugauit. Postea uero cū in deserta quadā p̄te Syrię cōsedissent: amiserūt uetus nomē Hebręi. Et qm̄ princeps eoꝝ exanimis Iudas erat, iudęi sunt appellati: & terra quā incoluere iudęa. Et primo q̄dem nō dominio regū subiecti fuerūt: sed populo ac legi ciuiles iudices pręsidebāt: nō tñ inanū cōstituti sunt: sicut romani consules: s; p̄petua iurisdictione subnixi. Tum sublato iudicū nomīe potestas regalis inducta est. Verū regimē eoꝝ iudicibus tenētibus prauas religiones sępe susceperāt: atq; offensus ab his deꝰ totiēs alienigenis subiugabat: donec rursus poenitētia populi mitigatus liberaret eos seruitute. Itē sub regibꝰ finitimoꝝ bellis ob delicta uexati. Postremo capti abductiq; babylonē poenas impietatis suę graui seruitio pepēderūt: donec Cyrus ueniret in regnū: q statim iudęos restituit edicto. Exinde thetrarchas habuerūt usq; ad Herodē: q fuit sub imperio Tyberij Cęsaris: cuiꝰ anno q̄nto decimo: idest duobꝰ geminis cōsulibꝰ: ante diē decimū calēdarū apriliū iudęi Christum cruci affixerūt: hic reꝝ exitus: hic ordo in arcanis sanctarū litterarū cōtinet: sed prius ostēdā qua de causa in terrā uenerit Christus: ut fundamentū diuinę religionis & ratio clarescat.

K

## Capitulum.xi. Quę fuerit causa incarnationis Christi.

CVm sępe iudęi preceptis salutarib⁹ repugnarēt: atq; a diui na lege desisterēt aberrātes ad impios cultus deoꝝ: cū de⁹ iustos & electos sancto spiritu implebat: ꝓphās in media plebe cōstituēs: p quos peccata ingrati populi uerbis minacib⁹ increpa retꝫ: & nihilomin⁹ ad poenitētiā sceleris agēdā hortaret: quā ni si egissent: atq; abiectis uanitatib⁹ ad deū suū redissent: forte ut testamētū suū mutaret: idest hęreditatē uitę īmortalis ad extēnas cōuerteret natōes: aliūq; sibi populū fideliorē ex alienigenis cō gregaret. Illi aūt a ꝓphetis increpati: nō mō uerba eoꝝ respuerūt, sꝫ qd sibi peccata exprobrarēt offensi, eos ipsos exq̄sitis cruciati b⁹ necauerūt: q̄ oīa diuinę litterę signata cōseruant. Dicit enī ꝓ pheta Hieremias. Ad uos seruos meos ꝓphetas añ lucē mittebā & nō obaudiebatis me: neq; intēdebatis aurib⁹ uestris cū dicerēꝫ uobis: cōuertat unusq̄sq; a uia sua mala: & neq̄ssimis affectioni bus uṙis: & habitabitis in terra ista quā dedi uobis & patrib⁹ ue stris a sęculo usq; in sęculū. Nolite ambulare post deos alienos ut seruiatis eis: & ne incitetis me in operib⁹ manuū uestraꝝ ad di sperdēdos uos. Esdras aūt ꝓpheta q fuit eiusdē Cyri tēporib⁹: a quo iudęi sunt restituti sic loqt. Desciuerūt a te & abiecerūt le gē tuā post corp⁹ suū: & ꝓphetas tuos interfecerunt: q obtesta bant eos ut reuerterent ad te. Itē Helias in libro basilion tertio. Emulādo emulatus suꝫ dño deo omnipotēti: q̄ dereliq̄runt te filij israel: & altaria demolierūt: & quęrūt animaꝫ meā auferre a me: ꝓpter has illoꝝ impietates abdicauit eos imꝑpetuū: itaq; de sijt ꝓphetas mittere ad eos: sed illū filiū suū primogenitū: illum opificē rerū & cōsolatorē suū labi iussit e cęlo: ut religionē san ctam dei trāsferret ad gentes idē ad eos q deū ignorabāt: doce retq; iusticiā quā pfidus populus abiecerat: qd iam pridē anūcia uerat se esse facturū. Sic Malachias indicat dicēs. Nō est mihi uo lūtas circa uos dicit dñs: & sacrificiū acceptū nō habeo ex mani bus uestris: q̄m a solis ortu usq; ad occasuꝫ clarificabitur nomen meū apud gentes. Item Dauid in psalmo xvi. Cōstitues me in ca put gentiū: populus quē nō cognoui seruiet mihi. Isaias quoq; sic loqtur. Venio colligere omnes gentes & linguas: & uenient & uidebunt claritatē meam: & dimittā super eos signum. Et

mittā ex his cōseruatos in gētes quę lōge sunt: quę nō audierūt gloriā meā: & nunciabūt claritatē meam in gentes. Volens igit̄ de⁹ metatorē tēpli sui mittere in terrā: noluit eū in potestate & claritate cęlesti mittere: ut ingrat⁹ in deū popul⁹ in errorē maximū induceret̄: ac poenas ꝑ facinorib⁹ suis luerēt: q dn̄m ac deū suū nō recępissent: qđ olim ꝓphetę cecinerāt sic eē̄ factū. Isaias enī, quē ipsi iudęi serra cōsectū crudelissime necauerūt, ita dicit. Audi cęlū & ꝑcipe aurib⁹ terra: qm̄ dn̄s locut⁹ est: filios genui & exaltaui: ipi aūt ſpreuerūt me. Agnouit bos possessorē suū: & asinus presepiū dn̄i sui: israel aūt me nō cognouit: & popul⁹ meus me nō intellexit. Hieremias quoq; similiter ait. Cognouit tēpus suū turtur & hyrūdo: & ruris passeres custodierūt tēpora introit⁹ sui: populus aūt me⁹ nō cognouit iudiciū domini. Quomodo dicitis sapiētes sum⁹: & lex domini nobiscū est! Incassū facta est metatura falsa. Scribę cōfusi sunt: sapiētes trepidauerūt & capti sunt: qm̄ uerbū dn̄i reprobauerūt. Ergo, ut coeperā dicere: cū statuisset deus doctorem uirtutis mittere ad hoīes: renasci eū denuo in carne pręcępit, & ipsi homini similem fieri: cui dux & comes & magister esset futurus: sz tn̄ qm̄ clęmens est & pius erga suos deus: ad eos ipsos eum misit quos oderat: ne illis in ꝑpetuum salutis uiam clauderet: sed daret hijs liberā facultatē sequēdi deū: ut & pręmiū uitę adipiscerent̄: si secuti fuissent: qđ plurimi eoꝝ faciunt atq; fecerunt: ut culpa sua in poenā mortis incurrerent: si regem suum repudiassent. Apud illos igit̄ & ex eorum semīe regenerari eū iussit: ne si fuisset alienigena iustam possent excusationē de lege prętendere: ꝙ eū nō suscępissent sil' ut nulla omnino gens eēt in terra: cui spes imortalitatis negaret̄.

## Capitulum. xij. De cōceptu & partu uirginis prędicto a prophetis. De passione resurrectione & ascensione & iudicio.

DEscendēs itaq; de cęlo spirit⁹ ille spūs dei sanctā uirginē cui⁹ utero se isinuaret elegit. At illa diuino spiritu hausto repleta cōcepit: & sine ullo attactu uiri repēte uirginalis uterus intumuit. Quod si animalia quędam uento & aura cōcipere solere omnibus notū est: cur quisq̄ mirū putet, cum spiritu, cui est facile qđ uelit, grauatā eē uirginē dicim⁹? Quod sane icredibile

posset uideri: nisi hoc futuꝝ ante multa secula ꝓphetę cecinissēt Salomon sic ait. Infirmatus est uterus uirginis: & accepit foetuꝫ & grauata est: & facta est in multa miseratione mater uirgo. Itē ꝓpheta Isaias cuiꝰ uerba sunt hęc. Propter hoc dabit deꝰ ipe nobis signū. Ecce uirgo cōcipiet in utero & pariet filiū & uocabitᷣ nomē eius Hemanuel. Quid de hoc manifestius dici pōt? Legebant ista iudęi: q eū negauerūt. Si qs nos hęc fingere arbitratᷣ ab his requirat: ab his potissimū sumat: satis firmū testimoniū ē ad ꝓbadā ueritatē: quod ab ipsis ꝓhibetᷣ & inimicis. Hemanuel nū q̄ uotatus est: sed Iesus q latine dicitᷣ salutaris siue saluator: quia cunctis gentibus salutifer uenit: sed ꝓpheta declarauit hoc nomine qđ deus ad hoīes in carne uenturꝰ esset. Hemanuel aūt significat nobiscū deus: scilicet ꝙ illo ꝑ uirginē nato cōfiteri homines oportebat: deum secum esse: idest in terra & in carne mortali. Vnde Dauid in psalmo octuagesimoquarto. Veritas inqt de terra orta est: ꝙ deus in quo ueritas est: terrenum corpus accepit: ut terrenis uiam salutis aperiret. Iteꝫ Isaias ipse. Ipsi autem non crediderunt: & exacerbauerunt spiritum sanctum: et conuersus est eis ad inimicitiā: et ipse expugnauit: & recordatus est dieruꝫ seculi qui suscitauit de terra pastorem ouium. Quis aūt futurus esset ille pastor declarauit alio loco dicens. Exultent celi desuper & nubes induant iusticiam: aperiatur terra: & pullulet saluator. Ego enim dominꝰ deus creaui eum. Saluator uero est (ut supra diximꝰ) Iesus. Sed alio loco idē ꝓphetā sic predicat. Ecce natus est nobis puer: & datꝰ est nobis filius: cuiꝰ imperiū super humeros eius: & uocatum est nomen eius magni cōsilij nuncius. Iccirco enī missus est a deo patre: ut uniuersis gentibus quę sub celo sunt: singularis & ueri dei sanctum mysteriū reuelaret ablatum perfido populo: qui aduersus deum sepe deliquit. Daniel quoq̄ similia prelocutus est. Videbā inqt in uisu noctis: & ecce in nubibus celi ut filius hominis ueniens: & usq̄ ad uetustū dieꝝ peruenit. Et q assistebant optulerūt eum: & datū est ei regnū & honor & imperium: & omnis populus tribus & lingue seruiēt ei & potestas eius ęterna quę nūq̄ trāsibit: & regnū eius qđ nō corrūpetᷣ. Quomō igitᷣ iudei & confitentᷣ & sperant Christū dei q hunc iccirco reprobauerūt: ꝙ ex homine natus est? Nā cū ita sit a deo cōstitutū: ut idem Christus bis ueniat in terram: semel ut

unum deũ gentib⁹ nunciet: deinde rursus ut regnet: q̃uo in secũ dũ eius aduentũ credunt: q primũ nõ crediderunt! Atq ꝓpheta utrosq; aduent⁹ eius paucis uerbis cõprehẽdit. Ecce inquit in nubibus cęli ut filius hoĩs ueniẽs: nõ dixit ut fili⁹ dei: sed ut fili⁹ hominis: ut ostẽderet q carne indui haberet in terra: ut suscępta hominis figura & cõditõe mortali doceret homines iusticiã. Et cũ mãdatis dei funct⁹ ueritatẽ gẽtib⁹ reuelasset: mulctaret̃ etiã morte: ut inferos etiã uinceret ac resignaret. Atq; ita demũ resurgens ad patrẽ proficisceret̃ in nube sublatus. Adiecit enim ꝓpheta & ait. Et usq; ad ãtiquũ dierum peruenit: & oblat⁹ est ei. Antiquũ dierũ appellauit summũ deũ: cui⁹ ętas & origo nõ pt̃ cõprehẽdi: q; solus a seculis affuit: & erit semp in secula. Christum autẽ post passionem & resurrectionẽ ascenturũ esse ad deũ patrem Dauid in psalmo centesimonono contestatus est his uerbis. Dixit dominus domino meo: sede a dextris meis: quo adusq; ponam inimicos tuos supedaneum pedum tuorum: qui propheta cũ rex esset: quem appellare dominum suum posset: qui sederet ad dexterã dei: nisi Christũ filium dei qui est rex regũ & dominus dominoꝝ! Quod Isaias apertius ostendit dicens. Sic dicit dominus deus Christo domino meo: cui⁹ tenui dexteraꝫ obaudire: ante eum gentes & fortitudinẽ regum dirumpam. Aperiam ante illũ portas: & ciuitates nõ claudent̃. Ego ante te ibo: & mõtes deplanabo: & fores ęreas cõteram: & seras ferreas cõfringam. Et dabo tibi thesauros absconditos & inuisibiles: ut scias q ego sum dominus deus q uoco nomen tuum deus israel. Deniq; ob uirtutem & fidem quã deo exhibuit in terra: datuꝫ est ei regnũ & honor & imperium: & oẽs populi tribus lingue serui ent ei: & potestas eius ęterna: quę nunq̃ transibit: & regnuꝫ eius nõ corrũpetur. Quod quidẽ duob⁹ modis intelligit̃: q; & nũc habet ꝑpetuã potestatẽ: cũ oẽs gentes & oẽs linguę nomẽ ei⁹ uenerant̃: maiestatẽ confitent̃: doctrinã sequunt̃: uirtuteꝫ imitant̃: habet imperiũ: habet honorẽ: cũ oẽs tribus linguę terrę pręcep tis eius obtẽperãt. Et idẽ postea. Cũ rursus aduenerit in potestate ac claritate: ut omnem animã iudicet: & iustos ad uitã restituat: tũc uere toti⁹ terrę regimẽ obtinebit. Tũc sublato de reb⁹ humanis omni malo: aureũ seculũ (ut poetę uocant) idest iustũ ac pacificũ temp⁹ orier̃: sed hęc uberius in ultimo libro disserem⁹

cũ de secũdo aduẽtu loq̃mur: nũc de p̃mo (ut coepim⁹) explicemus.

Capi. xiii. Quod filius a p̃re est secũdũ deitatẽ: & q̃ geminę sb̃stãtię eẽ cõuincit̃: tũ ex o͞pibus ꝓpriis: tũ ex oraculis ꝓphetaꝝ: & etiã Apollinis Millesii testimonio. Et q̃re nec ad Salomonẽ nec ad aliũ q̃ ad Christũ referri pñt uaticinia ꝓphetaꝝ.

SVmmus igitur deus ac parens omniũ: cũ religionẽ suam transferre uoluisset: doctorem iusticię misit e cęlo: ut nouis cultoribus nouã legem in eo uel p eũ daret: nõ sicut ante fecerat per hominẽ: sed tñ nasci eum uoluit tanq̃ hominem: ut p omnia summo patri similis existeret. Ipse enĩ deus pater & origo & principiũ rerum: q̃m & parentibus caret. ἀπάτορα atq; ἀμήτορα. idest sine patre atq; sine matre a Trismegysto, uerissime nominat̃: q̃ ex nullo sit ꝓcreatus. Iccirco etiã filium bis nasci oportuit ut ipse fieret ἀπάτορ atq; ἀμήτορ. In prima enĩ natiuitate sęculi ἀμήτορ fuit: q̃ sine officio matris a solo deo patre ꝓgenerat⁹ est. In secũda uero carnali ἀπάτορ fuit: q̃m sine patris officio uirginali utero procreatus: ut mediã inter deũ & hoĩem substantiã gerens: nostram hanc fragilẽ imbecillẽq; naturam q̃si manu ad immortalitatem posset educere: factus est dñi filius per spiritum: & hominis per carnẽ: idest & deus & homo: dei uirtus in eo, ex operibus quę fecit, apparuit: fragilitas hoĩs ex passione quã pertulit: quã cur suscępit paulopost docebo. Integrum & deum fuisse testatur his uerbis. Fatigata est ęgyptus & negociatio ęthiopũ, & saba uiri alti ad te transgredientur: & tui erunt serui & post te ambulabunt uincti compedibus: & adorabunt & te precabuntur: quoniam in te deus est: et non est ali⁹ deus pręter te: tu enim deus es & nesciebam⁹ deus israel saluator. Confundẽtur & reuerebuntur omnes qui aduersant̃ tibi: & cadãnt in confusionẽ. Item propheta Hieremias sic ait. Hic de⁹ noster & nõ deputabitur alius absq; illo: q inuenit omnem uiã prudentię: & dedit eam Iacob puero suo: & Israel dilecto sibi: post hoc in terris uisus est: & cũ hominibus uersatus est. Item Dauid in psalmo quadragesimoquarto. Thronus tuus deus in sęcula sęculorũ: uirga ęquitatis uirga regni tui. Dilexisti iusticiam & odio habuisti iniusticiã: propterea unxit te deus: deus tuus oleo

procreatus

substantiam

exultationis. Quo uerbo & nomē ostendit: siquidem (ut supra docui) ab unctione appellat⁹ est Christ⁹. Deinde hominē fuisse eūdē Hieremias docet dicēs. Et hō est: & qs cognouit eū? Itē Isaias. Et mittet eis deus hominem & saluabit eos: iudicās sanabit eos. Sed & Moyses in numeris ita loquit. Orieт stella ex Iacob: & exurget hō ex israel. Propterea Milesius Apollo cōsult⁹: utrū ne deus an hō fuerit: hoc modo respōdit grece. θνητὸς ἔην κατὰ σάρκα, σοφὸς τερατώδεσιν ἔργοις, ἀλλ᾽ ὑπὸ χαλδαίων κρίτων ὅπλοις συναλωθείς, γόμφοις καὶ σκολόπεσσι πικρὴν ἀνέπλησε τελευτήν. Idest mortalis erat corpe: sapiēs mōstrosis operib⁹: sed sub iudicib⁹ caldeis armis cōprehēsus clauis & fustib⁹ amarā finē cōpleuit. Primo qdē uerū uerū dixit: sꝫ argute cōsultorē refellit: sacramētū ueritatis penitus nescientē. Videт enī negasse illū deū: sꝫ cū fateт secūdū carnē fuisse mortalē: qd nō etiā cōsequēs est: ut secundū spiritū deus fuerit: qd nos affirmam⁹. Quid enī fuerat necesse carnis facere mētōē: cū satis esset dicere fuisse mortalē: sꝫ ueritate pressus negare non potuit quēadmodū res se haberꝫ: sicut illud qd ait fuisse sapiētē. Quid ad hoc Apollo respōdēs? si sapiēs est: ergo doctrina eius sapiētia est: nec ulla alia: & sapiētes qui eam sequunt nec ulli alij. Cur ergo uulgo ꝓ stultis, uanis & ineptis haberemur: q sectamur magistrū etiā ipso₄ deo₄ cōfessione sapiētē? Nā q ait portentifica illū opera fecisse: quo maxime diuinitatis fidem meruit: assentiri nobis iam uideт cū dicit eadem qbus nos gloriamur: sed colligit seитū, & ad demoniacas fraudes redit. Cū enim ue₄ necessitate dixisset: iam deorū ac sui proditor uidebaт: nisi q ab eo ueritas expresserat: mendacio fallente celasset. Ait ergo illū fecisse opera mirāda: uerū non diuina uirtute sed magica. Quid mirū si hoc Apollo ueritatē ignorantibus persuasit: cum iudei quoq cultores ut uidebantur summi dei idem potuerūt: quꝫ ante oculos illo₄ quotidie fierēt miracula: nec tamen tantarū uirtutū cōtemplatione impelli potuerūt: ut deū crederent: quem uidebant. propter David: quem inter ceteros prophetas uel maxime legūt, in psalmo uigesimo sic eos dānat. Redde illis retributionē eorum: quonia; nō intellexerūt in operibus domini. Ex hui⁹ ipsi⁹ domo Christum generatū iri secundum carnē: & ipse Dauid & alij annūciauerūt. Apud Isaiam ita scriptū est. Et erit in die illa

K 4

radix Iesse:& qui exurget pricipari in nationes:in eũ gentes spe rabũt:& erit reges eoꝝ in honore. Et alio loco. Exiet uirga de ra dice Iesse:& flos de radice eius descẽdet:& requiescet sup eũ spi ritus dei:spiritus sapientię & intellectus:spiritꝰ cõsilii & forti tudinis:spiritꝰ pietatis:& implebit illũ spiritꝰ timoris dei. Iesse aũt fuit pater Dauid:ex cuius radice ascensuꝝ esse florem prelo cutus est:eum scilicet de quo Sibylla dicit. ἀνθήσει δὲ ἄνθος καθαρόν. Idest florescet aũt flos purus. Iteꝫ in Basilion libro se cundo:ppheta Nathan missus est ad Dauid uolentẽ deo tẽpluꝫ fabricare:& fuit uerbum ad Nathan dicens. Vade & dic seruo meo Dauid. Hęc dicit dominus omnipotẽs. Non tu ędificabis mihi domũ ad inhabitandum:sed cũ impleti fuerint dies tui & dormieris cũ patribꝰ tuis:suscitabo tuum semen post te:& para bo semen eius:hic ędificabit mihi in nomine meo:& erigã thro nũ eius usqꝫ in sęculũ. Et ego ero ei in patreꝫ & ipse erit mihi in filium:& fidem cõsequetur domus eiusqꝫ in sęculũ. Sed hęc ut iudęi non intelligerẽt illa fuit causa:ꝙ Salomõ filiꝰ Dauid deo templum ędificauit:& ciuitatem quam de suo nomine Hieroso lymaꝫ nuncupauit. Itaqꝫ ad ipsum quę a ppheta dicta sunt retu lerunt. Salomon autem ab ipso pr̃e suo imperij regimen accępit. Prophetę uero de eo loquebantur: qui tamen nasceretur postq̃ Dauid cũ patribus suis requieuisset. Pręterea Salomonis impe rium ppetuum non fuit. Annis enĩ quadraginta regnauit: dein de ꝙ nunq̃ filius dei dictus sit:sed filiꝰ Dauid:& domꝰ quã ędi ficauit:non fidem cõsecuta est:sicut ecclesia quę est ueꝝ templuꝫ dei:quod non in parietibus est:sed in corde hominum ac fide: qui credunt in eũ ac uocãtur fideles. Illud uero Salomoniũ tem plum quia manu factum est:manu cecidit. Deniqꝫ pater eius in psalmo centesimouigesimoseptimo de operibus filij sui pphe tauit hoc modo. Si dominus non ędificauerit domum: sine cã laborant qui ędificant eam. Si dominus non custodierit ciuita tem:sine causa uigilant qui custodiunt eam.

¶ Ca. xiiij. De ęterno christi sacerdotio quod prophetę sicut & cętera prędixerunt:sic exprimentes Iesum Christum ut o racula nec ad filium Naue:nec ad filium Iosedech ualeant re torqueri. Et de uijs quas docuit Christus qui nunq̃ suũ honoreꝫ

quesiuit:sed patris.

QVibus ex rebus apparet prophetas omnes denũciasse de Christo fore aliquando:ut ex genere Dauid corporaliter natus,cõstitueret ęternum templũ deo quod appellaẽ ecclesia:& uniuersas gentes ad religionem ueram dei cõuocaret.Hęc dom⁹ fidelis hoc immortale templũ:in quo si qs nõ sacrificauerit: immortalitatis premiũ non habebit.Cuius tẽpli & magni & ęterni quoniã Christus fabricator fuit:idem necesse est habeat in eo sacerdotiũ sempiternum:nec põt nisi p eũ qui cõstituit templuꝫ ad aditum templi:& ad cõspectũ dei peruenire.Dauid in psalmo centesimonono id ipsum docet dicens.Ante luciferũ genui te.Iurauit dominus & nõ poenitebit eum:tu es sacerdos in ęternum secundum ordinẽ melchisedech.Item in Basileon libro pmo.Et suscitabo mihi sacerdotẽ fidelẽ:q oĩa quę sunt in corde meo faciat.Et ędificabo ei domũ fidelẽ:& trãsibit in cõspectu meo omnib⁹ diebus.Qui aũt futur⁹ esset cui de⁹ ęternũ sacerdotiũ pollicebaẽ:Zacharias etiã nomine posito apertissime docuit:sic enĩ dixit.Et ostendit mihi dominus deus Iesum sacerdotem magnũ stãtem ante faciẽ angeli domini: & diabolus stabat ad dexterã ipsius ut aduersareẽ ei.Et dixit domin⁹ ad diabolũ imperet domin⁹ in te,qui elegit hierusalem:& ecce titio eięctus ab igne:& Iesus erat indutus uestimentis sordidis:& stabat ante faciem angeli:& respondit & dixit ad circũstãtes ante faciem eius.Ferte uestimenta sordida ab eo & induite eum tunica talari:& imponite cydarim mũdã sup caput ipsi⁹. Et cooperuerũt eum uestimẽto:& imposuerũt cydarim mundã sup caput ipsi⁹ Et angelus domini testificabatur ad eum dicens. Hęc dicit dñs omnipotens:si in uijs meis ambulaueris:& pręcępta mea seruaueris:tu iudicabis domum meam:& dabo tibi qui cõuertentur in medio horum circũstantiũ.Audi itaq; Iesu sacerdos magne.

Quis non igitur captos mentibus tum fuisse iudęos arbitretur qui cum hęc legerent & audirent:nefandas manus de suo intulerunt:At quia ab eo tempore quo Zacharias fuit usq; ad annum quintũdecimuꝫ Tiberij cęsaris quo Christus crucifixus est:anni quingẽti numeranẽ:siqdem Darij & Alexandri adoleuit ętate: qui fuerunt non multo postq̃ tarquinius superbus exactus est. Sed illi rursus eodeꝫ modo falsi deceptiq; sunt:putantes hęc de

K 5

Iesu esse dicta filio Naue: qui successor fuit Moysi: aut de sacerdote Iesu filio Iosedech: in quos nihil congruit eorum quę poeta narrauit. Nō enī sordidati illi unquam fuerūt: cū alter eorum princeps potētissim⁹ fuerit: alter sacerdos: aut ꝑpessi sunt aliquid aduersi: ut tanquam titio eiect⁹ ex igne putaretur: aut aliquando in cōspectu angelorum steterūt: aut ꝓpheta de preteritis loquebatur poti⁹ quam de futuris. Locutus est igitur de Iesu filio dei: ut ostēderet eū primo in humanitate & carne esse uenturum. Hęc enim est uestis sordida: ut pararet tēplū deo: & sicut titio igni cōburētur: idest ab hominib⁹ cruciamēta ꝑferet: & ad ultimū extingueretur. Titionē enim uulgo appellant extractū foco torrem semiustum extinctū. Quomodo autē & cum quibus mandatis a deo mitteretur in terrā: declarauit spiritus dei ꝑ ꝓphetā docēs futurum: ut cū uolūtate summi patris fideliter & cōstanter implesset: acciperet iudiciū atque imperiū sempiternum. Si in uiis meis inquit ambulaueris: & pręcepta mea seruaueris: tu iudicabis domū meā. Quę fuerint ueri dei: & quę pręcepta eius: nec ambiguū nec obscurū est. Deus enim cū uideret maliciā & falsorum deorum cultus ꝑ orbē terrę inualuisse: ut iam nomen eius ex hominū memoria fuisset pene sublatū. Siquidem iudęi quoque quibus solis arcanū dei creditū fuerat: relicto deo uiuo ad colēda figmenta irretiti dęmonū fraudib⁹ aberrassent: nec increpiti ꝑ ꝓphetas reuerti ad deū uellēt: filium suū principē angelorum legauit ad homies: ut eos cōuerteret ab impiis & uanis cultibus ad cognoscendū & colendū uerū deū. Itē ut eorum mentes a stulticia ad sapientiā: ab iniquitate ad iusticię opera traduceret. Hę sunt uię dei in quibus ambulare eū pręcepit: hęc pręcepta quę seruāda mādauit: ille uero exhibuit deo fidem. Docuit enim quod unus deus sit: eūque solū coli oportere: nec ille unquam se deū eē dixit quod nō seruasset fidem: si missus ut deos tolleret & unū assereret: & induceret alios uel aliū preter unū. Hoc erat nō de uno deo facere pręconiū nec eius qui miserat: sed suū ꝓpriū negociū gerere: ac se ab eo quē illustratur⁹ uenerat separare: ꝓpterea quia tam fidelis extitit: quia sibi nihil prorsus assumpsit: ut mandata mittentis impleret: & sacerdotis perpetui dignitatem: & regis summi honorem: & iudicis potestatem: & dei nomen accępit.

¶ Capitulum. xv. De baptismo Christi & miraculis quę gessit

in carne ante passionem:quę nō modo a ꝓphetis prenūciata sūt sed etiā uaticinio Sibyllaꝝ:sicut Cicero & Varro testant̄:sꝫ ora cula ante Christi aduentū non potuerūt intelligi.

QVoniā de secūda natiuitate diximꝰ:q̄ se hoībus in carne mōstrauit:ueniamꝰ ad illa opa mirāda:quę cū essent cęlestis uirtutis indicia:magū iudęi putauerūt. Cū ꝑmū adolescere coepit:tinctꝰ est a Iohāne ꝓpheta ī iordane flumine:ut lauachro spūali peccata nō sua q̄ utiqꝫ nō habebat:sꝫ carnis quā gerebat abolerent:ut quēadmodū iudęos suscępta circūcisiōe:sic etiā gētes baptismo:idest purifici roris pfusiōe saluaret: tunc uox de cęlo audita est. Filiꝰ meꝰ es tu ego hodie genui te. Quę uox apud Dauid prędicta inuenit̄. Et descēdet sup eū spūs dei formatꝰ in spē colūbę cādidę. Exinde maxīas uirtutes coepit opari:nō ꝑstigiis magicis q̄ nihil ueri ac solidi ostētāt:sꝫ ui ac ptāte cęlesti quę & iā pridē ꝓphetis nūciātibꝰ canebant̄. Quę opa tā multa sunt ut unus liber ad implēda oīa nō sit. Enumerabo igit̄ illa breuit̄ & generatim sine ulla psonaꝝ ac locoꝝ designatōe:ut ad exponendā passiōis eius crucisqꝫ rōem possīꝫ puenire:quo iādudū festinat oratio. Virtutes eius fuerūt quas Apollo portētificas appellauit:ꝙ quacūqꝫ iter faciebat ęgros ac debiles & omni morboꝝ genere laborātes uno uerbo:unoqꝫ momēto red debat īcolumes adeo ut mēbris oībus capti receptis repēte uiribꝰ roborati ipi lectulos suos reportarēt:in qbꝰ fuerāt paulo ante delati. Claudis uero ac pedū uicio afflictis:nō mō gradiendi sꝫ etiā currēdi dabat facultatē. Tū quorū cęca lumīa in altissimis tenebris erāt:eorū oculos in ꝑstinū restituebat aspectū. Mutoꝝ quoqꝫ linguas ī eloqū sermonēqꝫ soluebat. Itē surdoꝝ patefactis auribꝰ insinuabat auditū:pollutos ac aspersos maculis repurgabat. Et hęc oīa nō manibꝰ aut aliq̄ medela:sꝫ uerbo ac iussiōe faciebat. sicut etiā Sibylla prędixerat. πάντα λόγω πράττων, πᾶσάν τε νόσον θεραπεύων. idest omnia uerbo agēs:oēm infirmitatē curās. Nec utiqꝫ mirū ꝙ uerbo faciebat mirabilia:cū ipse eēt dei uerbū cęlesti uirtute subnixū. Nec satis fuit ꝙ uires imbecillibꝰ redderet:ꝙ debilibꝰ integritatē:ꝙ ęgris & lāguētibꝰ sanitatē:nisi etiā mortuos suscitaret:uelut e somno solutos ad uitāqꝫ reuocaret. Quę uidentes tūc iudęi dęmoniaca potētia fieri arguebāt: cum

omnia sic futura, ut facta sunt: atq; eę illoꝝ litterę cõtinerẽt. Legebant quippe tũ alioꝝ ꝓphetaꝝ: tũ Isaię uerba dicẽtis. Confortamini manus resolutę & genua debilia consolamini. Qui estis pusilli animi nolite timere: nolite metuere: dñs noster iudiciũ retribuet: ipse ueniet & saluos faciet nos. Tũc aperient̃ oculi cęcorũ: & aures surdorum audiẽt. Tũc saliet claudus sicut ceruus: & plana erit lingua mutoꝝ: q̃ rupta est in deserto aqua: & riuus in terra sitienti. Sed & Sibylla eadẽ cecinit his uersib⁹. νεκρῶν δὲ ἀνάστασις ἔσται· καὶ χωλῶν δρόμος ὠκύς· καὶ κωφὸς ἀκούσει, καὶ τυφλοὶ βλέψουσι, λαλήσουσιν οὐ λαλέοντες. Idest mortuoꝝ aũt surrectio erit: & claudoꝝ curs⁹ uelox: surd⁹ audiet: cęci uidebũt: loquent̃ nõ loquẽtes. Ob has ei⁹ uirtutes & opa diuina cũ magna illũ mł̃titudo sequeret̃ uł̃ debiliũ uel ęgrotoꝝ: uel eoꝝ q̃ curãdos suos offerre cupiebãt, ascẽdit ĩ mõtẽ quẽdã desertũ ut ibi adoraret: ubi cũ triduo moraret̃: ac fame populus laboraret: uocauit discipulos quęrẽs quãtos secũ cibos gestarẽt. At illi quinq; panes & duos pisces in pera se habere dixerunt. Afferri ea iussit, ac multitudinẽ ꝑ quinq̃genos distributã discũbere. Qđ cũ discipuli faciũt: frãgebat ipse panẽ minutatim carnẽq; pisciũ cõminuebat: & utraq; in manib⁹ ei⁹ augebant̃. Et cũ apponi illa populo discipulis imperasset: saturata sũt quinq; milia hominũ: & insup duodecim cophini de residuis fragmĩb⁹ ĩpleti. Quid aut dici aut fieri põt mirabil⁹? At id Sibylla futurũ cecinerat olĩ his uerbis. ἐν ἄρτοις ἅμα πέντε καὶ ἰχθύεσι δοιοῖσιν, ἀνδρῶν χιλιάδας ἐν ἐρήμῳ πεντε κορέσει, τὰ περισσεύοντα δ᾽ ἀβὼν, μετὰ κλάσματα, δώδεκα πληρώσει κοφίνους, εἰς ἐλπίδα πολλῶν. Idest panib⁹ sił̃ quinq; & piscib⁹ duob⁹: hoĩuꝫ milia ĩ heremo quinq; saciabit: & reliqas tollẽs duodecĩ cophinos ĩplebit in spẽ multoꝝ. Quęso q̃d hic potuerit ars magica moliri: c⁹ peritia ad nihil aliud q̃ circũscribẽdos oculos ualꝫ: Itẽ secessur⁹ orãdi gr̃a sicut solebat in montẽ: pręcępit dispulis ut nauiculã sumerẽt seq; pręcederẽt. At illi urgente iam uespere profecti: contrario uento laborare coeperũt. Cũq; iam medium fretum tenerent: tum pedibus mare ingressus consecutus est eos tanq̃ in solido gradiens: non ut poetę Orionem mentiuntur in pelago incedentem: qui diuersa corporis parte: humero supeminet undas. Et rursus cũ obdormiuisset in naui

& uent⁹ usq ad extremū piculū seuire coepisset: excitat⁹ e sōno silere ,ptin⁹ uentū iussit & fluct⁹q maximi ferebant̄ congescere: statimq̄ sub uerbo eius trāquillitas insecuta est. Mentiuntur fortasse lr̄e sancte docētes tātā fuisse in eo ptātē: ut impio suo cogeret uētos obseq: maria seruire: morbos cedere: inferos obedire. Quid qđ eędē Sibyllę carmib⁹ iuss añ docuerūt: q̄rū una (cuius supra fecim⁹ mētōe;) sic ait. τούσ ἀνέμουσ παύσει ἐν λόγῳ: στρώσει δὲ θάλασσαν μαινομένην, ἐν ποσὶν εἰρήνησ, πίστει τε πατήσασ. idest uentos cōpescet: sternet aūt insanū mare pedibus pacis fideq calcās. Et rursus alia q̄ dicit. κύματα πεζεύσει. νόσον ἀνθρώπων ἀπολύσει. ζήσει τεθνηῶτασ. ἀπώσεται ἄλγεα πολλοῖσ, ἐκ μιᾶσ πηγῆσ, ἄρτου κόροσ ἔσσεται ἀνδρῶν. Idest fluct⁹ pambulabit: morbos hominū resoluet: uiuificabit mortuos: arcebit dolores a multis. Ex uiuo autē fonte panis facietas erit uiris. His testimoniis qdā reuicti: solēt eo cōfugere: ut aiant nō illa esse carmīa Sibyllina: sed a nr̄is ficta atq cōposita: qđ ,pfecto nō putabit q Ciceronē Varronēq legerit: aliosq ueteres q Erithręā Sibyllā cęterasq cōmemorāt: ex q̄rū libris ista exēpla ,pferim⁹: q auctores obierūt anteq̄ Christ⁹ secūdū carnē nasceref. Vey nō dubito: qn illa carmīa prioribus temporib⁹ ,p deliramēto sint habita: cū ea nemo intelligeret. Denūciabāt enī mōstruosa q̄dā miracula: quoy nec rō nec tēp⁹ nec auctor designabaf. Deniq Erithręa fore ait: ut diceref insana & mēdax. Ait eniz φήσουσι σιβύλλην μαινομένην, ψεύστριαν. ἐπὶ ἂν δὲ γένηται ἅπαντα, τηνίκα μου μνήμην ποιήσετε καὶ οὐκέτι μὲ οὐδείσ μαινομένην φήσει, τὴν θεοῦ μεγάλοιο προφῆτιν. i. dicent insanā uatē & mēdacē. Cū aūt facta fuerīt uniuersa: tū mei meminerit: neq me iam qsq̄ mēdacez dicet: dei magni ,ppbetā. Latuerūt igif multis sęculis: postea uero aīaduersa sunt quę Christi natiuitas & passio patefecit arcana: sicut etiā uoces ,ppbetay: q̄ cū ,p annos mille qngentos uel eo amplius lectę fuissent a populo iudęoy: nec tñ intellectę sunt nisi postq̄ illas Christ⁹ & uerbo & opib⁹ interp̄tat⁹ est. Illū enī ,pphetę annūciauerunt: nec ullo mō poterāt ,q̄ illi loq̄banf, intelligi: nisi fuissent uniuersa cōpleta.

Capitulū. xvi. De passione Christi quę iudęis est scandalo & stulticię gentibus: quomodo summam uirtutē cōtineant:

& ueram & singularem sapientiam & ueritatem sicut prophetę fuerunt prelocuti.

VEnio nūc ad ipsa; passionē quę uelut opprobrium nobis obiectari solet: qđ & hominē: & ab hominib⁹ isigni supplicio affectū & excruciatū colam⁹: ut doceā eā ipsa; passionē a deo cū magna & diuina rōe susceptā: & in ea sola & uirtutē & ueritatē & sapiētiā cōtineri. Neq; enī si beatissim⁹ in terra fuiss; & p omnē uitam in summa foelicitate regnasset: qsq̄ illū, sapiēs aut deū credidisset: aut honore diuino dignū iudicasset: qđ faciunt uere diuinitatis expertes: q caducas opes: & fragilē potentiā & alieni beneficii bona non tantum suscipiūt: ue; etiā cōsecrāt: & scientes memorię mortuo; deseruiunt: fortunam iam extinctam colentes: quā ne uiuā qdem presentēq; sapientes colēdā sibi unq̄ putauerūt. Nec enī pōt aliqd in rebus terrenis esse uenerabile celoq; dignum: sed sola est uirtus: sola iusticia: quę pōt ue; bonū & celeste & ppetuum iudicari: q nec datur cuiq̄ nec aufertur: qua uirtute ac iusticia quoniam Christus instructus uenit in terrā: immo uero quoniā ipse est uirt⁹: & ipse iusticia, descēdit; ut eā doceret, hominēq; formaret. Quo magisterio ac dei legatione p̄functꝰ ob eā ipsam uirtutē: quā simul & docuit & fecit, ab omnib⁹ gentib⁹ & meruit, & potuit deus credi. Ergo cū magn⁹ populus ad eū uel ob iusticiā quā docebat: uel ob miracula quę faciebat, subinde cōflueret: & precepta eius audiret: & a deo missu; deiq; filiū crederet: tū primores iudeo; & sacerdotes & ira stimulati: q ab eo tanq̄ peccatores increpabant: & inuidia deprauati: q cōfluente ad eū multitudine cōtēni se ac deseri uidebāt: & q caput sceleris illo; fuit stulticia & errore cecati: & immemores preceptorū celestium ac pphetā; coierunt aduersus eum impiūq; cōsiliū de eo tollendo cruciādoq; coeperunt: qđ & pphetę multo ante descripserāt. Na; & Dauid in principio psalmo; suo; p̄uidens in spiritu quātū facinus admissuri essent, beatū esse ait: q nō abierit in cōsilio impio;. Et Salomon in libro sapiētię his uerbis usus est. Circūueniam⁹ iustū: qm̄ insuauis est nobis: & exprobrat nobis peccata legis: pmittit se scientiam dei habere: & filiū dei se nominat: factus est nobis in traductione; cogitationū nostrarū: grauis est nobis etiā ad uidendum: quoniam dissimilis est aliis uita illius: & immutatę sunt uię illius:

tanq̄ nugaces existimati sum⁹ ab eo: & cōtinet se a uiis nostris: q̄ si ab immūdi tiis: & prefert nouissima iustoꝝ: & gloriat̄ se habere prēꝫ deū. Videam⁹ ergo si sermones illi⁹ ueri sunt: & tētemus q̄ uētura sunt illi, cōtumeliis & tormētis interrogem⁹ eū, ut sciam⁹ reuerētiā illi⁹: & ꝓbemus patiētiā illi⁹: morte turpissima cōdēnem⁹ eū. Hęc cogitauerūt & errauerunt. Excęcauit enī illos stulticia ipoꝝ: & nescierūt sacramēta dei. Nōne ita descripsit nefariū illud cōsiliū ab impiis initū cōtra deū: ut plane interfuisse uideat̄? Atq₃ a Salomone q̄ hęc cecinit usq₃ ad id tēpus quo gesta res est: mille ac decē āni fuerūt. Nihil nos fingim⁹ nihil addim⁹: habebāt hęc q̄ fecerūt: legebāt in quos hęc dicta sunt: sꝫ & nunc hęredes noīs & sceleris illoꝝ habēt & dānatōem suā ꝓphetarū uoce prędictā: & quotidianis lectionib⁹ ꝑsonāt. Hęc aliquādo in cor suū, quę pars est & ipsa dānatōis, admittūt īcrepiti. Ergo sępe a Christo iudęi exprobāte illis peccata & iiusticias: & a populo pene deserti cōcitati sunt ad eū necādū: cui⁹ rei audaciā illis dedit humilitas ei⁹. Nā cū legerēt cū quāta uirtute & claritate filius dei uēturus esset e cęlo: Iesum aūt cernerēt humilē: quietuꝫ: sordidū: & informē: nō credebāt filium dei esse: ignorātes duos aduēt⁹ ei⁹ a ꝓphetis esse prędictos: primū in humanitate carnis obscurū: secūdū in fortitudine maiestatis manifestū. De primo Dauid ī psalmo septuagesimoprimo sic ait. Descēdet sicut pluuia in uellus: & orient̄ in dieb⁹ eius iusticia: & abundantia pacis donec extollatur luna. Sicut enī pluuia si descendat in uellus: aīaduerti nō pōt: q̄ strepitum non facit: ita Christum in terram sine cuiusq̄ suspitione uentuꝝ esse dixit: ut iusticiam doceret & pacem. Isaias quoq₃ ita tradidit. Domine q̄s credidit auditui nostro: & brachium domini cui reuelatum est? Anūciauim⁹ coraꝫ ipso sicut pueri: & sicut radix in terra sitiēti: non est figura eius neq₃ claritas: & uidim⁹ illum & non habuit figurā neq₃ decorē sed figura eius sine honore: & deficiēs pręter cęteros hoīes, hō in plaga posit⁹ est sciēs ferre ībecillitatē: q̄ auersus est & non est cōputatus. Hic peccata nostra portat & pro nobis dolet: & nos putauimus ipsum esse in dolore & in plaga & in uexatione: ipe aūt uulneratus est ꝓpter facinora nostra: & infirmatus est ꝓpter peccata nostra: doctrina pacis nostrę sup illum: liuore eius nos sanati sum⁹: oēs nos sicut oues errauimus & deus tradidit illuꝫ

pro peccatis nostris. Et Sibylla eodē modo locuta est. οἰκτρὸς ἄτιμος ἄμορφος ἐν οἰκτροῖς ἐλπίδα δώσει .i. miserabilis ignominiosus īformis ut miserabilib⁹ spē prębeat: ꝑpt hāc humilitatē deū suū nō agnoscētes: inierūt cōsiliū detestādū: ut priuarēt eū uita: q̄ ut eos uiuificarꝫ aduenerat.

¶ Capi. xvii. Quod calūniati sunt eū q̄si legis destructorē. Et qd prefigurauerit circūcisio. Et q̄re in illo iussa sit fieri menbro. Et q̄re ꝓhibitū sit carne suilla uesci.

Sed irę atq; inuidię suę, quā in cordib⁹ suis gerebāt int⁹ inclusā: alias causas pręferebāt, ꝙ legē dei p Moysen traditā solueret: idest ꝙ sabbatis nō uacaret, operās in salutē hominū: ꝙ circūcisionē uacue facerꝫ: ꝙ abstinētiā suillę carnis auferret. In quibus rebus iudaicę religionis sacramenta cōsistunt. Ob hęc itaq; cętera ps populi quę nondū ad Christū secesserat, a sacerdotib⁹ incitabaī: ut p uim iudicaret eum ꝙ legem dei solueret: cū hoc ille nō suo iudicio sed ex dei uolūtate: ut secundū prędicta facerꝫ ꝓphetarū. Micheas enī nouā legem datuꝝ denunciauit hoc mō. Lex de syon: & sermo domini ex hierusalē: & iudicabit int̄ plurimos populos & reuincet: & diriget ualidas nationes. Illa enīꝫ prior lex quę p Moysen data est: non in monte syon: sed in mōte oreb data est: quā Sibylla fore ait, ut a filio dei soluereī, ostēdit ἀλλ᾽ ὅτε ἂν ταῦτα ἅπαντα τελειωθῇ, ἅπερ εἶπον εἰς αὐτόν πᾶς λύεται νόμος. Idest sed quando hęc pfecta erūt quę dixi in ipsū omnis lex soluet. Sed & ipse Moyses per quē sibi datam legem dum ptinaciter tuetur, exciderunt a deo: sꝫ deum non agnouerunt: prędixerat fore ut propheta maxim⁹ mitteretur a deo: qui sit supra legē: q uoluntatem dei ad homines pferat. In deuteromio ita scriptū reliquit. Et dixit domin⁹ ad me Prophetā excitabo eis de fratribus eoꝝ sicut te: & dabo uerbū meū in os eius: & loquetur ad eos ea quę pręcępero ei: & quisq; nō audierit ea quę loquetur ꝓpheta ille in nomine meo: ego uindicabo in eum. Denūciauit scilicet domin⁹ p ipsū legiferꝝ ꝙ filium suū: idest uiuā pręsentemq; legē missurus essꝫ: & illam ueterem per Moysen datā soluturus: ut denuo per eū qui esset ęternus: legem sanciret ęternam. Itē de circūcisione soluenda Isaias ita ꝓphetauit. Hęc dicit domin⁹ uiris Iuda qui habitāt in hierusalē. Reuocate inter uos nouitatē: & ut ne seminaueritis ī spinis.

Circūcidite uos dño deo uestro: & circūcidite ꝑputiū cordis uestri: ne exeat ira mea sicut ignis: & nō sit q extinguat. Itē Moyses. Ipse in nouissimis dieb⁹ circūcidet deus cor tuū ad dñm deum tuū amādū. Itē Iesus Naue successor ei⁹. Et dixit dñs ad Iesu: fac tibi cultellos petrinos nimis acutos: & sede & circūcide secūdo filios israel. Secūdā circūcisionē futurā eē dixit: nō carnis sicut fuit ꝑma, q̄ etiā nūc iudei utūt: s; cordis ac spūs, quā tradit Christ⁹ q fuit uerus Iesus. Non enī ꝓpheta sic ait Et dixit Iesus ad me: s; ad Iesu; ut ostenderet ꝙ non de eo loq̄ret: sed de Christo ad quē tunc deus loq̄bat. Christi enī figurā gerebat ille Iesus: q cū ꝑmū Auses uocaret: Moyses futura presentiēs iussit eū Iesum uocari: ut dux militię delect⁹ esset aduersus Amalech q oppugnabat filios israel: & aduersariū debellaret ꝑ noīs figurā: & populū in terrā ꝓmissionis induceret. Et icirco etiā Moysi successit: ut ostenderet nouā legem ꝑ Christum Iesum datam ueteri legi successurā quę data ꝑ Moysē fuit. Nā illa carnis circūcisio caret utiq; rōe: q si deus uellet sic a principio formasset hominē ut ꝑputiū nō haberet: sed hui⁹ secūdę circūcisionis figura erat: significās nudādū esse pectus: idest aperto & simplici corde oportere nos uiuere: qm̄ ps illa corporis quę circūciditur habet quādā similitudinē cordis & est pudenda. Et ob hāc causa; de⁹ nudari eā iussit: ut hoc argumēto nos admoneret: ne inuolutu; pect⁹ haberem⁹: idest ne qd pudēdū facin⁹ intra cōscientię secreta uellemus. Hęc est cordis circūcisio de q̄ ꝓphetę loquunt: quā deus a carne mortali ad aīam trāstulit: quę sola mānsura est. Volēs enī uitę ac saluti nostrę ꝓ ęterna sua pietate cōsulere: poenitētiā nobis in illa circūcisiōe ꝓposuit: ut si cor nudauerimus: ide; si peccata cōfessi: satis deo fecerimus: ueniā cōsequamur: quę cōtumacibus & admissa sua celantibus denegatur ab eo: q nō faciē sicut hō s; ītima & arcana pectoris intuet. Eodē etiā spectat carnis suillę interdictio: a q̄ cū deus abstinere iussit: id potissimu; uoluit intelligi: ut se a peccatis atq; imūdiciis abstinerēt. Est enī; lutulētū hoc aīal & imūdū: nec unq̄ cęlū aspicit: sed in terra toto corpe ꝓiectū: & ore uētri semp & pabulo seruit: nec ullū aliū dū uiuit prestare usu; pōt sicut cęterę aīantes: q̄ uel sedēdi uehiculū ꝑstant uel in cultib⁹ agroꝝ iuuāt: uel plaustra collo trahūt: uel onera tergo gestāt: uel indumenta ex uellis suis exhibent: uel

copia lactis exuberãt: uel custodiẽdis domib⁹ iuigilãt. Interdixit ergo ne porcina carnẽ uterẽt. i. ne uitã porcoꝝ imitarẽt: q ad solã mortẽ nutriunt: ne uentri ac uolũtatib⁹ seruiẽtes: ad faciẽdam iusticiã inutiles essent: ac morte afficerent. Itẽ ne se foedis libidinib⁹ immergerẽt sicut sus quę se coeno ingurgitat: uł ne terrenis seruiãt simulachris ac se luto ingnẽt. Luto enĩ se obliniũt q deos. idest q lutũ terrãq; uenerant: sic uniuersa pręcepta legis iudaicę ad exhibendã iusticiã spectãt: q̃m p ambagẽ data sunt: ut p carnaliũ figurã spũalia noscerent.

Capi. xviii. Quę cã & qs fuerit ordo dominicę passionis: & qbus sit prenũciata oraculis.

CVm igit ea quę de⁹ uoluit fieri: quęq; p pphetas suos mł tis sęculis ante prędixit, Christ⁹ impleret: ob ea incitati & diuinas lr̃as nesciẽtes coierũt: ut deũ suũ cõdẽnarẽt. Quod cuꝫ sciret futuꝝ ac subinde diceret oportere se pati ac interfici p salute mltoꝝ: secessit tñ cũ discipulis suis: nõ ut uitaret qđ necesse erat ppeti ac sustinere: sꝫ ut ostẽderet ꝙ ita fieri oporteret in omni psecutione: ne sua qs culpa incidisse uideat: ac denũciauit fore: ut ab uno eoꝝ pderet. Itaq; Iudas pręmio illect⁹ tradidit filiũ dei iudęis: at illi cõprehẽsuꝫ ac pontio pilato: q tũc legat⁹ syriã regebat: oblatũ, cruci affigi postulauerũt: obiiciẽtes ei nihil aliud nisi ꝙ diceret se filiũ dei esse: regẽ iudęoꝝ. Item ꝙ dixerat soluere se hoc tẽplũ qđ ędificatũ est ãnis q̃dragintasex: ego illud sine manib⁹ in triduo resuscitabo: significãs breui futurã passionẽ suã: & se a iudęis interfectũ tertio die resurrectuꝝ. Ipse erat ueruꝫ dei tẽplũ: ac uoces ei⁹ tãq̃ infaustas & ĩpias insectabant. Quę cũ pilatus audisset: & ille in defensiõeꝫ sui nihil dicerꝫ: pnũciauit nihil in eo dãnatõe dignũ uideri. At ĩiustissimi accusatores cũ populo quẽ incitauerãt sb̃clamare cęperũt: & crucẽ ei⁹ uiolẽtis uocib⁹ flagitare. Tũ Põti⁹, & illoꝝ clamorib⁹, & Herodis tetrarchę ĩstigatõe metuẽtis ne regno pelleret, uict⁹ est: nec tñ ipse sententiã ptulit: sed tradidit eũ iudęis: ut ipi de illo secũdũ legẽ suã iudicarẽt. Duxerũt ergo eũ flagellis uerberatũ: & pri⁹ q̃ cruci affigerẽt illuserũt: indutũ enĩ coloris punicei ueste ac spinis coronatũ q̃si regẽ salutauerũt: & dederunt ei cibũ fellis & miscuerunt ei aceti potionem. Post hęc cõspuerũt in faciẽ ei⁹: & palmis cęciderunt. Cũq; ipsi carnifices de uestimẽtis eius contẽderent sortiti sunt

intèr se de tunica ac pallio. Et cũ hęc oĩa fierẽt nullã uocẽ ex ore suo tanq̃ si mutus esset emisit: tũ suspẽderũt inter duos noxios mediũ: q̃ ob latrocinia dãnati erãt: crucíq; affixerũt. Quid ego hic in tanto facinore deplorem? Aut qbꝰ uerbis tãtũ nefas cõq̃rar? Nõ enĩ gabianã crucẽ describimꝰ: quã. M. Tul. uniuersę eloquẽtię suę uerbis ac uiribꝰ uelut effusis totiꝰ ingenij fontibꝰ ꝓsecutus ẽ: facinꝰ indignũ eẽ ꝓclamãs: ciuẽ romanũ cõtra oẽs leges in cruce eẽ sblatũ. Qui q̃uis innocẽs fuerit: & illo supplicio idignꝰ mortalis tñ & ab hoĩe scelesto q̃ iusticiã ignoraret affectus est. Quid de hꝰ crucis indignitate dicemꝰ: ĩ q̃ deꝰ a cultoribꝰ dei suspẽsus: atq; suffixus est? Quis tã facũdus & tãta rerũ ṽborũq; copia ĩstructꝰ existet: q̃ orõ tãtę affluẽtię ubertate decurrẽs: ut illã crucẽ merito deploret: quã mũdus ipe & tota elemẽta luxerunt? Hęc aũt sic futura fuisse & ꝓphetarũ uocibꝰ & Sibyllinis carminibus denũciatũ ẽ. Apud Isaiã ita scriptũ ĩuenit. Nõ sũ cõtumax neq; cõtradico: dorsũ meũ posui ad flagella: & maxillas meas ad palmas: faciẽ aũt meã nõ auerti a foeditate sputorũ. Simil̃r Dauid ĩ psal. xxxiiij. Cõgregata sũt sup me flagella & ignorauerũt, dissoluti sũt nec cõpũcti sũt: tẽptauerãt me deriserũt derisu: & striderũt dẽtibꝰ suis sup me. Sibylla quoq; eadẽ futura mõstrauit. εἰσ ἀνόμουσ χεῖρασ καὶ ἀπίςων ὕςερον ἥξει, δώσουσι δὲ θεῷ ῥαπίσματα χερσὶν ἀνάγνοισ, καὶ ςόμασι μιαροῖσι, πτύσματα φαρμακόεντα, δώσει δὲ εἰσ μάςιγασ ἁπλῶσ ἁγνὸν τότε νῶτον. Idest in manꝰ iniq̃s & ĩfideliũ postea ueniẽt: dabũt deo alapas manibꝰ ĩcestis: & oribꝰ ĩmũdis expuẽt salíuas uenenosas: dabit aũt ĩ uerbera oĩo ĩnocẽs dorsũ. Itẽ; dẽ silẽtio eius q̃ usq; ad mortẽ ꝑtinacit̃ tenuit. Isaias sic locutꝰ est. Sicut ouis ad ĩmolãdũ ductus ẽ: & sicut agnus corã tõdẽtibus sine uoce sic nõ aperuit os suũ. Et Sibylla supradicta. καὶ κολαφιζόμενοσ σιγήσει, μή τισ ἐπιγνῷ τίσ λόγοσ, ἢ πόθεν ἦλθεν, φθιμένοισι λαλήσει, καὶ ςέφανον φορέσει τὸν ἀκάνθινον. Latinę aũt. i. & colaphos accipiẽs tacebit: ne qs agnoscat q̃ ṽbũ & unde uenit: ut mortuis loq̃t: & coronã portabit spineã. De cibo uero & potu quẽ anteq̃ eũ figerẽt illi obtulerũt. Dauid ĩ psal. lxviij. sic ait. Et dederũt in escã meã fel: & in siti meo potauerũt me aceto. Idẽ hoc futurũ etiam Sibylla cõcionata est. εἰσ δὲ τὸ βρῶμα χολὴν, καὶ εἰσ δίψαν ὄξοσ ἔδωκαν, τῆσ ἀφιλο-

ξενίησ ταῦτην, Δείξουσι τράπεζαν. Ideſt in cibū aūt fel: & in ſitī acetū dederūt: in hoſpitalitatis hāc mōſtrabāt mēſam. Et alia Sibylla iudeā terrā his uerbis increpat. αὐτὴ γάρ σὺ ἄφρων τὸν σὸν θεὸν οὐκ ἐνόησας, παίζοντα θνητοῖσι νοήμασιν, ἀλλὰ κακανθαις ἔστεψας στεφάνῳ φοβερήν τε χολὴν ἐκέρασας. i. Ipſa enim ſtulta deū tuū nō cognouiſti ludētē mortalibꝰ mētibꝰ: ſꝫ ſpinis coroāſti corōa horridūq; fel miſcuiſti. Eo aūt ut iudei manꝰ dederūt deo ſuo eūq; interficerēt: teſtimonia ꝓphetaꝝ hęc anteceſſerūt. Apud Eſdrā ita ſcriptū eſt. Et dixit Eſdras ad populū. Hoc paſcha ſaluator nr̄ ē & refugiū nr̄m cogitate: & aſcēdat ī cor ur̄m qm̄ habemꝰ eū humiliare in ſigno: & poſt hęc ſperabimꝰ in eū ne deſerat hic locꝰ ī ęternū tp̄s dicit dominꝰ deꝰ uirtutū. Si nō credideritis ī eū neq; exaudieritis ānūciatōēꝫ eiꝰ: eritis deriſio in gētibꝰ: unde apparet iudęos nullā aliam ſpē ſe habere: niſi ſe abluerīt a ſanguie: ꝓ&c ſperauerīt in eū ipſuꝫ quē necauerīt. Iſaias cū facinꝰ eoꝝ deſignat dicit. In hūilitate iudiciū eiꝰ ablatū ē. Natiuitatē qs enarrabit: qm̄ auferetur a terra uita eiꝰ: a facinoribꝰ ppl̄i mei abductꝰ ē ad mortē: & dabo malos ꝓ ſepultura eiꝰ: & diuites ꝑ morte eiꝰ: q facinꝰ nō fecit: neq; inuētꝰ eſt dolꝰ in ore eiꝰ: ꝓpterea hēditabit mltos: & fortiū diuidꝫ ipſe ſpolia: propterea q traditꝰ eſt ad mortē: & inter facinoroſos deputatꝰ eſt: & ipſe peccatū multoꝝ ꝑtulit & ꝓpter facinora illoꝝ traditus eſt. Dauid quoq; in pſalmo. xciii. Captabūt ī aīa & ſanguinē īnocētē cōdēnabūt: & factꝰ eſt mihi dn̄s in refugiū. Et Hieremias. Dn̄e ſignifica mihi & cognoſcā: tūc uidi meditatōēs eoꝝ ego ſicut agnꝰ ſine macula ꝑductꝰ ſuꝫ ad uictimā: ī me cogitauerūt cogitatōēꝫ dicētes. Venite mittamꝰ lignū ī panē eiꝰ & eradamꝰ e terra uitā eiꝰ: & nomē eiꝰ nō erit ī memoria āplīꝰ. Lignū aūt crucē ſignificat & panē corpꝰ eiꝰ: q ipſe ē cibꝰ & uita boīuꝫ q credūt ī carnē quā portauit & ī crucē q̄ pepēdit: de q̄ tn̄ aptius ipſe Moyſes ī deuteronoīo ita ꝑdicauit. Et erit pēdēs uita tua an̄ oculos tuos: & timebis die ac nocte nō credēs uitę tuę. Idē rurſus ī numeris. Nō q̄ſi hō deꝰ ſuſpēdit: neq; q̄ſi filiꝰ hōis minas patit. Zacharias etiā ſic tradidit. Et ītuebūt ī me quē trāſfixerūt. Item Dauid ī pſal. xxi. Effoderūt manꝰ meas & pedes meos: dinumerauerūt oīa oſſa mea. Ipi aūt cōtēplati ſūt & uiderūt me: diuiſerūt ſibi ueſtimēta mea: & ſr̄ ueſtē meā miſerūt ſortē. Quę utiq; ꝓphetā

ἔστεψας

necauerīt

nō & ſc

nō de se locut⁹ ē:fuit.n.rex & nūq̄ illa ꝑpessus ē.Spūs dei ꝑ illū; loquebať:q fuerat illa passur⁹ post ānos mille & qnquagīta. Tot enī colligūť āni a regno Dauid usq; ad crucē Christi.S; & Salomon fili⁹ ei⁹ q hierosolymā cōdidit:eā ipā; piturā eē ī ultionem sancte crucis ꝑphetauit·Q d' si auertimini a me dicit dn̄s:& nō custodieritis ueritatē meā:reiciā israbel a terra quā dedi illis: & domū hāc:quā edificaui illis ī noīe meo ꝓiciā illā ex oīb⁹:et erit israbel ī ꝑditionē & ī opprobriū populo:& domus hec erit deserta:& oīs q trāsierit ꝑ illā admirabiť: & dicet ꝓpť quā rē fecit dn̄s terre huic & domui huic hec mala?Et dicēt q: reliquerūt dominū deū suū:& ꝑsecuti sūt regē suū dilectissimū deo:& cruciauerūt illū ī hūilitate magna:ꝓpť h' īportauit illis de⁹ mala hec.

Ca.xix. De miracul' q̄ ī passiōe dn̄i cōtigerūt:et de sepultura et resurrectōe.Et a qb⁹ testimonijs ꝑphetaꝝ fides roboreť istoꝝ.

Vid āpli⁹ de facinorib⁹ iudeoꝝ dici pōt:q̄ excecatos tū fuisse atq; īsanabili furore correptos:q hec q̄tidie legētes neq; ītellexerūt:neq; qn facerēt,cauē uoluerunt. Suspēsus igiť atq; affixus exclamauit ad dn̄; uoce magna:& ultro īpūm posuit.Eadē hora terremot⁹ fact⁹ ē:& uelū tēpli qd' sepabat duo tabernacula scissū ē ī duas ptes: & sol repēte subduct⁹ ē:& ab hora sexta usq; ad horā nonā tenebre facte sūt.Qua de re Amos ꝑpheta testať. Et erit ī die illo dicit dn̄s occidet sol meridie:& tenebrabiť dies lucis:& cōuertā dies festos uestros ī luctum:& cantica uestra ī lamentationē.Itē Hieremias.Exterrita ē q̄ parit & tedujt aīam:& subiuit sol ei cum adhuc medi⁹ dies eēt:cōfusa ē & maledicta:reliquos eoꝝ in gladiū dabo in conspectu inimicoꝝ eoꝝ.Et Sibylla μαοῦ λέσχισθήσεται πὲτασμα,καί ἤματι μὲέω νῦξ ἔσαι σκοτόεσσα πελώριοσ,ἐν τρισίν ὥραισ. Idest tēpli uero uelum scindetur:& medio die nox tenebrosa nimis tribus horis: cū hec facta essent ne ꝓdigijs qdem celestibus facinus suū intelligere querūt.Sed quoniā predixerat se tertio die ab īferis resurrectuꝝ:metuentes ne a discipulis surrepto & amoto corpe uniuersi resurrexisse eū crederēt:& fieret mlto maior in plebe cōfusio.Detraxerunt eum cruci et cōclusū in monumēto firmiter militari custodia circūdederūt. Veꝝ tertio die an̄ lucē terremotu facto repente patefactū ē sepulchrū:& custodib⁹ quos attonitos obstupefecerat pauor nihil uidentibus : integer a sepulchro ac

uiuus egressus in galileã ꝓfect⁹ ẽ:ut discipulos suos q̃reret. In sepulchro uero nihil repertũ ẽ nisi exuuię:qb⁹ inuolutũ corp⁹ īcluserant. Illũ aũt apud īferos nõ remãsuꝝ:sed die tertio resurrecturum ꝓphetę cecinerant. Dauid in psalmo qui īquagesimo. Nõ dereliques aĩam meã apud īferos:nec dabis sanctũ tuũ uidẽ īteritũ Itẽ ĩ tertio. Ego dormiui & sõnũ coepi & resurrexi:qm̃ dñs auxiliat⁹ ẽ mihi. Osee quoq; p̃m⁹.xij. ꝓphetaꝝ de resurrectione ei⁹ testificat⁹ ẽ. Hic fili⁹ me⁹ sapiẽs: ꝑpt̃ q̃d nũc nõ resistet ĩ cõtribulatione filioꝝ suoꝝ:& de manu īferoꝝ eruã eũ. Vbi ẽ iudicium tuũ mors aut ubi ẽ acule⁹ tuus? Idem alio loco. Viuificabit nos post biduũ die t̃tio. Etiã Sibylla īposituꝝ eẽ morti terminũ dixit post biduũ sõniũ. καὶ θάνατος μοῖραν τελέσει τρίτον ἦμαρ ὑπνώσας. καὶ τότε ἀπὸ φθιμένων ἀναλείξας, εἰς φάος ἥξει, πρῶτος ἀναστάσεως κλητοῖς ἀρχὴν ὑποδείξας. Idest & mortis fatũ finiet trium dieꝝ somno suscepto: & tũc a mortuis regressus in lucẽ ueniet p̃m⁹ resurrectionis īitium ostendit. Vitã enĩ nobis acq̃siuit morte supata. Nulla igit̃ ĩpes alia cõsequẽdę ĩmortalitatis homini dat̃:nisi crediderit ĩ eũ: & illã crucẽ portãdã patiẽdamq; susceperint.

Cap.xx. Q̃d ꝓfecto in galileã dño post resurectionem discipulis scripturaꝝ reserauit arcana. Et quare lex uetus dicatur testamentum:nec potuerit ītelligi ante mortem domini: & quod nouũ testamentum ueteris adimpletio est:& quibus hoc ante ꝑdictum sit testimoniis.

PRofectus ergo in galileã:noluit enĩ se iudęis ostendere:ne adduceret eos ĩ poenitẽtiã:atq; ĩpios reseruaret. Discipulis iteꝝ congregatis scripturę sanctę litteras:idest prophetiarum arcana patefecit:quę añq̃ paterẽt perspici nullo modo poterant:qa ipsũ passionẽq; eius anunciabant. Iccirco Moyses:& idem ipi ꝓphetę legem,quę iudęis data erat:testamentum uocant: quia nisi testator mortuus fuerit:nec confirmari testamentum põt:nec sciri quid in eo scriptũ sit:q2 clausũ & obsignatũ est. Itaq; nisi christus mortẽ suscępisset:apire testamẽtũ:idest reuelari & intelligi mysteriũ dei nõ potuisset. Veꝝ scriptura oĩs in duo testamenta diuisa est. Illud quod aduẽtũ dñi passionẽq; antecessit: idest lex & prophetę uetus dicitur. Ea uero quę post resurrectionem eius scripta sunt:nouũ testamentũ nominatur. Iudęi ueteri utũt̃:nos

nouo: sed tamen diuersa non sunt: quia nouum ueteris adipletio
est: & in utroq; idem testator est christus: qui ꝑ nobis mortē su
scępit: nos hęredes ęterni regni fecit: abdicato & exhęredato po
pulo iudęoꝝ: sicut Hieremias ꝓpheta testat̃: cū loquit̃ talia. Ecce
dies uenient dicit dñs: & consūmabo domui israhel: & domui
iuda testamētū nouū nō secūdū testm̄: qd̓ disposui patrib⁹ eoꝝ
in die qua apꝓ̄hendi manū eoꝝ: ut illos educerē è terra ęgypti: qa
ipi nō ꝑseuerauerunt in testō meo: & ego neglexi eos dicit dñs.
Itē alio loco similiter ait. Dereliq domū meā: dimisi hęreditatē
meā ī manu inimicoꝝ eius: facta ē mihi hęreditas mea sicut leo ī
sylua: dedit sup me uocē suā: iō odiui eā cū sit hęreditas ei⁹ cęle-
ste regnū: nō utiq; ipam hęreditatē se occidisse dicit: sed hęredes
q aduersus eū īgrati & īpij extiterunt: facta ē inqt hęreditas mea
mihi sicut leo: idest pręda & deuoratio fact⁹ sū hęredib⁹ meis: q
me īmolauerūt sicut pecus: dedit super me uocē suā: idest sñiam
aduersus me mortis crucisq; dixerūt. Nā ꝙ supi⁹ ait: cōsūmatu
rū se domui Iuda: testamētū nouū: ostēdit uet⁹ illud testamētū
qd̓ ꝑ Moysen ē datū nō fuisse ꝑfectū: id quod ꝑ christū dari ha
beret, cōsūmatū fore: domū aūt Iuda & Israhel nō utiq; iudęos
significat quos abdicauit: sed nos q ab eo cōuocati ex gētibus in
illoꝝ locū adoptioneq; successim⁹: & appellamur filii iudęorū:
qd̓ declarat Sybilla cū dicit. ἰουδαίων μακάριον θεῖον γένος
οὐρανιώνων: Idest iudęorum beatū diuinū genus cęlestiū. Qd̓
aūt futuꝝ eēt id genus: Isaias docet apud quē pr̃ sūmus ad filiū
loquit̃ dicens. Ego dñs deus uocaui te ad iusticiā: & tenebo ma
num tuā: & confirmabo te: & dedi te in testamētum generis mei
ī lucē gentiū apire oculos cęcoꝝ: & ꝓducere ex uīculis alligatos:
& de domo carceris sedentes in tenebris. Cū igit̃ nos antea tanq̃
cęci: & tāq̃ carcere stulticię īclusi sederem⁹ ī tenebris, ignorantes
deū & ueritatē, illuminati ab eo sumus: q nos testamento suo ad
optauit: & liberatos uīculis malis atq; in lucē sapiētię productos
in hęreditatē regni cęlestis asciuit.

Cap. xxi. De ascensione dñi: diuisione discipulorū ad nascē
tis ecclesię fundamentum iaciēdum & roborāduꝫ: & de miracul̃
eoꝝ: & qūo Petrus & Paulus romam uenientes: ꝓphetauerunt
regem in breui uenturum: qui Hierosolymam destrueret: & iudę
os deleret: eodem modo quo postea contigit.

ORdinato uero discipulis suis euãgelio: ac nõis sui p̃dicatõne circũfudit se repẽte nubes: eũq; ĩ cęlũ sustulit quadragesimo post passionẽ die: sicut Daniel fore ostẽderat dicẽs. Et ecce ĩ nubib⁹ cęli ut fili⁹ hõis ueniẽs usq; ad uetustũ dieꝝ puenit. discipuli uero ꝑ puĩtias dispersi fũdamẽta eccl'ię ubiq; posuerũt: facientes & ipi ĩ noĩe magistri dei magna & pene ĩcredibilia miracula: q̃ descẽdẽs ĩstruxerat eos uirtute ac ptãte: qua posset nouę annunciatiõis rõ fũdari & cõfirmari: sed & futura aperuit illis oĩa q̃ Petrus & Paul⁹ q̃ romę p̃dicauerũt: & ea p̃dicatio ĩ memoriã scripta pmãsit: in qua cũ mlta alia mira tũc etiã hoc futuꝝ eẽ dixerũt: ut post breue tẽpus ĩmitteret deus regem qui expugnaret iudęos: & ciuitates eoꝝ solo adęquaret: ipos aũt fame sitiq; confectos obsideret: cũ fore ut corporibus suoꝝ uescerent & consumerẽt se ĩuicẽ. Postremo ut capti uenirẽt ĩ manus hostiũ: & ĩ conspectu suo acerbissime cõiuges suas uexari cernerẽt: uiolari ac ꝓstitui uirgines: diripi pueros: allidi paruulos: oĩa deniq; igni ferroq; uastari: captiuos in perpetuum terris suis exterminari: eo q̃ exultauerũt sup amantissimũ & ꝓbatissimũ dei filiũ. Itaq; post illoꝝ obitũ: cũ eos Nero interemisset: iudęoꝝ nomẽ & gentem Vespesianus extinxit: fecitq; oĩa quę illi futura p̃dixerant.

Cap. xxii. Quod argumẽtis reuincẽdi sũt qui diuinis detrabunt sacramentis. Et quibus argumentis utantur infideles ut dominicę incarnationis fidem euacuent.

COnfirmata sunt (ut opinor) q̃ falsa et in credibilia putãtur: ab his quos uera cęlestiũ litteraꝝ doctrina non imbuit: sed tamen ut refellant a nobis etiã illi q̃ nimiũ, non sine malo suo, sapiunt: rebusq; diuinis fidem detrahunt: argumẽtisq; illoꝝ coarguimus errorem: ut tandẽ aliqñ peruideãt ita fieri oportuisse, sicut nos ostendimus factũ. Et q̃q̃ apud bonos iudices satis habeant firmitatis uel testimonia sine argumẽtis: uel argumẽta sine testimoniis: nos tamẽ non contenti alterutro sumus, cũ suppeditat nobis utrũq;: ne cui peruerse ingenioso aut nõ ĩtelligendi: aut cõtra disserendi locũ relinquam⁹. Negant fieri potuisse: ut naturę immortali quicquã decederet. Negãt deniq; deo ĩdignum, ut hõ fieri uellet: seq; infirmitate carnis oneraret: ut passionibus: ut dolori: ut morti se ipse subiiceret q̃si nõ facile illi eẽt: ut citra corporis ĩbecillitatẽ, se hoĩb⁹ ostẽderet: eosq; iusticiã doceret: si q̃dẽ id

uolebat maiori auctoritate: ut aiũt ꝓfessi dei. Tũc.n.cũctos fuis se p̃ceptis cęlestibꝰ parituros: si ad ea uirtꝰ ac ptãs dei p̃cipientis accederet. Cur igiť aiũt ad docẽdos hõies nõ ut deꝰ uenit? Cur se tã humilẽ ĩbecillẽq; cõstituit: ut ab hõibꝰ & cõtemni & pena affici posset? Cur uim ab ĩbecill' et ĩmortalibꝰ passus ẽ? Cur nõ manꝰ hominũ: aut uirtute repulit: aut diuinitate uitauit? Cur non maiestatẽ suã sb̃ ip̃a saltẽ morte patefecit: s; ut ĩualidꝰ ĩ iudiciũ ductꝰ ẽ: ut nocẽs dãnatꝰ: ut mortal' occisus? Refutabo hęc diligẽter nec quẽq̃ patiar errare. Illa.n.magna & mirabili rõe sũt fcã: q̃ quicũq; p̃ceperit nõ tm̃ mirari desinet deũ ab hõibꝰ eẽ cruciatũ: uerꝫ etia; facile pudebit: ne deũ q̃dẽ potuisse credi: si ea ip̃a q̃ arguat facta non essent.

Ca.xxiiij. Quod pręceptoris morꝫ uacillat auctoritas: si nõ facit ipse quod docet: sicut in philosophis patet: qui contra sua pręcepta uiuebant: sed xp̃us primo fecit quod postea docuit.

Vicũq; p̃cepta dat hõibꝰ ad uitã, moresq; fingit alioꝫ: q̃ro debeat ne ip̃e facẽ q̃ p̃cepit an nõ debeat? si nõ fecerit soluta p̃cepta sũt. Si.n.bona sũt q̃ p̃cipiũť: si uitã hominũ ĩ optĩo statu collocãt: nõ se debet ip̃e p̃ceptor a numero cętuq; hominũ segregare ĩter quos habitat ip̃e. Et ipi eodẽ mõ uiuẽdũ ẽẽ quo docet eẽ uiuẽdũ: ne si aliť uixerit ip̃e p̃ceptis suis fidẽ detrahat, leuioreq; doctrinã suã faciat: si re ip̃a resoluat qd' v̄bis nitať astrĩgẽ. Vnusq̃sq; eni cũ audit p̃cipiẽtẽ: nõ uult sibi ĩponi necessitatem parẽdi tãq̃ sibi ius libertatis adimať. Itaq; rñdet doctori h' mõ: nõ possũ facẽ q̃ iubes q̃m sũt ĩpossibilia: uetas me irasci: uetas cupẽ: uetas libidine cõmoueri: uetas dolorẽ aut mortẽ timẽ; s; h' adeo cõtra naturã ẽ: ut his affectibꝰ aĩalia uniuersa sbiecta sũt: ul' si adeo putas repugnari posse naturę: & tu ip̃se q̃ p̃cipis fac, ut sciã fieri posse. Cũ aũt ip̃e nõ facias: q̃ ĩsolẽtia ẽ: ut hõi libero ĩponẽ uelis leges: q̃bus ip̃e nõ pareas? Prius disce q̃ doces: & anq̃ mores alioꝫ corrigas tuos corrige. Quis negat iustã eẽ hãc respõsionẽ: q̃n etiã ĩ in cõtẽptũ ueniet huiusmodi doctor: & eludeť uicissim q̃ uidebiť & ip̃e deludẽ? Quid ẽ faciet & ille p̃ceptor: si hęc fuerint opposita: q̃uo adimet excusationẽ cõtumacibꝰ: nisi ut p̃sentibꝰ factis doceat possibilia se docere? Vñ euenit ut philosophoꝫ p̃ceptis nullus obtẽperet: hõies.n.malũt exẽpla q̃ v̄ba: q̃ loq facile ẽ: p̃stare difficile. Vtinã quidẽ tã multi bene facerent: q̃ multi loquuntur

bene: sed qui precipiũt nec faciũt: abest ab his fides: & si homĩes fuerĩt cõtẽnunt̃ ut leues: si deus opponet̃ ei fragilitatis hũanę excusatio supest: ut factis uerba firmẽt̃: qd' & philosophi facẽ nequnt. Itaq; cũ ipi pceptores uĩcãt̃ affectib⁹: quos uĩci pdicãt oportere, nemĩnẽ possũt ad uirtutẽ quã pdicãt falso erudire. Ob eãq; cãm putãt nemĩnẽ adhuc pfectũ eẽ sapiẽtẽ. i. ĩ quo sũmę doctrinę ac sciẽtię sũma uirt⁹ & pfecta iusticia cõsẽserit: qd' qdẽ uerum fuit. Nemo. n. post mũdũ cõditũ tal' extitit nisi christ⁹: q & uerbo sapiẽtiã tradidit: & doctrinã psenti uirtute firmauit.

Cap. xxiiii. Quod celestem doctorẽ pfectũ esse oporteat: et quare pfectus esse non possit sine corporis assũptione mortalis

AGe nunc consideremus an doctor e cęlo missus, possit nõ eẽ pfect⁹: nõdũ de hoc loquor quẽ uenisse a deo negant. Fingamus aliquẽ e cęlo eẽ mittẽdũ: qui uitã hominũ rudimentis uirtutis instituat: & ad iusticiã formet. Nemini dubium potest esse quin is doctor qui cęlitus mittit̃: tã sciẽtia sit rerũ omniũ q̃ uirtute pfect⁹: ne nihil inter cęleste terrenũq; differat! Nã ĩ homine in terra & propria doctrina eẽ nullo pacto põt: nec enim mens terrenis uisceribus inclusa & tabe corporis impedita: aut cõphendere p se põt: aut cape ueritatẽ nisi aliũde doceat̃: & si maxĩe possit, summã tñ uirtutẽ cape nequeat: & ab oĩb⁹ uicus resistere: quorũ materia in uisceribus continetur. Eo fit ut terrenus doctor perfectus esse non possit. At uero cęlestis cui scientiã diuinitas: uirtutem immortalitas tribuit: in docẽdo quoq; sicut ĩ cęteris pfect⁹ & cõsũmat⁹ sit necesse ẽ. At id omnino fieri nõ põt: nisi mortale corpus sibi assumat. Cur aũt fieri nõ possit: rõ claea est. Nã si ad homines ueniat ut deus: ut omittã q mortales oculi claritatẽ maiestatis ei⁹ conspicere ac sustinere nõ possẽt: ipse certe deus uirtutẽ docere nõ poterit: quia expers corporis nõ faciet q̃ docebit: ac p hoc doctrina eius pfecta nõ erit. Alioqn si uirt⁹ summa est dolorem patiẽter p iusticia officioq; pferre: si uirt⁹ ẽ mortẽ ipã; et ĩtẽtatã nõ metuere: & illatã fortiter sustinẽ. Debet ergo doctor ille perfectus & docere ista pręcipiẽdo: & cõfirmare faciendo: q qui dat pręcepta uiuẽdi amputare debet omniũ excusationũ uias: ut ĩponat hominib⁹ parẽdi necessitatẽ nõ aliqua ui: sed pudore: & tamen libertatem relinquat ut & pręmiũ sit cõstitutũ parẽtib⁹: q poterãt nõ parere si uellent. Qũo ergo poterit amputari

excusatio: nisi ut qui docet faciat quę docet: & sit quasi p̄uius &
manū porrigat secuturo? quēadmodū pōt facē q̄ docet: si nō sit
ei siīlis quē docet? Nā si nulli sbiectus sit passioni: pōt ei docenti
hō sic r̄ndere. Volo eq̄dē nō peccare: sed uincor. Indutus sū enī
carne fragili & ībecilla: hęc ē q̄ irascit: q̄ cōcupiscit: q̄ docet: quę
mori timet. Itaq̧ ducor īuitus & pecco: nō q uolo sed q cogor.
Sentio me etiā ip̄e peccare: sed necessitas fragilitatis īpellit: cui re
pugnare non possū. Quid ad hęc r̄ndebit p̄ceptor ille iusticię? q̄
modo cōfutabit ac redarguet hominē q delictis suis excusatiōe
carnis ostēdet? nisi & ip̄e carne fuerit īdut⁹: ut ostēdat etiā carnē
posse capere uirtutem? Cōtumacia enī redargui nō pōt: nisi exem
plo: nam habere nō possūt q̄ doceas firmitatem nisi ea prior fece
ris: quia natura hominū p̄cliuis in uicia uideri uult: non modo
cum uenia: sed etiā cū ratione peccare. Oportet magistrū docto
remq̧ uirtutis homini simillimū fieri: ut uincēdo peccatū doce
at hominē uinci ab eo posse peccatū: si uero sit īmortal': exēplū p
ponere homini nullo mō pōt. Existet enī cōstās aliquis ac dicet.
Tu q̄dē nō peccas: q liber es ab hoc corpore: nō cōcupiscis: q im
mortali nihil est necessariū: mihi uero m̄ltis reb⁹ opus est: ut tue
ar hanc uitā. Mortē nō times: q in te ualere non pōt. Dolorē con
tēnis: q nullā uim pati potes. At ego mortal' utrūq̧ timeo: q cru
ciat⁹ mihi grauissimos inferūt: quos tolerare īfirmitas carnis nō
pōt. Doctor itaq̧ uirtutis etiā hāc excusationē debuit hominib⁹
auferre: ne q̄s q peccat necessitati potius ascribāt q̄ culpę suę. Er
go ut p̄fectus esse possit: nihil ei debet opponi ab eo qui docēd⁹
est: ut si forte dixerit impossibilia p̄cipis. R̄ndeat ecce ip̄e facio:
ego carne īdut⁹ sū cuius ē peccare p̄p̄ū: at ego eādē carnē gero: &
tn̄ peccatū ī me nō dominat. Mihi opes cōtēnere difficile ē: q̄a ui
ui aliť nō pōt ī h' corpore. Ecce mihi corp⁹ ē: & tn̄ pugno contra
oēm uoluptatē. Nō possū p iusticia nec dolorē ferre nec mortē:
q̄a fragil' sū. Ecce & ī me dolor ac mors habet p̄tātē: & ea ip̄a q̄ ti
mes uīco: ut uictorē te faciā doloris ac mortis. Prior uado p ea q̄
sustineri nō posse p̄tēdis: si p̄cipiētē seq̄ nō potes sequere añcedē
tem. Sublata h' mō oīs excusatio ē: & fateri hoīem necesse ē sua
culpa iniustū eē: qui doctorē uirtutis & eūdē ducē nō sequatur.
Vides ergo q̄to p̄fectior sit mortalis doctor (q̄a dux eē mortal'
pōt) q̄ īmortalis: qui patientiam docere non pōt: quia subiectus

passionibus non ē. Nec hʼ tñ eo ptinet ut hoīem deo pferā: sed ut ostēdā neq; hoīem pfecta doctrina eē n̄o posse: nisi sit idē deus: ut auctoritate cęlesti necessitatē parēdi hoib⁹ īponat. Neq; deu; nisi mortali corpore īduat: ut pcępta sua factis adimplēdo cęteros parēdi necessitate cōstrīgat. Liq̄do ḡ appet eū q uitę dux & iusticię sit magister: corporalē eē oportē: nec alit̄ fieri posse ut sit illi⁹ plena & pfecta doctrina: nisi habeat radicē & fūdamētū stabilisq; apud hoīes ac fixa pmaneat. Ipm aūt sbire carnis ac corporis ībecillitatē: uirtutēq; ī se recipe doctoris: ut eā sil' & ūbis doceat & factis. Itē sbięctū eē morti & passionib⁹ cūctis: qm̄ & in passione tolerāda: et ī morte sbeūda uirtutis officia uersāt̄. Quę oīa (ut dixi) cōsūmat⁹ doctor pferre debet: ut doceat posse pferri.

Cap. xxv. Quod christus licet mortalitatē nostrā sūpserit: nō tñ nat⁹ est ut alii homines: sed ex carne uirginis: & quare cum immunis eēt a culpa: sponte subierit poenā.

Discant igit̄ homines & intelligant: quare deus summus cu; legatū ac nunciū suū mitteret ad erudiendā pręceptis iusticię suę īmortalitatē; mortali uoluerit eū carne indui & cruce affigi & morte mulctari. Nā cū iusticia nulla esset in terra: doctore; misit quasi uiuā legē: ut nomē ac templū nouū conderet: ut uerū ac piū cultū p omnē terrā uerbis et exemplo seminaret: sed tamē ut certū esset a deo missū: nō ita illū nasci oportuit: sicut homo nascit̄ ex mortali utroq; cōcretus: sed ut appareret illū etia; in homine esse cęlestē, creatus ē sine opa genitoris. Habebat. n. spūalē prēm deū: & sicut pr̄ spūs ei⁹ de⁹ sine matre: ita mater corporis eius uirgo sine patre fuit. Igit̄ de⁹ & homo: inter deū atq; hominē medius constitutus. Vnde illū gręci μεσίτην uocant: ut hominē pducere ad deū posset: idest ad immortalitatē: qa si deus tantū fuisset (ut supius dictū est) exempla uirtutis homini pbere nō posset: si homo tantū nō posset hoīes ad iusticiā cogere nisi auctoritas ac uirt⁹ hoīe maior accederet. Etenī cū constet homo ex carne & spiritu: & oporteat spiritū iusticię opibus emereri ut fiat ętern⁹. Caro quoniā terrena ē ideoq; mortal̄: copulatum sibi spiritū trahit secū: & ab īmortalitate ducit ad mortē. Ergo spūs, carnis expers dux eē hōi ad īmortalitatē nullo pacto poterit: qm̄ caro īpedit spiritū quo min⁹ deū sequat̄. Est enī fragilis & subięcta peccato. Peccatum autem pabulum mortis est. Itaque iccirco

mediator aduenit:idest deus in carne:ut caro eũ sequi posset:& eriperet morti hoĩem cui⁹ ẽ dominatio in carne:iõ carne se ĩduit: ut desideriis carnis edomitis doceret non necessitatis eẽ peccare: sed ppositi ac uolũtatis. Vna enim nobis & magna & pręcipua cũ carne luctatio est:cui⁹ infinitę cupiditates premunt animam: nec dñm retinere patiũtur:sed eam uoluptatib⁹ & illecebris sua uib⁹ mãcipatã morte afficiũt sempiterna. Quibus ut repugnare possemus:deus nobis uiam supandę carnis:& aperuit & oñdit. Quę uirtus pfecta & oĩbus numeris absoluta coronã uicentib⁹: & mercedẽ expetendę nobis ĩmortalitatis imptit.

Cap. xxvi. De mysterio dominicę crucis:& uirtute et significatione eorum:quę christus gessit aut ptulit. Et quõ prefigurat⁹ sit in immolatione agni legalis.

Dixi de hũanitate & fragilitate & passione:cur hęc deus subire maluerit:nũc ipsi⁹ crucis rõ reddẽda ẽ & uis enarrãda: qđ sũmus pr a pncipio disposuerit:& queãdmodũ cũcta q̃ gesta sunt ordinauerit:nõ tãtũ diuinatõ pphetaꝝ:q̃ in christũ uera pcessit:sꝫ etiã rõ ipsi⁹ passionis docet. Quęcũq; enĩ passus ẽ non fuerũt inania:sꝫ habuerũt figurã & significãtiã magnã:sicut etiã diuina illa opera q̃ fecit:quoꝝ uis & ptãs ualebat qdẽ ĩ psens:sed declarabat aliqd ĩ futuꝝ. Apuit cęcoꝝ oculos uirt⁹ cęlestis:& lucem nõ uidẽtib⁹ reddidit. Et hˀ facto significauit fore:ut conuersus ad gẽtes q̃ deũ nesciebãt ĩsipiẽtiũ pectora illuminaret luce sapientię:& ad ueritatẽ cõtẽplãdã oculos cordis aperiret. Vere.n. ceci sũt q cęlestia nõ uidẽtes:& tenebris ignorantię circũfusi:terrena & fragilia uenerant. Patefecit aures surdoꝝ. Nõ utiq; hacte nus uis illa cęlestis operata ẽ:sed declarabat breui fore:ut q erant ueritatis expertes:& audirẽt & ĩtelligerẽt diuinas dei uoces. Vere enĩ surdos dixeris:q cęlestia & uera faciẽda nõ audiũt:mutoꝝ linguas in eloquiũ soluit. Admirabilis etiã cũ fieret potentia:sed inerat huic uirtuti alia significatio quę ostenderet mox futurũ: ut rerum cęlestium nuper ignari,percępta sapientię disciplina de deo & ueritate dissererẽt. Nã q rõem diuinitatis ignorat:is uere elinguis & mut⁹ ẽ:lꝫ sit omniũ disertissim⁹. Ligua.n.cũ ueꝝ loq cęperit.i.uirtutẽ maiestatẽq; dei singularis ĩterptari:tũ demũ officio naturę suę fũgit:q̃ diu aũt falsa loqtur:ĩ usu suo non est:& ideo infans sit necesse ẽ:q diuina ploqui nõ potest. Pedes quoq;

l s:

claudoꝝ ad officiū gradiendi reformauit. Laudabil' diuini opis fortitudo: ſꝫ figura id cōtinebat qđ cohibitis errorib⁹ uitę ſęcularis ac deuię iť ueritatis aperiēť: p qđ graderēť hoīes ad dei grāꝫ cōſequēdā. Is.n. uere claud⁹ exiſtimād⁹ ē: q caligine ac tenebris ī ſipiētię īplicat⁹: & quo tēdat ignar⁹: offēſibilib⁹ & caducis greſſib⁹ p uiā mortis īcedit. Itē labes & maculas īqnatoꝝ corpoꝝ repugnauit. Nō exigua īmortal' potētię opa: ueꝝ id ꝑtendebat hęc uis ꝙ peccatoꝝ labib⁹ ac uicioꝝ macul' īqnatos: doctrina ei⁹ purificatura eēt eruditōe iuſticię: leproſi.n. atq̧ elephātici debēt haberi: quos uel īfinitę cupiditates ad ſcelera: ul' īſatiabiles uoluptates ad flagitia cōpellūt: & dedecoꝝ macul' īiuſtos labe afficiūt ſēpit'na. Iacētia mortuoꝝ corpa erexit: eoſq̧ noīb⁹ ꝑprijs īclamatos a morte reuocauit. Quid cōgruenti⁹ deo! Quid miraculo digni⁹ omniū ſęculoꝝ: q̄ decurſā uitā reſignaſſe: cōpletiſq̧ hominū tēporib⁹ tēpora abięciſſe ppetua: arcana mortis reuelaſſe! Sꝫ hęc inenarrabil' poteſtas imago uirtutis maioris fuit: quę demōſtrabat tantam uim habiturā eſſe doctrinā ſuaꝫ: ut gentes in orbe toto q̄ alienę a deo ſbięctę morti fuerūt: cognitione ueri luminis animatę, ad immortalitatis pręmia peruenirent. Eos enī recte mortuos exiſtimaueris: qui datorem uitę deū neſciētes: atq̧ animas ſuas a cęlo in terrā deprimētes, in laqueos ęternę mortis īcurrūt. Quę igiť cū faciebat ī p̄ſens imagines erāt futuroꝝ: q̄ illęſis affectiſq̧ corporibus exhibebat, ea ſpūalīū figurā gerebāt: ut ī p̄ſenti uirtutis nobis terrenę opa monſtraret: & in futuꝝ ptātem ſuę cęleſtis maieſtatis oſtenderet. Ergo ſicut opa ei⁹ ſignificantiā quoq̧ maioris poteſtatis habuerūt: ita etiam paſſio nō ſimplex nec ſupuacua nec fortuita ꝓceſſit: ſꝫ ut illa q̄ fecit magnā uirtutē ac pcātem doctrinę ei⁹ ſignificabāt: ſic ea quę paſſus eſt odio futuram eſſe ſapientiam nunciabant. Aceti enim potus ac fellis cibus, acerbitates & amaritudines in hac uita ſectatoribus ueritatis pollicebať. Et q̄q̄ paſſio ipſa acerba & amara ſpecimē nobis futurorum tormentoꝝ dabat: quę morātib⁹ nobis ī hoc ſęculo uirtus ipſa ꝑponit: tñ illiuſmōi cibus & potus ī os doctoris noſtri ueniens: p̄ſſuram nobis laboꝝ ac miſeriaꝝ p̄beat exēplum. Quę omnia tolerari ac ppeti neceſſe eſt, eos qui ueritatē ſequūť: quoniam ueritas eſt acerba & inuiſa oīb⁹; q ueritatis exptes uitā ſuā mortiferis uoluptatibus dederūt. Nā corona ſpinea capiti eius īpoſita id decla

rabat forte:ut diuinã sibi plebẽ de nocẽtibꝰ cõgregaret. Corona enĩ dicit̃ circũstans ĩ orbe populꝰ. Nos aũt q̃ añ cognitionẽ dei fuimꝰ ĩiusti spinę:idest mali & nocẽtes eramꝰ, ignorãtes q̃d esset bonũ: & a iusticię notione atq; operibus alięni:oĩa scelere ac libidine pollueb amꝰ. Plecti uero ex dumis & sẽtibꝰ sanctũ dei caput cingimꝰ:q; cõuocati ab ĩpo circũfusi undiq; ad eũ magistro et doctori deo assistimꝰ:regẽq; illũ mũdi et oĩum uiuẽtiũ dñm coronamꝰ. Q̃d uero ad crucẽ ĩspectat magna ĩ ea uis ac rõ ẽ: quã nũc conabor oñdere. Deꝰ nãq; (sicut supiꝰ exposui) cũ statuisset hoĩem liberare:magistꝝ uirtutis legauit ĩ terrã:q̃ & p̃cęptis salutaribꝰ formaret hoĩes ad ĩnocẽtiã:& opibꝰ factisq; p̃sẽtibꝰ iusticię uiã pãderet:qua gradiẽs hõ & doctorẽ suũ sequẽs: ad uitam ęternã p̃ueniret. Is igit̃ corporatus est & ueste carnis indutus: ut homini ad quẽ docẽdũ uenerat:uirtutis & exempla & ĩcitamẽta pręberet. Sed cum ĩ oĩbꝰ uitę officiis iusticię specimẽ prębuisset ut doloris quoq; patientiã mortisq; cõtẽptũ:qbꝰ p̃fecta & cõsũmata sit uirtꝰ traderet hõi:uenit ĩ manus impię nationis:cum & uitare potuisset scientia futuri quã gerebat: & repellẽ eadem uirtute q̃ mirabilia faciebat. Sustinuit ergo cruciatꝰ ac uerbera & spinas. Postremo etiã mortẽ suscipe nõ recusauit:ut homo illo duce subactã & catenatã mortẽ cũ suis terroribus triũpharet. Cur aũt sũmus pater id potissimũ genꝰ mortis elegerit: q̃ affici eum sineret:hęc rõ est. Dicat enĩ fortasse aliq̃s:cur si deus fuit & mori uoluit:non saltẽ aliquo honesto mortis genere affectus est? Cur potissimum cruce? Cur infami genere supplicii:quod etiam homini libero quãuis nocẽti uideat̃ indignũ? Primũ q̃ is q̃ humil̃ aduenerat:& humilibꝰ & ĩfirmis opẽ ferret:& ĩ oĩbꝰ spem salutis ostenderet:eo genere afficiendus fuit:quo hũiles et infirmi solent:ne q̃s eẽt omnino:q̃ eũ nõ posset imitari. Deinde ut integrũ corpus eius seruaretur:quem die tertio resurgere ab inferis oportebat. Nec hoc cuiq̃ ignorãdum est:quod ipse ante de sua passione prędicãs:etiã id notũ fecerit habere se potestatẽ cum uellet deponẽdi spiritũ et resumẽdi. Suffixus itaq; cũ spiritũ spõte deposuerat:necessarium carnifices nõ putauerũt ossa eius suffringere: sicut mos eoꝝ ferebat:sed tãtũmõ latꝰ eiꝰ p̃forauerunt:sicut integrũ corpus patibulo detractũ est: & sepulchro diligẽter ĩclusũ. Quę omnia iccirco facta sunt:ne lęsum ac diminutũ corpus ad

resurgendũ inhabile redderet̃. Illa quoq; pręcipua fuit cã: cur deus crucẽ maluerit ꝙ illa exaltari eũ fuit necesse: & omnibus gentibus passionem dei notescere. Naꝫ quoniã is q patibulo suspẽdit̃ & conspicuus est omnib⁹ & cęteris altior: crux potius electa est: quę significaret illũ tã cõspicuũ tã sublimẽ futuꝝ: & ad eum cognoscendum pariter & colendum cunctę nationes: ex oĩ orbe cõcurrerẽt. Deniq; nulla gens tam inhumana est: nulla regio tam remota: cui aut passio eius aut sublimitas maiestatis ignota sit. Extẽdit ergo in passione manus suas orbẽq; dimẽsus est: ut iam tũc ostenderet ab ortu solis usq; ad occasũ: magnũ populuꝫ ex oĩb⁹ linguis & tribubus cõgregatũ sub alas suas eẽ uenturũ: & signuꝫ illud maximũ atq; sublime frõtibus suis suscęptuꝝ. Cuius rei figurã iudęi etiã nunc exhibent: cum limina sua de cruore agni notant. Deus enĩ pcussurus ęgyptios: ut ab ea plaga ĩmunes faceret hebręos: pcęperat bis ut agnũ candidũ sine macula ĩmolarẽt: ac signũ liminib⁹ suis de sanguine ei⁹ ĩponerẽt. Itaq; cũ ęgyptiorũ primogenita una nocte interissent: hebręi soli, signo sanguĩs tuti fuerũt: nõ quia cruor pecudis tãtam in se uim haberet: ut hõibus saluti esset: sed imago fuit reꝝ futurarũ. Nam agnus candid⁹ sine macula christus fuit: idest innocẽs & iustus & sanct⁹: q ab hisdem iudęis ĩmolat⁹ saluti est omnib⁹ qui signis sanguinis: idest crucis, qua sanguinẽ fudit, sua in fronte cõscripserũt. Frons enim sũmũ limẽ est hominis: & lignũ sãguine delibutũ crucis significatio ẽ. Deniq; ĩmolatõ pecudis ab his ipis q faciũt pascha, noĩat̃ ἀπό τοῦ πάσχειν: quia passionis est figura quam deus pscius futuroꝝ tradidit p Moysen populo suo celebrandam: sed tamen figura ualuit in psenti ad depellendũ piculũ: ut appareat quãtum ueritas ipsa ualitura sit ad plebẽ dei ptegendã, in extrema totius orbis necessitate. Quomodo aũt uel in qua plaga tuti hoĩes sint futuri: q signuꝫ hoc ueri & diuini sanguinis in sũmo corporis sui notauerunt: in nouissimo libro docebo.

Ca. xxvii. De potẽtia signi crucis: q̃tę efficacię sit ĩuocatõ nominis crucifixi. Et q̃tũ a dęmoniis timeat̃ signũ crucis.

Nunc satis ẽ de hui⁹ signi potẽtia: q̃tũ ualeat exponere q̃to terrori sit dęmonibus hoc signũ: sciet q uiderit quatenus adiurati p christũ de corporib⁹ q̃ obsederit fugiant. Nam sicut ipse cũ inter hoĩes ageret: uniuersos dęmones uerbo fugabat: hominũq; mẽtes emotas & malis ĩcursib⁹ furiatas: ĩ sensus pstinos

reponebat. Ita nūc sectatores ei⁹ eosdē spūs inquinatos de homini
bus & noīe magistri sui & signo passiōis excludūt. Cuius rei nō
difficil' ē pbatō. Nā cū dijs suis īmolāt si assistat aliqs signatam
frōtē gerēs: sacra nullo mō litāt: nec rñsa pōt cōsult⁹ reddē uates:
Et hęc sępe cā pcipua iusticiā psequēdi mal' regib⁹ fuit. Cū .n. qui
dā ministro ꝝ nr̄i sacrificātib⁹ dn̄is assisterēt iposito frōtibus si
gno: deos illo ꝝ fugauerūt: ne possēt ī uiscerib⁹ hostia ꝝ futura de
pīgere. Qd' cū ītelligerēt aruspices īstigātib⁹ hisdē dęmonib⁹ q
bus psecrarāt, cōquerētes pphanos hoīes sacris īteresse: adegerūt
pncipes ipsos in furorē, ut expugnarēt dei tēplum: seq3 uero sacri
legio cōtaminarēt: qd' grauissimis psequentiū poenis expiaretur.
Nec tamē ex hoc ipo cęci homines ītelligere possunt: aut hāc esse
uerā religionē: cui ad uincēdu3 tāta uis inest: aut illā falsā quę sb
sistere aut cōgredi nō pōt: sed aiunt hoc deos nō metu ue ꝝ odio
facere: quasi quisq̄ possit odisse nisi eum q aut noceat: aut possit
nocere: immo uero congruens maiestati fuit: ut eos quos oderāt
pręsentibus poenis afficerent poti⁹ q̄ fugarent. Sed quonia3 neq3
accedere ad eos possunt in quibus cęlestem notam uiderint: nec
his nocere quos signum īmortale munierit tāq̄ inexpugnabilis
murus, lacessūt eos p homines & manib⁹ psequūt' alienis: quos
pfecto si eē cōfitēt', uicimus. Necesse ē hāc eē uerā religionē: quę
& rationem dęmonu3 nouit: & astutiā ītelligit: & uim retūdit:
& eos spiritualibus armis domitos ac sbactos cedere sibi cogit.
Si negāt, testimonijs poeta ꝝ ac philosopho ꝝ refellēt'. Qd' si eē &
malos eē īficias nō eūt: qd supest nisi ut alios eē dicāt deos, alios
dęmones? Exponāt igit' nobis differētiā generis utriusq3: ut scia
mus qd colēdū: qd execrādū sit. Habeāt ne īter se aliqd' cōsortiū
an uero inimici sint? Si sunt aliq̄ necessitudīe copulati: quatenus
eos discernemus? Aut quomō utriusq3 generis honorē cultum q3
miscebimus? Si autē sunt inimici: aut dęmones deos nō timent:
aut dij dęmones fugare nō possūt! Ecce aliqs instinctu dęmonis
percitus dementię efferr': insanit: ducamus istum ī Iouis optimi
maximi templū: uel qa sanare homines Iupiter nescit in Aescula
pij uel Apollinis fanū, iubeat utriuslibet sacerdos, dei sui nomīe,
ut nocens ille spiritus excedat ex hoīe: nullo id pacto fieri pōt.
Quę igit' deo ꝝ uis ē: si sbiectos sibi dęmones nō habēt? At uero
ijdē dęmones adiurati p nomē ueri dei ptin⁹ fugiūt. Quę ratio

est ut christū timeant: Iouē aūt nō timeant: nisi q̄ndem sunt dę
mones quos uulgus deos eē opinat̄: Deniq; si cōstituat̄ ī medio:
& is quē cōstat icursum dęmonis ppeti et delphici Apollinis ua
tes: eodē mō dei nomē horrebūt: & tā celerit̄ excedet de suo uate
Apollo: q̄ ex hōie spūs ille dęmonic⁹: & adiurato fugatoq; deo
suo uates ī ppetuū cōticescet. Ergo idē sūt dęmones quos fatent̄
execrādos eē iidē dij qb⁹ supplicāt. Si nobis credēdum eē nō pu
eant: credāt Homero: q summū illū Iouē dęmonibus aggregauit:
sed & aliis poetis ac phis q eosdem mō dęmonas, mō deos nūcu
pāt: quoꝝ alteꝝ ueꝝ, alteꝝ falsū ē. Illi enī neq̄ssimi spūs ubi adiu
rātur: ibi se dęmonas cōfitēt̄: ubi colūt: ibi se deos mētiūt̄: ut er
rores hōib⁹ īmittāt: & auocēt a dei ueri notione: p quā solā pōt
mors ęterna uitari. Iidē sūt q deiciēdi hōis cām uarios sibi cult⁹
puersa religione p diuersa regionū cōdiderūt: mētitis tm̄ assum
ptisq; noib⁹ ut fallerēt. Nā q diuinitatē p seipos affectare nō po
terāt: asciuerūt sibi noīa potētiū regū: sb quoꝝ titul' honores si
bi deoꝝ uēdicarēt. Qui error discuti pōt: & ī lucē ueritatis ,ptra
bi. Nā si qs studet alti⁹ īq̄rere: cōgreget eos qb⁹ p itia ē ciere ab in
feris aīas. Euocēt Iouē Neptunū Vulcanū Mercuriū Apollinē: pa
trēq; omniū Saturnū. Rn̄debūt ab īferis oēs: et īterrogati loque
tur: & de se & de deo fatebūt̄. Post hęc euocēt christū nō aderit
nō appebit: q nō ampli⁹ q̄ biduo apud inferos fuit. Quid hac p
batione certius proferri pōt? Ego uero non dubito quin ad ueri
tatem Trismegystus hanc aliqua ratione pueniret: q de deo p̄re
oīa & de filio locut⁹ ē multa q̄ diuinis cōtinēt̄ arcanis.

¶ Capitulum .xxviij. De uera & singulari religione: & unde dicat̄ religio: uel secūdum Ciceronem uel alios.

QVę cū ita se habeāt (ut ostendim⁹) apparet nullā aliā spem
uitę homini eē ppositā: nisi ut abiectis uanitatib⁹ & erro
re miserabili deū cognoscat: & deo seruiat: nisi huic tēpali renū
ciet uitę: ac se rudimētis iusticię ad cultū uerę religionis īstituat.
Hac enī cōditione gignimur: ut generati nos deo iusta & debita
obsequia prębeamus: hūc solum nouerim⁹ hūc sequamur. Hoc
uinculo pietatis obstricti deo & religati sumus: unde ipa religio
nomē accepit: nō (ut Cicero īterpretatus est) a religando: q ī libro
de natura deoꝝ secūdo dicit ita. Nō.n. p̄bi solum: uerum etiam
maiores nostri superstitioneꝫ a religione sepauerūt. Nā q totos

dies precabant̃ & imolabãt: ut sui sibi filii sup̃stites essent: super stitiosi sũt appellati. Qui aũt oĩa q̃ ad cultũ deoꝝ ptinerẽt retra ctarẽt: & tãq̃ relegerẽt hi dicti sũt religiosi ex relegendo: tãq̃ ex eligẽdo eligẽtes: & ex diligẽdo diligẽtes: & ex ĩtelligẽdo ĩtelligẽ tes. His. n. oĩb⁹ inest uis legẽdi eadẽ q̃ ĩ religioso: ita factũ ẽ ĩ sup stitioso a religioso: alteꝝ uicii nomẽ: alteꝝ laudis. Hęc ĩterp̃tatio q̃ ĩepta sit: ex re ip̃a licet noscere. Nã si ĩ hisdẽ diis colẽdis: & reli gio & sup̃stitio uersat̃: exigua uel poti⁹ nulla distãtia est. Quid enĩ mihi affert causę: cur precari pro salute filioꝝ semel, religiosi, & idem decies facere sup̃stitiosi eẽ hoĩs arbitret̃? Si enim semel facere optimũ ẽ: q̃to magis sępius? Si hora p̃ma: ergo & tota die Si una hostia placabilis, placabiliores utiq̃ hostię plurimę: quia multiplicata obsequia merent̃ potius q̃ offendunt? Non enim nobis odiosi uidentur hi famuli: qui assidui ac frequentes ad ob sequium fuerint: sed magis cari. Cur igitur sic in culpa & nomẽ rep̃hensibile accipiat: q aut filios suos magis diligit: aut deos sa tis honorat? Laudet̃ aũt qui minus. Quod argumẽtũ etiã ecõtra rio ualet. Si enĩ totus dies p̃cari & immolare criminis est: ergo et semel? Si sup̃stites filios s̃binde optare uiciosũ ẽ: sup̃stitiosus est igit̃ ille q raro id optauerit? Aut cur uicii nomen sit ex eo tractũ: quo nihil honestius: nihil iusti⁹ optari põt? Nã q̧ ait religiosos a religendo appellatos: qui retractent ea diligenter q̃ ad cultum deoꝝ pertineant: cur illi qui hoc sępe in die faciũt: religiosoꝝ no men amittãt: cũ m̃lto utiq̃ diligentius ex assiduitate ipsa religãt ea quibus dii colunt̃? Quid ergo ẽ? Nimiruꝫ religio ueri cultus: superstitio falsi. Et omnino qd colas ĩterest: nõ queãdmodũ co las: aut qd p̃ceris. Sꝫ q̧ religiosos deoꝝ cultores se putant cũ sint sup̃stitiosi: nec religionẽ possũt a sup̃stitione discernẽ: nec signi ficãtiã nominũ exp̃mere. Dixim⁹ nomẽ religionis a uinculo pie tatis eẽ deductũ: q̧ hominẽ sibi de⁹ religauerit & pietate cõstrin xerit: q̧ nos seruire ei ut domino: & obsequi ut patri necesse est. Eo meli⁹ ergo id nomẽ Lucretius ĩterpretatus est: q ait religionũ se nodos soluere. Sup̃stitiosi aũt uocant̃: nõ q filios suos sup̃sti tes optãt. Oẽs enĩ optamus: sed aut hi q sup̃stitẽ memoriam de functorum colunt: aut qui parentibus suis sup̃stitibus colebant imagines eoꝝ domi tãq̃ deos penates. Nam qui nouos sibi rit⁹ assumebant: ut in deorum uicem mortuos honorarent: quos ex

hominibus in cęlū receptos putabāt: hos supstitiosos uocabant. Eos uero qui publicos & antiquos deos colerent: religiosos no-minabāt. Vn̄ Virgili⁹. Vana supstitio ueteꝝ q; ignara deoꝝ. S; cum ueteres quoq; deos inueniamus eodem mō consecratos esse post obitum: supstitiosi ergo qui multos ac falsos deos colunt, Nos aūt unū deū religiosi qui uni & uero deo supplicamus.

Cap. xxix. De unitate patris & filii: ut liqueat qm̄o unius dei possīt eē cultores q duos colūt: alteꝝ patrē alteꝝ filiū: patrē im-mortalem: filiū mortalem: de quo superius dictum est.

Fortasse querat aliquis: quomō cum deum nos unū colere dicamus: duos tamen asseueremus deū patrē & deū filiū: quę asseueratio plerosq; in maximum impegit errorem. Quib⁹ cū ꝓbabilia uideātur esse quę dicimus in hoc uno labare nos arbitranť: qđ & alteꝝ & mortalē deū fateamur. De mortalitate iam diximus: nunc de unitate doceamus. Cum dicimus deū patrē & deum filium: non diuersum dicimus: nec utrūq; secernimus: qa nec pater sine filio eē potest: nec filius a patre secerni: siqdem nec pater sine filio nuncupari: nec fili⁹ potest sine patre generari. Cū igiť & pater filiū faciat & filius patrem: una utrique mens: unus spūs: una sbstantia ē: sed ille quasi exuberans fons ē: hic tāq̄ defluens ex eo riuus: ille tāq̄ sol: hic tanq̄ radius ex sole porrectus: qui quoniam summo patri & fidelis & carus est: nō separatur sicut nec riuus a fonte: nec radius a sole: q; & aqua fontis in riuo est: & solis lumē ī radio: ęque nec uox ab ore seiungi: nec uirt⁹ aut manus a corpore diuelli pōt. Cū igiť a ꝓphetis idē manus dei & uirtus & sermo dicať: utiq; nulla discretio ē: q; & lingua sermonis ministra est: & manus in qua est uirtus: indiuiduę sunt corporis portiones. Propriore exēplo uti libet. Cū quis habet filiū quem unice diligit: qui tamē sit ī domo & ī manu patris: licet ei nomē dn̄i ptātemq; cōcedat: ciuili tn̄ iure & dom⁹ una & unus dominus noīať. Sic hic mūdus una dei dom⁹: & fili⁹ & pater: q unanimes incolūt mūdū deus unus: q; & unus est tāq̄ duo: & duo tāq̄ unus. Neq; id miꝝ cū & fili⁹ sit in patre: q; pater diligit filium: & pater in filio: quia uoluntati patris fideliter paret: nec unq̄ faciat aut fecerit: nisi quod pater aut uoluit aut iussit. Deniq; unum deum esse tam patrem q̄ filiū: Isaias in illo exēplo quod superi⁹

posumus ostendit cū diceret. Adorabūt te & in te p̄cabūť: quo
niā in te de⁹ ē: & nō ē ali⁹ de⁹ p̄ter te. Sed & alio loco similiter
ait. Sic dicit dn̄s de⁹ rex israbel & q̄ eruit eū de⁹ ętern⁹: ego p̄m⁹
& ego nouissim⁹: & p̄ter me nemo ē de⁹. Cū duas p̄sonas ꝓpo
suisset dei regis. i. christi: & dei p̄ris q̄ eū post passionē ab iferis
excitauit: sicut ostēdisse dixim⁹ Osee ꝓpbetā q̄ ait. Et de manu i
feroꝝ eruā eū: tñ ad utrāq; p̄sonā referēs ītulit: & p̄ter me nō est
deus: cū posset dicere p̄ter nos: sed fas nō erat plurali numero se
parationē tantę necessitudinis fieri. Vnus est eniȝ solus liber de
us summus carens origine: quia ipse est origo rerum: & in eo est
simul & filius & omnia continenť. Quapropter cū mens & uo
luntas alterius ī altero sit: uel poti⁹ in utroq; una merito un⁹ de⁹
uterq; appellať: q̄ q̄cq̄d ē in patre ad filium transtulit: & q̄cquid
est in filio a patre descēdit. Non potest igitur ille summus ac sin
gularis deus nisi per filium coli: qui solum patrem se colere pu
tat: sicut filium non colit: ita ne patrem quidem colit. Qui auteȝ
filiū suscipit & nomē eius gerit: is uere cū filio simul & patrem
colit: quoniā legatus & nuncius & sacerdos summi patris ē fili⁹
Hic tēpli maximi ianua est: bic lucis uia: bic dux salutis: bic osti
um uitę.

¶ Cap. xxx. De bęredibus quas non modo propbetę: sed etiā
christus & apostoli prędixerunt emersuras, eē uitādas. Et q̄ illa
sola ecclesia catbolica ē & uera: in qua ē cōfessio & medicina pec
catoꝝ ꝑ poenitentiam et fidei sacramenta.

SEd quoniā multę bęreses extiterūt: & instinctibus dęmo
num populus dei scissus est: determinādā est nobis breuiť
ueritas: ac in suo proprio domicilio collocanda: ut si q̄s aquam
uitę cupit baurire: nō ad detritos lacus deferať q̄ nō babēt uenaȝ:
sed ubertimū dei fontē nouerit: quo irrigat⁹ perenni luce patiať.
Ante omnia scire nos cōuenit: & ipsum & legatos eius prędixis
se: q̄ plurimę sectę & bęreses baberēt existere: quę concordiam
sancti corporis rūperent: ac monuisse ut summa prudentia caue
remus: nequādo in laqueos & fraudes illi⁹ aduersariū nostri cum
quo luctari nos deus uoluit inciderem⁹: tñ dedisse certa mādata
q̄ in ꝑpetuū custodire debemus. Quoꝝ pleriq; imitatores deser
to itinere cęlesti uias sibi deuias ꝑ anfractus & pręcipitia condi
derūt: ꝑ quā partē plebē īcautā & simplicē ad tenebras mortēq;

deducerent. Quod quatenus acciderit exponā. Fuerūt quidam nostroꝝ uel minus stabilita fide: uel min⁹ docti: uel min⁹ cauti: q descidiū facerēt unitatis: & ecclesiā dissiparēt. Sed hi quoꝝ fides lubrica fuit: cū deū nosse se et colere simularēt augendis opibus: & honori studētes affectabāt maximū sacerdotiū: & a potiorib⁹ uicti cadē se cū suffragatorib⁹ suis maluerūt: q̄ eos facere ꝓpositos qb⁹ cōcupierāt ipi añ ꝓponi. Quidā uero nō satis cęlestibus litteris eruditi: cū ueritatis accusatorib⁹ rñdere nō possēt: obijciētib⁹ uel īpossibile uel īcōgruēs eē: ut de⁹ ī uteꝝ se mulieris īcluderet: nec cęlestē illā maiestatē ad tātā īfirmitatē potuisse deduci: ut hominib⁹ cōtēptui: derisui: cōtumelię: & ludibrio eēt. Postremo etiā cruciamēta pferret: atq; execrabili patibulo figeretur. Quę oīa cū neq; īgenio nec doctrina defēdē ac refutare possent: nec enī uim rōemq; penit⁹ puidebāt: deprauati sūt ab itinere recto & cęlestīs litteras corruperunt: ut nouā sibi doctrinā sine ulla radice ac stabilitate cōponerēt. Nōnulli aūt falsoꝝ ꝓphetarū uaticinio illecti: de qb⁹ & ueri ꝓphetę & ipē pdixerāt: exciderūt a doctrina dei & traditionē uerā reliquerūt. Sed illi omnes dęmoniacis fraudib⁹ irretiti: quas prospicere & cauere debuerāt: diuinū nomē & cultū p īprudētiā pdiderūt. Cum enī friges aut nouatiani: aut ualentiniani: aut marcionitę: aut antropiani: aut arriani: seu qlibet alij nomināt: christiani eē desierūt hi q christi nomine amisso: hūana & externa uocabula īduerunt. Sola igitur catholica ecclesia est q̄ ueꝝ cultū retinet. Hic ē fons ueritatis: hoc ē domicilium fidei: hoc templū dei: quo si quis nō intrauerit: uel a quo si quis exiuerit a spe uitę ac salutis ęternę alien⁹ ē. Neminē sibi oportet pertinaci concertatione blandiri. Agitur enī de uita & salute: cui nisi caute & diligenter cōsulatur: amissa & extīcta erit. Sed tñ q̄ singuli quiq; cętus hęreticoꝝ se potissimū christianos & suam eē catholicā ecclām putāt: sciendū est illā eē uerā in qua est religio cōfessio & poenitētia: q̄ peccata & uulnera qb⁹ ē subięcta imbecillitas carnis salubriter curat. Hęc interim paucis admonendi gratia retuli: ne quis errorem fugere cupiēs: maiori implicet̄ errore: dum penetrale ueritatis ignorat. Postea plenius & uerius contra omnes mendacioꝝ sectas ꝓprio separatoq; opere pugnabimus. Sequit̄ ut quoniam satis de religione uera & sapientia locuti sumus: in ꝓximo libro de iusticia disseramus.

L. Coelii Lactantii firmiani diuinaꝝ īstitutionū aduersus gentes Liber qntus de iusticia ad Constantinum impatorem.

Qꝫ iniquū & īpiū ē añ dānare psonā: uel cām q̄ de merito eius cognoscē: & quare sapiētia sit uiciēda religioni: & quare sapiētia hui⁹ mūdi litteras sacras cōtēpserit: & ꝙ eloq̄ntia sęculo seruit: & ꝙ pleꝝꝫ ut melius ellucescat ex īdustria īpugnat ueritatē: q̄ fere semp idoneis assertoribus indiget. C.i.

On ē apud me dubiū Cōstātine īpator maxīe qn h̄ opus noſtꝝ, quo singularis ille reꝝ conditor: & hui⁹ īmēsi operis rector asserit̄, Si qs attigerit ex istis ſeptę religionis: ut sūt nimia supstitiōe īpartientes: īsectef etiā maledictis: ut uix lectio fortasse pncipio affligat; pściat: execref: seqꝫ ī expiabili scelē cōtaminari atqꝫ astrīgi putet: si hęc aut legat patiēter aut audiat. Ob h̄ tñ si fieri pōt hūanitatis iure postulam⁹: ut non pus dānet: q̄ uniuersa cognouerit. Nā si sacrilegis & pditorib⁹ & ueneficis ptās defēdēdi sui daf: nec pdānari queq̄ īcognita cā licet: nō iniuste petere uidemur: ut si qs erit ille q īciderit in hęc: si leget plegat: si audiet, sniām differat ī extremū: sed noui hominū ptinātiā: nūq̄ īpetrabimus. Timēt enī ne a nobis reuicti manus dare aliqñ clamante ipsa ueritate cogantur. Obstrepunt igitur: & intercedūt, ne audiant; & oculos suos opp̄mūt: ne lumē uideāt qd' offerim⁹. Quo plane ipsi diffidentiā suę pérditę rationis oñ dūt: cū neqꝫ cognoscere neqꝫ congredi audent: quia sciunt se facile supari. Et iccirco discęptatione sublata pellitur e medio sapiētia, ui geritur: ut ait Ennius. Et ꝙ student dānare tanq̄ nocentes quos utique sciunt innocentes: constare de ipsa innocentia nolunt: quasi uero maior iniquitas sit probatam innocentiam dānasse, q̄ inauditam. Sed (ut dixi) uerentur: ne si audierint damnare nō possint. Et iō cultores dei summi hoc est iustos homines torquent: interficiunt: éxterminant: nec causas odioꝝ ipsi reddere possunt: qui tam uehementer oderunt: quia ipsi errant: irascuntur his qui uiam uerā sequūtur: & cū corrigere se possint: errores suos insup crudelibus factis coaceruant: innocentium cruore maculanf: & dicatās deo mētes euisceratis corporib⁹ detórquēt: cū talib⁹ nūc congredi & disputare cōtēdimus. Hos ad ueritatē ab inepta psuasione

traducere:q ſanguinē facilius hauſerūt:q̄ uerba iuſtorum. Quid igitᵃ? Operā ne pdemus? Minime. Nam ſi lucrari hos a morte:ad quā cōcitatiſſime tēdūt:nō potuerimꝰ : ſi ab illo itinē de morte ad uitā lucēq; reuocare:quoniā ipſi ſaluti ſuę repugnāt: nr̄os tñ cōfirmabimꝰ:quoꝝ nō ē ſtabilis,ac ſolidis radicibꝰ fundata,& fixa ſnīa. Nutant enī plurimi & maxīe: q litteraꝝ aliqd attigerūt. Nā & ī hoc philoſophi & oratores & poetę pnicioſi ſūt : ꝙ incautos animos facile irretire poſſunt ſuauitate ſermonis & carminū dulci modulatione currētiū. Ob eāq; cām uolui ſapientiā cū religione cōiūgere:ne qd ſtudioſis illa inanis doctrina poſſit officere:ut iam ſcientia litterarum nō mō nihil noceat religioni atq; iuſticię:ſed etiā proſit q̄plurimū:ſi is q eas didicerit ſit ī uirtutibꝰ inſtructior & ī ueritate ſapiētior. Pręterea etiā ſi nulli aliꝰ nobis certe pderit:delectabit ſe conſcientia:gaudebitq; mens ſe in ueritatis luce uerſari:quod ē animę pabulū incredibili quadā iocūditate perfuſum. Verum non eſt deſperandum:fortaſſe nō canimus ſurdis. Hęc enim tam in malo ſtatu res eſt:ut deſint ſanę mentis quibus & ueritas placeat:& monſtratum ſibi rectum iter & uideant & ſequantur. Circūliniatur modo poculum cęleſtis ſapientię melle:ut poſſint ab īprudentibꝰ amara remedia ſine offenſione potari:dū illiciēs pma dulcedo acerbitatē ſaporis aſperi ſub prętextu ſuauitatis occultat. Nā hęc ī primis cauſa eſt: cur apud ſapientes & doctores & principes huius ſęculi ſcriptura ſancta,fide careat:ꝙ prophetę communi ac ſimplici ſermone ut ad populum ſunt locuti. Contemnuntur itaq; ab his q nihil audire uł legere niſi expolitum ac diſertū uolūt:nec qcq̄ īhęrere animis eoꝝ pōt:niſi qđ aures blandiori ſono mulcet. Illa uero q ſordida uidentur,anilia:inepta:uulgaria exiſtimātur. Ideo nihil uerū putāt:niſi quod auditu ſuaue eſt:nihil credibile eſt:niſi qđ poteſt incutere uoluptatem:nemo rē ueritate ponderat:ſed ornatu. Non ergo credunt diuinis:quia fuco carent:ſed ne illis quidē qui eas interptetantur:quia ſunt & ipi aut omnino rudes:aut certe parum docti. Nam ut plene ſint eloquentes perraro contingit: cuius rei cā in aperto eſt. Eloquentia enim ſęculo ſeruit:populo ſe iactare,et in rebus malis placere geſtit. Si q dē ueritatē ſępius expugnare conaṫ:ut uim ſuam mōſtret:opes expetit:honores cōcupiſcit:ſūmū deniq; gradū digitatis expoſcit. Ergo hꝫ q̄ſi huilia

despicit:arcana tanq̃ cõtraria sibi fugit:quippe q publico gaudeat & multitudinẽ celebritatẽq; desideret. Eo fit:ut sapiẽtia & ueritas idoneis pconib⁹ indigeat. Et si q forte litteratoꝝ se ad eã cõtulerũt:defensioni eius nõ suffecerũt. Ex his q mihi noti sũt Minuti⁹ foelix non ignobilis inter causidicos loci fuit: huius liber cui octauio titul⁹ est, declararat:quã idone⁹ ueritatis assertor esse potuisset:si se totũ ad id studiũ cõtulisset. Septim⁹ quoq; Tertulian⁹ fuit omni genere lr̃aꝝ perit⁹:s; in eloquẽdo paꝝ facilis & min⁹ cõpt⁹:& multũ obscur⁹ fuit. Ergo ne hic qdẽ satis celebritatis inuenit. Vn⁹ igit̃ pcipuus & clarus extitit Cyprianus:q magnã sibi gloriã ex artis oratorię pfessiõe quęsierat: & admodũ multa cõscripsit in suo genere mirãda. Erat enĩ ingenio facili:copioso:suaui:& quę sermonis maxima est uirt⁹,apto:ut discernere nõ neq̃as:utꝝ ne ornatior ĩ loquẽdo : an facilior in explicãdo an potẽtior in psuadẽdo quisq̃ fuerit. Hic tñ placere ultra uerba sacramẽtũ ignorãtib⁹ nõ põt:qm̃ mystica sunt quę locutus est:& ad id pręparata ut a solis fidelib⁹ audiant̃. Deniq; a doctis hui⁹ sęculi qbus forte scripta eius innotuerunt, derideri solet. Audiui ego quẽdã hoĩe; disertũ sane:q eũ immutata una lr̃a Coprianũ uocaret,quasi elegãs ingeniũ:& meliorib⁹ reb⁹ aptũ,ad aniles fabulas cõtulisset. Quod si accidit hoc ei cui⁹ eloquẽtia nõ ĩsuauis est:qd tandẽ putem⁹ accidere illis quoꝝ sermo ieiun⁹ est & ingꝰ tus:q neq; uim psuadendi neq; subtilitatẽ argumentãdi: neq; ullam prorsus acerbitatem ad reuincendum habere potuerũt!

Septimius

Capitulum.ij. Quod ex defectu doctoꝝ,data est temerariis hominib⁹ audacia impugnandi ueritatẽ ignotã: & hoc pbat exẽplo duoꝝ philosophoꝝ quos uiderat in bithynia.

ERgo q̃ defuerũt apud nostros idonei peritiq; doctores: qui uehemẽter,q acriter,errores publicos redarguerẽt: qui causam omnẽ ueritatis,ornate copioseq; defenderent: puocauit quosdã hęc ipsa penuria:ut auderẽt scribere cõtra ignotã sibi ueritatẽ. Omitto eos q prioib⁹,eã,tẽporib⁹ neqq̃ lacesserunt. Ego cũ in bithynia lr̃as oratorias accitus docerẽ: contigissetq; eode; tempore ut dei templũ euerteret̃:duo extiterũt ibidem q iacenti atq; abiectę ueritati,nescio utrum superbius an importunius,in

m

sultarent:quoꝝ alter ātistitē se philosophię pfitebaꝭ:ueꝝ ita uici
osus:ut cōtinētię magister,nō minꝰ auaritia q̄ libidinibꝰ arderet:
in uictu tā sumptuosus:ut ī schola uirtutis assertor:parsimonię
paupertatisq; laudator:in palatio peius coenaret q̄ domi:tn̄ uicia
sua capillis & pallio:&,qđ maximū est uelamentū,diuitiis prętę
gebat:quas ut augeret ad amicitias iudicū miro ambitu penetra
bat:eosq; sibi repēte,auctoritate falsi noīs obligabat:non mō ut
eoꝝ sententias uēderet:uerum etiā ut cōfines suos quos ędibus
agrisq; pellebat:a sua repetēdo hac potētia retardabat. Hic uero
q suas disputatōes moribꝰ destruebat:uel mores suos disputati
onibꝰ arguebat:ipse aduersus se ḡuis censor & accusator accerri
mus:eodē ipo tp̄e quo iustꝰ populꝰ nefarie lacerabaꝭ: tres libros
euomuit cōtra religionē nomēq; christianū. Professus ante oīa
philosophi officiū esse:erroribus hominū sbuenire:atq; illos ad
uerā uiā reuocare:idest ad cultus deoꝝ:quoꝝ numine ac maiesta
te(ut ille dicebat)mūdus gubernareꝭ:nec pati hoīes iperitos quo
rūdā fraudibꝰ illici:neq; simplicitas eoꝝ prędę ac pabulo sit ho
minibꝰ astutis. Itaq; se suscępisse hoc munꝰ philosophia dignū
ut pferret nō uidētibꝰ lumē sapiētię:nō mō ut susceptis deorū
cultibꝰ resanescāt:sed etiā ut ptinaci obstinatōe deposita,corpo
ris cruciamēta deuitēt:nec sęuas mēbroꝝ laceratōes frustra ppeti
uelīt. Vt aūt appareret cꝰ rei grā opus illud elaborasset: effusus
est in principū laudes:quoꝝ pietas & pudentia(ut qdem ipse di
cebat)tū in ceteris rebus humanis:tum pręcipue in defendendis
deoꝝ religionibꝰ claruisset:cōsultū esse tandē rebus humanis:ut
cohibita impia & anili supstitione:uniuersi homines legitimis
sacris uacarent:ac ppicios sibi deos experireꝭ. Vbi aūt religio
nis eius cōtra quā perorabat infirmare uoluit rōem: ineptus: ua
nus:ridiculus apparuit:q; grauis ille cōsultor utilitatis alienę:nō
modo qd oppugnaret:sed etiam qd loquereꝭ nesciebat. Nam si
q nostrorū affuerunt ḡuis temporis gratia conticescerēt: animo
tamen derisere:utpote cū uiderēt hominem profitentē se illumi
naturum alios cū ipse cęcus esset:reducturū alios ab errore: cū
ipse ignoraret ubi pedes suos poneret:eruditurū alios ad uerita
tem:cuius ille nec scintillā qdē unā uidisset aliquādo:quippe cū
sapiētię professor profligare sapientiā nitereꝭ. Omnes tn̄ id ar
guebāt:quod illo potissimū tempore id operis esset aggressus:

quo furebat odiosa credulitas. O philosophū adulatorē ac tēpori seruientē. Verū hic ꝓ sua inanitate cōtēpt⁹ est: q̄ & gratiā quā sperauit nō est adept⁹: & gloriā quā captauit in culpā rephensio nemꝗ cōuersa est. Alius eādē materiā mordacius scripsit: q̄ erat tūc e numero iudicū: & q̄ auctor in primis faciēdę ꝑsecutōis fuit: quo scelere nō cōtent⁹: etiā scriptis eos quos afflixerat insecutus est. Cōposuit enī libellos duos nō cōtra christianos: ne inimice insectari uidereť: sʒ ad christianos ut humane & benigne consulere putaretur: in q̄bus ita falsitatē scripturę sacrę arguere conatus est: tanq̄ esset sibi tota cōtraria. Nam quędaʒ capita: quę repugnare sibi uidebantur exposuit: adeo multa: adeo intima enumerans: ut aliquando ex eadeʒ disciplina fuisse uideatur. Quod si fuit q̄s eū Demosthenes poterit ab ĩpietate defendere: cui religionis fuerat assensus & fidei: cuius nomē induerat & sacramētū quod acceperat proditor factus est: nisi forte casu in man⁹ ei⁹ diuinę litterę inciderūt. Quę igitur temeritas erit id audere dissoluere: quod illi nemo interpretatus est bene: ꝙ aut nihil didicit: aut nihil intellexit? Tancū enī abest a diuinis litteris repugnātia: q̄tū ille abfuit a ueritate & fide: pręcipue tamen Paulū & Petrum lacerauit: cęterosꝗ discipulos tanq̄ fallacię seminatores: quos eosdem tam rudes & indoctos fuisse testatus est. Nā quosdam eorum piscatorio officio quęstuʒ fecisse: quasi ęgre ferret ꝙ illam rem nō aristophanes aliquis aut aristarchus cōmētat⁹ est.

Capitulum .iij. Quod a discipulis Christi uoluntas mentiēdi abfuit: qui uitaʒ exercebant contrariam uiciis. Et quod respōdendum fuit blasphemię eorum: qui Christum magum fuisse mentiti sunt: & sibiipsis contraria docuerunt.

Abfuit ergo ab his fingendi uolūtas & astutia: q̄m rudes fuerūt. Aut q̄s posset indoctus apta inter se & cohęrentia fingere: cū philosophorū doctissimi Plato & Aristoteles & Epicurus & Zeno, ipsi sibi repugnantia & cōtraria dixerint? Hęc ē enī mēdacioꝝ natura: ut cohęrere nō possint. Illorū aūt traditio ꝙ uera est quadrat ubiꝗ; ac tota sibi cōsentit: & ideo persuadet: ꝙ cōstanti ratione suffulta est. Non igitur quęstus & commodi gratia religionem istam cōmētati sunt: quippe quā & pręceptis

& ipsa re eam uitã secuti sunt : quę & uoluptatibus caret: & oĩa
quę habent̃ in bonis spernit: & q nõ tm̃ mortẽ ꝑ fide subierint:
sed etiam morituros esse se & scierint & prędixerint: & postea
uniuersos qui eoꝝ disciplinã secuti essent acerba & nefanda pas-
suros. Ipsũ aũt Christũ affirmauit a iudęis fugatũ: collecta no
ningentoꝝ hominũ manu latrocinia fecisse. Quis tantę auctori
tati audeat repugnare? Credam⁹ hoc plane: nã fortasse illi hoc in
somniis Apollo aliqs nũciauit. Tot semp latrones perierunt &
quotidie pereũt: utiq; multos & ipe dãnasti. Quis eoꝝ post cru
cem suã nõ dicĩ deus: sꝫ hõ appellatus est? Verũ tu forsitan ex eo
credidisti: quos homicidã Martẽ cõsecrastis ut deũ: qđ tñ non
fecissetis: si illũ ariopagitę in crucẽ sustulissent. Itẽ cũ facta eius
mirabilia destrueret: nec tñ negaret: uoluit ostẽdere Apolloniũ
uel paria uel maiora fecisse. Mirum q Apuleũ pretermisit: cui⁹
solent & multa & mira memorari. Cur igitur o delirum caput:
nemo Apolloniũ ꝓ deo colit: nisi forte tu solus: illo scilicꝫ deo di
gnus: cum quo te in sempiternum uerus deus puniet? Si magus
Christus q mirabilia fecit: peritior utiq; Apollonius (q ut descri
bis) cum Domician⁹ eũ punire uellet: repente in iudicio nõ cõpa-
ruit) q̃ ille qui comprehẽsus est & cruci affixus? At enim ex hoc
ipso fortasse insolentiã Christi uoluit arguere q deũ se cõstitue
rit: ut ille uerecũdior fuisse uideat: qui tum maiora faceret ut hic
putat) tñ id sibi nõ arrogauerit. Omitto nunc ipsa opera cõpara
re: q in secũdo & supiori libro de fraude ac prestigiis artis ma-
gicę dixi. Nego esse quenq̃ qui nõ optet in primis id sibi post
mortem contingere: quod etiam reges maximi cõcupiscũt. Cur
enim sibi homines sepulchra magnifica: cur statuas: cur imagi-
nes cõparant: cur aliqbus factis preclaris: aut etiam morte pro ci
uibus suscępta: student opiniones hominum ꝓmoueri? Cur de-
Vna est igit̄ uirtutis ac bonorū uia: quę fert nos ī elysios cāpos (ut poetę loquunt̄) sed ad ipsam mūdi arcem, hac leua maloꝝ exercet poenas: & ad impia tartara mittit. Est enī criminatoris illius: q prauis religionib9 institutis, auertit homines ab itinere cęlesti: & in uiā ꝑditionis inducit: cuius uię species, & figura sic est cōposita in aspectu: ut plana & patēs omni genere floꝝ atq3 fructuū delectabilis esse uideatur. In ea enim posuit de9 omnia quę ꝓ bonis habent̄ in terram: opulentiā dico: honorē: quietem: uoluptatem: illecebras omnes: sed cum his pariter iniusticiam: crudelitatem: superbiam: perfidiam: libidinem: cupiditatē:

discordiam:ignorantiam:mendacium:stulticiam:cęteraqꝫ uicia.
Exitus aũt huius uię talis est, Cũ uentum fuerit ad extremum un
de iam regredi nõ licet, cum omni sua pulchritudine tam subito
pręcidit̃: ut nõ ante qs fraudẽ prospicere possit: q̃ pręcipitatꝰ in
altitudinẽ ꝓfundã radat. Quisqs enĩ pręsentiũ bonoꝝ specie ca
ptus: & in his cõsequẽdis, ac fruẽdis occupatus, nõ pręuiderit ea
quę post mortẽ secutura sunt: seqꝫ a deo auerterit: is uero ad infe
ros deięctus in ęternã dãnabit̃ poenã. Via ergo illa cęlestis diffi
cilis & cliuosa ꝓposita est: uel spinis horrẽtibus aspera: uel saxis
extantibus impedita: ut cũ summo labore ac pedũ tritu: cũqꝫ ma
gna cadẽdi sollicitudine sit cuiqꝫ gradiendũ in hac posuit iusti
ciã: temperãtiã: patientiã: fidẽ: castitatẽ: abstinentiã: cõcordiam:
scientiã: ueritatẽ: sapientiã: cęterasqꝫ uirtutes: sed simul cum his
paupratẽ: ignominiã: laborẽ: dolorẽ: amaritudĩes omnes. Quis
qs enĩ spẽ suã porrexerit lõgius: & meliora maluerit: carebit his
terrę bonis: ut expeditus ac leuis difficultatem uię superet. Nec
enim potest qui se apparatu regio circundederit, aut diuitiis one
rauerit: angustias illas uel ingredi uel tenere. Vnde intelligitur
iccirco malis & iniustis facilius prouenire quę cupiant: quia pro
na & decliuis est eorum uia: bonis autem quę optent, difficile ꝓ
cedere: quia difficili & arduo itinere gradiuntur. Iustꝰ ergo quo
niã durum, asperũqꝫ iter ingressus est, cõtẽptui, derisui, odio sit
necesse est. Omnes enim quos cupiditas aut uoluptas pręcipites
trabit: inuident ei qui uirtutem capere potuit: & inique ferũt id
habere aliquẽ quod ipsi nõ habent. Erit itaqꝫ paup humilis, igno
bilis; subięctus iniurię; & tamen omnia quę amara sunt perfe
rens. Et si patientiam iugem ad summũ illum gradũ, finẽqꝫ per
duxerit, dabitur ei corona uirtutis: & a deo pro laboribus quos
in uita propter iusticiam pertulit: immortalitate donabitur. Hę
sunt uię quas deꝰ humanę uitę assignauit: in quibus singulis &
bona ostendit, & mala: sed ordine prępostero atqꝫ conuerso. In
una enim monstrauit temporalia prius mala, cum ęternis bonis
qui est ordo melior: in altera tẽporalia prius bona cũ ęternis ma
lis qui est ordo deterior: ut quicunqꝫ pręsentia mala, cuꝫ iusticia
delegerit: maiora & certiora bona cõseq̃t̃: q̃ fuerũt illa quę spre
uit. Quisquis autem pręsentia bona pręposuerit iusticię: in ma
iora & longiora incidet mala: q̃ fuerunt illa quę fugit. Hęc enim

uita tēporalis est q breuis est: & iccirco & bona eius,& mala,bre
uia sint necesse est. Illa uero spūalis quę huic terrenę cōtraria est:
q sempiterna est:iccirco & bona ei9 & mala sempiterna sunt. Ita
fit:ut & bonis breuib9 mala eterna: & malis breuib9 bona ęterna
succedāt. Itaq; cū simul pposita sint homini bona & mala,cōsi
derare unūquēq; secū dec;,q̄to satius sit pro ppetuis bonis,mala
breuia pēsare:q̄ pro breuibus & caducis bonis,mala ppetua susti
nere. Nā sicut in hoc sęculo cū est ppositu; cu; hoste certamen:
prius laborandū est:ut sis postmodū in ocio:esuriendū,sitiēdū,
Aestus,frigora pferēda,humi qescendū:uigilandū:periclitandū
est ut saluis pignorib9:& domo,& re familiari:& omnibus pa
cis ac uictorię bonis pfrui possis. Sin aūt pręsens ociū malueris
q̄ laborē:malū tibi maximū facias necesse est. Pręoccupabit eni;
aduersarius nō resistentē:uastabunť agri:deripieť domus:in pre
dam uxor,ac liberi uenient:ipse interficiere ac capiere. Quę om
nia ne áccédant pręsens cōmodū déferēdū est:ut maius lōgiusq;
pariať. Sic in omni hac uita q nobis aduersarium deus reserua
uit:ut possemus capere uirtutē:omittenda est pręsens uoluptas:
ne hostis opprimat:uigilandū stationes agendę:militares expe
ditiones obeundę:fundendus ad ultimu; cruor. Omnia deniq;
amara,& grauia patienter ferenda : eo quidem promptius quo
nobis imperator noster deus,pręmia pro laboribus ęterna con
stituit. Et cum in hac terręna militia tantum homines laboris ex
hauriant:ut ea sibi pariant:quę possunt eode; modo perire quo
parta sunt:certe nobis nullus labor est recusandus:quo id acqui
ritur quod nullo modo possit amitti. Voluit eni; deus qui ho
mines ad hanc maliciam genuit:expeditos in acie stare:& inten
tis acriter animis ad unius uel inuisibilis hostis insidias:uel aper
tos impetus uigilare:q nos (sicut periti & exercitati duces solēt)
uariis artibus captat: p cuiusq; natura & moribus sęuiens. Aliis
enim cupiditatē insatiabilē immittit:ut opibus suis tanq̄ cōpedi
bus illigatos:a uia ueritatis excutiat. Alios inflammat ire stimu
lis:ut ad nocendū potius intētos:a dei cōtēplatione detorqueat.
Alios imoderatis libidinib9 immergit:ut uoluptati & corpori
seruiētes:ad uirtutē respicere nō possint. Aliis uero inspirat inui
diā:ut suis ipsis tormētis occupati:nihil aliud cogitēt: nisi eo;
quos oderint foelicitatē. Alios inflāmat ambitōib9. Hi sunt qui

ad gerēdos mgr̃atus oēm uitę suę operā curāq₃ conuertūt: ut fa
stos signēt: & annis nomē īponāt. Quorūdā cupiditas tēdit alti
us nō ut ꝓuintias tpali gladio regāt: sꝫ ut infinita & ꝑpetua ptāte
dn̄os se dici uelint uniuersi generis humani. Quos aūt pios ui-
derit inanib⁹ īplicat religionib⁹: ut īpios faciat. His uero q̄ sapiē
tiā q̄rūt: philosophiā in oculos impingit ut speciē lucis execret:
ne q̄s cōprehēdat aut teneat ueritatē. Sic hoībus obstruxit adit⁹
oēs: & obsepsit omnes uias publicis latas errorib⁹. Quos ut di
scutere possem⁹: ipsū q₃ auctorē maloꝝ uīcere illumīauit nos de
us: & armauit uera celestiq₃ uirtute: de q̄ mihi nūc disserēdū est.

Cap. v. De falsa diffinitōe philosophię: quā auctore Lucilio posuerūt philosophi: & uera differentia scientię & uirtutis.

SEd priusq̄ singulas uirtutes exponere incipiā: determinan
da est ipsa uirt⁹: quā philosophi nō recte diffinierūt quid
esset: aut in ceteris q̄bus rebus q̄d operis q̄d habeat officii. No-
men itaq₃ solū retinuerūt: uim uero & effectū, & rationē ꝑdide
rūt. Quecūq₃ aūt in diffinitione uirtutis solēt dicere: paucis uer
sibus colligit & enarrat Lucilius: quos malo equidem ponere:
ne dum multorum sententias refello: sim longior q̄ necesse est.
Virtus albine: est preciū persoluere uerū. Quis inuersamur: q̄s
uiuimus rebus adesse. Virtus est homini scire id quod queq₃ ha
beat res. Virtus scire homini rectum: utile: q̄d sit honestū. Quę
bona quę mala. Itē quid inutile: turpe: inhonestū. Virtus quęrē
dę rei finem: scire modūq₃. Virtus diuitiis: pręmiū ꝑsolure pos
se. Virtus id dare: quod re ipsa debet honori. Hostē esse atq₃ in
imicū hominum morūq₃ bonorū: Cōtra defensorē hominū:
morūq₃ bonorū: Hos magnificare: his bene uelle: his uiuere ami
cum. Cōmoda preterea patrię sibi prima putare: Deinde parētū,
tertia iam postremaq₃ nostra. Ab his diffinitionibus quas poeta
breuiter cōprehendit Marcus Tullius traxit officia uiuendi: Pa-
netium stoicum secut⁹: eaq₃ tribus uoluminibus inclusit. Hęc au
tem q̄ falsa sint mox uidebim⁹: ut appareat q̄tū in nos dignatio
diuina cōtulerit: quę nobis aperuit ueritatē. Virtutē esse dixit:
scire quid sit bonum & malum: quid turpe: quid honestū: quid
utile: q̄d minus breuiusq₃ facere potuit: si tantū bonū ac malum

diceret ꝙ nihil potest esse utile uel honestū: quod nō idē bonū sit. Nihil inutile ac turpe: qđ nō idē malū sit. Quod & philosophis uidet̃: & idē Cicero in tertio supradicti operis libro ostendit. Verū sciētia nō pōt esse uirt⁹: ꝙ nō est intus in nobis: sȝ ad nos extrinsec⁹ uenit. Qđ aūt trāsire ab altero ad alterū pōt: uirt⁹ nō est: ꝙ uirtus sua cuiqȝ est. Scientia igit̃ alieni beneficiȝ est: quia posita est in audiēdo. Virtus tota nostra est: ꝙ posita est in uolūtate faciēdi bonū. Sicut ergo in itinere celebrādo nihil ꝓdest uiā nosse: nisi conat⁹ ac uires suppetāt ambulādi: ita uero sciētia nihil ꝓdest: si uirtus ꝓpria deficiat. Nā fere etiā hi q peccāt: & si nō ꝑfecte: tñ qđ sit bonū & malū sentiunt. Et quotiēs aliqđ improbe faciūt: peccare se sciūt: & ideo celare nitunt̃: sed cū eos boni & mali natura nō fallat: cupiditate mala uincunt̃ ut peccent: ꝙ deest illis uirt⁹: idest cupiditas recta & honestas faciēdi. Ex hoc igitur apparet aliud esse scientiā boni maliqȝ: aliud uirtutem: ꝙ potest esse scientia sine uirtute: sicut in plurimis philosophorum fuit. In quo quoniā recte ad culpam pertinet non fecisse quę scieris: recte uoluntas praua, & uiciosus animus queȝ excusare ignoratio non potest punietur. Ergo sicut uirtus non est bonum ac malum scire: ita uirtus est bonum facere, malum non facere. Et tamen scientia sic cum uirtute cōiuncta est: ut scientia pręcedat uirtutem: uirtus subsequat̃ sciētiā: ꝙ nihil prodest cognicio: nisi & actio subsequat̃. Horatius ergo paulo melius diffiniuit. Virtus est uiciū fugere & sapiētia prima: sed inepte: ꝙ eam cōtrario terminauit: ut si diceret bonū ē quod malū non ē. Cur enim quid sit uirtus nescio: ne uiciū quidem quid sit scio? Vtrūqȝ igit̃ īdiget diffinitione: quia natura rei talis ē: ut utrūqȝ aut intelligi aut nō ītelligi sit necesse. Verū nos faciamus quod ille debuit. Virtus est iram cohibere: cupiditatē cōpescere: libidinē refrenare: idest enim uiciuȝ fugere. Nā fere omnia quę fiunt iniuste atqȝ improbe: ab his oriuntur affectibus. Si enim cōmotionis huius quę ira dicitur, impet⁹ retundat̃: omnes hominū cōtentiones malę sopient̃: nemo insidiabit̃: nemo prosiliet ad nocendum. Item si cupiditas temperetur: nemo terra mariqȝ grassabitur: nemo exercitum ducet: ut rapiat & uastet aliena. Itē si ardor libidinuȝ cōprimatur: omnis ętas & sexus retinebit suam sanctitatem. Nemo quicquam pudendum aut patietur aut faciet: ergo uniuersa

scelera & flagitia his cōmotionibus uirtute sedatis: ex hominū uita moribusq; tollenť. Quę sedatio cōmotionum & affectuū hanc habet rationem: ut omnia recta faciamus. Omne igitur uirtutis officium est nō peccare: quo profecto fungi nō potest: q deum nescit: quoniam ignoratio eius a quo bona oriuntur, imprudentem impingat in uicia necesse est. Itaq; ut breuius & significantius utriusq; rei summa officia determinē: sciētia est deū nosse: uirtus colere: in illo sapientia: in hoc iustitia continetur.

Capi. vi. Q. philosophi nescierūt qd esset bonū aut malū: q̄ fōte boni lucidū nesciebāt: nec ītellexerūt q̄s debeat rerū & operū finis esse: & q̄mo cōstet Luciliū falso diffiniuisse uirtutis officia

Dixi qd' erat primū, scientiā boni nō esse uirtutē: deinde qd sit uirtus & in quo sit: sequr ut id quoq; ipsū, qd sit bonū & malū nescisse philosophos breuiter ostendam: q̄ pene declaratum est libro tertio cum de sūmno bono disputarē. Qui autem quid esset summum bonum nescirent: & in ceteris bonis malisue, quę summa non sunt: errauerint necesse est: quod nō potest uero iudicio examinare: qui fontē ipsū nō tenet: unde illa descendunt. Fons autem bonorum deus est: malorum uero ille scilicet diuini nominis semper inimicus: de quo sępe diximus. Ab his duobus principiis bona malaq; oriuntur. Quę ueniunt a deo hanc habent rationem: ut immortalitatem parent quod est summum bonum. Quę autem ab illo altero: id habent officium ut a cęlestibus auocatum, terrenisq; demersū: ad poenā interficiant sempiternam: quod est summum malū. Non igitur dubiū est quin omnes illi, quid esset bonum & malum, ignorauerint: q net deum, nec aduersarium eius scierint. Itaq; finem bonorū ad corpus & ad hanc uitam breuem retulerunt: quā scilicet solui & occidere necesse est: nō sunt pgressi ulteri⁹: sed omnia eorū pręcepta & oīa quę inducunt bona, terrę inhęrent, & humi iacēt: q̄m simul cum corpore quod est terra, moriuntur: pertinēt enim nō ad uitam homini comparandam: sed ad quęrendas uel agendas opes: honores: gloriam: potentiā: quę sunt uniuersa mortalia tam scilicet q̄ ille qui, ut ea sibi contingerent, laborauit. Hinc est illud. Virtus quęrendę rei finem scire modumq;. Pręcipiūt eni,

quibus modis,& qbus artibus res familiaris quęrenda sit:q̃ ui-
dent male quęri solere. Sed huiusmôi uirtus nõ est ꝓposita sapi
enti. Nec enĩ est uirtus opes quęrere:quarũ neq; inuẽtio,neq; pos
sessio,in nostra potestate est. Itaq; & quęstu & optẽtu faciliores
sunt malis,q̃ bonis. Nõ potest ergo uirtus esse in his reb⁹ quęren
dis:in quarũ cõtẽptu,uis ac ratio uirtutis apparet: nec ad ea ipsa
trãsfugiet:quę magno ac excelso animo calcãt,ac ꝓterere gestit:
neq; fas est animã cęlestib⁹ intẽtam bonis:ut hęc fragilia sibi cõ-
paret,ab immortalib⁹ suis operibus auocari:sed potissimũ ĩ his
reb⁹ cõparandis,uirtutis ratio consistit:quas nobis nec hõ ullus
nec mors ipsa põt auferre,cũ hęc ita se habeãt:illud qđ sequtur ue
rũ est, Virtus diuitijs preciũ persoluere posse. Qui uersus idẽ
fere significat qđ primi duo:sed neq; ipse neq; q̃sq̃ philosophø
rũ scire potuit:preciũ ipsuȝ uel quale,uel qđ sit. Idẽ enĩ poetę & qu-
illi oẽs quos secutus est,putauerũt recte opibus uti:hoc est frugi
esse nõ instruere cõuiuia sumptuose:nec largiri temere:nõ effun-
dere uires supuacuas aut turpes,rẽ familiarẽ. Dicet aliqs fortasse.
Quid tu? Negas ne hanc esse ueritatem? Non equidem nego:cõ
traria enim uideor probare si negem:sed uerani nego:q̃ non sit
illa cęlestis sed tota terrena est: quandoquidem nihil efficit nisi
quod remaneat in terra. Quid sit autem recte opibus uti:& qs
sit ex diuitijs fructus petendus:declarabo apertius:cuȝ de pieta-
tis officio loqui coepero. Iaȝ cętera quę sequunť nullo modo ue-
ra sunt. Nam improbis inimicitias indicere,aut bonorũ defensi
onẽ suscipere:potest cuȝ malis esse commune. Quidam enĩ ꝓbi-
tate ficta,uiam sibi ad potentiã muniũt:faciuntq; multa quę bo-
ni solent:eo quidem promptius:q̃ fallendi gratia faciunt. Vti-
nãq; tam facile esset pręstare:q̃ facile est simulare bonitateȝ. Sed
hi cuȝ esse coeperint propositi ac uoti sui compotes:& summuȝ
potentię gradum coeperint:cũ uero simulatione deposita mo-
res suos detegũt:capiunt:omnia uiolãt & uexãt:eosq; ipsos bo-
nos quorũ causa susceperãt,insequunť:& gradus per quos ascen
derunt,amputant:ne quis illos,contra ipsos,possit imitari. Veȝ
tamen putemus hoc officium non nisi boni esse:ut bonos defen
dant:at id suscipere facile est:implere difficile:quia cum te certa-
mini congressioniq; commiseris:in arbitrio dei non tuo posita
uictoria est. Et plerũq; improbi & numero & cõspiratione sũt

Nota

potẽtiores q̃ boni: ut ad eos ſupandos nõ tam uirtus ſit, q̃ ſoelicitas, neceſſaria. An aliq̃s ignorat ꝙ aliquotiẽs, melior, iuſtiorq̃ pars uicta ſit? Hinc ſemꝑ dñatões acerbe ĩ ciues extiterũt. Plena eſt exẽplis oĩs hiſtoria: ſ; nos cõtẽti erim⁹ uno. Claudius enĩ põpeius bonorũ uoluit eſſe defenſor: ſiq̃dẽ pro republica: ꝓ ſenatu: ꝓ libertate arma ſuſcepit. Idẽ tñ uictus cũ ipſa libertate occidit: & a ſpadonib⁹ egyptiis detrũcatus inſepultus abiectus eſt. Nõ eſt igit̃ uirt⁹ aut hoſtẽ malorũ: aut defenſorẽ bonoru; eſſe: q̃ uirt⁹ in certis caſib⁹ nõ põt eſſe ſubiecta. Cõmoda preterea patrie prima putare: ſublata hominũ cõcordia, nulla eſt omnino. q̃ ſunt enĩ patrie cõmoda: niſi alterius ciuitatis aut gẽtis incõmoda? Id eſt fines propagare, alios uiolẽter ereptos: augere imperiũ uectigalia facere meliora? Que omnia nõ utiq̃ uirtutes: ſed uirtutũ ſunt euerſiones. Imprimis eni; tollit̃ humane ſocietatis cõiunctio: tollit̃ innocentia: tollitur alieni abſtinentia: tollitur deniq̃ ipſa iuſticia: que diſcidium generis humani ferre nõ poteſt & ubicunq̃ arma fulſerunt: hinc eam fugari & exterminari neceſſe eſt. Verum eſt Ciceronis illud. Qui autem ciuium rationẽ dicunt habendam: externorum negant: dirimunt hi cõmunem generis humani ſocietatẽ: qua ſublata, beneficẽtia: liberalitas: bonitas: iuſticia funditus tollit̃. Nam quomodo poteſt iuſtus eſſe q nocet: qui odit: q ſpoliat: qui occidit? Que omnia faciunt: qui patrie prodeſſe nituntur. Id enim prodeſſe quid ſit ignorant: q nihil putant utile nihil commodum: niſi quod teneri manu poteſt: quod ſolum teneri nõ poteſt: quia eripi poteſt. Hec itaq̃ ut ipſi appellant bona quiſq̃s patrie acquiſierit: hoc eſt qui euerſis ciuitatibus: gentibuſq̃ deletis erarium pecunia referſerit: agros coeperit: ciues ſuos locupletiores fecerit: hic laudib⁹ fertur in celũ: hec putat̃ ſumma & perfecta eſſe uirt⁹. Qui error nõ modo populi & imperitorum ſed etiã philoſopho; eſt: qui precepta quoq̃ dãt ad iuſticiã: ne ſtulticie ac malicie diſciplineq̃ auctoritas deſit. Itaq̃ cu; de officiis ad rem militarem pertinentibus diſputent: neq̃ ad iuſticiam neq̃ ad ueram uirtutem commodatur illa omnis oratio: ſed ad hanc uicã moremq̃ ciuilem: quam non eſſe iuſticiam & res indicat; & ipſe Cicero teſtatus eſt. Sed nos inquit, ueri iuris germaneq̃ iuſticie ſolidam & expreſſa; effigiẽ nulla; tenemus. Vmbra & imaginibus utimur: ea[s]q̃ ipas utina;

ſequeremur,ferunt enī ab optimis naturę ac ueritatis exemplis. Vmbra eſt igitur & imago iuſticię:quā illi iuſticiā putauerunt. Quid ſapiētiā? Nōne idē cōfitent in philoſophis eē nullā? Aut rū Fabricius,inquit,aut Ariſtides iuſtus nominent:aut ab illis fortitudinis aut ab hoc iuſticię tanquā a ſapiēte petit exēplū? Nemo enī hoꝝ ſic ſapiēs,ut ſapientē uolumus intelligi. Nec hi q̄ ſapientes habiti & nominati:Marcus Cato,& Cicero,Lęlius,ſapiētes fuerūt.Nec illi quidem ſeptē:ſed ex mediorū officiorū frequentia ſimilitudinē quādam gerebant,ſpeciemq̧ ſapientum.Si ergo & philoſophis ipſorum cōfeſſione adempta ſapientia eſt:& his q̄ iuſti habiti ſunt:adempta iuſticia eſt.Omnes igitur illę,uirtutis deſcriptiones,falſę ſint neceſſe eſt:q̄ quę ſit uera uirtus ſcire nō poteſt:niſi iuſtus ac ſapiens.Iuſtus autem ac ſapiens nemo eſt:niſi quem dominus pręceptis cęleſtibus erudiuit.

Capitulum.vij.Quod in uia erroris eſt ſpecies ſapientię & uirtutis.Et q̄ uia ueritatis & ſapientię eſt ſimplex & anguſta & ardua:& deum habet ducem.

DAm illi omnes qui,per aliorū confeſſam ſtulticiam,ſapientes exiſtimāt:ſpecie uirtutis inducti:umbras & imagines apprehendunt:nihil uerū.Quod ea fit ratione:quoniam uia illa ut mendax:quę fert ad occaſum:multos tramites habet:propter ſtudiorum & diſciplinarum ueritatem:quę ſunt in uita hominum diſſimiles atq̧ diuerſę.Nam ſicut illa uia ſapientię habet aliquid ſimile ſtulticię:quod libro pręcedēte mōſtrauimus:ita hęc cū ſit tota ſtulticię:habet aliquid ſimile ſapientię: quod arripiant hi qui ſtulticiam publicam intelligunt: & ut habet uicia manifeſta:ſic habet aliquid quod ſimile eſſe uideatur uirtuti:ut habet apertum ſcelus:ſic imaginem quandam ſpeciemq̧ iuſticię Quomodo enim pręcurſor eius uię(cuius uis & poteſtas omnis in fallendo eſt)uniuerſos in fraudem poſſet inducere: niſi ueriſimilia hominibus oſtentaret?Deus enim ut immortale illud arcanū eius in aperto eſſet:poſuit in uia ſua:quę homīes pro malis & turpibus aſpernarentur: ut auerſi a ſapientia & ueritate: quam ſine duce ullo requirebant:in idipſum inciderent:qd' uitare ac fugere cupiebant. Itaq̧ illam perditionis ac mortis uiam

multiplice; ostēdit: uel ꝙ multa sint genera uitę: ul' ꝙ dii multi q colunt̃. Huius dux pręuaricator ac subdolus: ut uideat̃ esse discri men aliqđ falsi, & ueri, mali ac boni. Alia ducit luxuriosos, alia eos q frugi appellant̃: alia imperitos; alia doctos: alia iertes: alia strennuos: alia stultos: alia philosophos. Et eos qdem non uno tramite. Illos enĩ q aut uoluptates aut diuitias nō r̃fugiūt: ab hac publica & celebri uia modice segregat. Eos autem qui aut uirtu tem sequi uolunt: aut cōtēptū rerū confitentur: ꝑ cōfragosa quę dam pręcipitia trabit. Sed tñ illa omnia itinera quę speciē bono rū ostentāt, non sunt alię uię: sed diuerticula & semitę: quę uidē tur quidem ab illa cōmuni dextro uersum separari: ad eandē tñ & ad unū, omnes, exitum sub ipso fine referunt̃. Ibi enim dux il le coniungit oēs: ubi opus fuerat bonos a malis: fortes ab inerti bus: sapientes a stultis separari: in deorū scilicet cultu: in quo ille uniuersos quia sine ullo discrimine stulti fuerunt: uno mucro ne iugulat, & pręcipitat in mortem. Hęc autem uia quę est uerita tis: & sapientię: & uirtutis: & iusticię: quorum omnium fons unus est: una uis: una sedes: & simplex est: quod paribus animis summaqꝫ concordia unum sequamur & colamus deum: & an gusta: quoniam paucioribus uirtus data est & ardua: quoniam ad bonum: quod summum & sublime est: nisi cum summa dif ficultate & labore non potest perueniri.

Capitulum. viii. Quare a philosophis ueritas inueniri nō po terat: nec ab his qui terrenis dediti sunt: sed ab electis inuenitur per legem dei: cui potest Ciceronis diffinitio adaptari.

HAec est uia quā philosophi quęrūt: sed ideo nō inuenerūt, ꝙ in terra potius (ubi apparere nō potest) quęrunt: errāt er go uelut in mari magno: nec quo ferantur, intelligunt: quia nec ui am cernunt: nec ducem sequuntur ullum. Eadem nanqꝫ ratione hanc uitę uiam quęri oportet: qua in alto iter nauibus quęritur: quę nisi aliquod cęli lumen obseruent: incertis cursibus uagant̃. Quisqꝫ autem rectum iter uitę, tenere nititur: non terram debet aspicere sed cęlū: & (ut apertius loquar) non hominē sequi debet sed deum: non his terrestribus simulachris: sed deo seruire cęle sti: nō ad corpus referri omnia sed ad mentem: nō huic uitę dare

operaꝝ:sed ęternę. Itaq; si oculos in cęlū semp intendas: & solē qua orit̃ obserues:eūq; habes uitę quasi nauigij ducē,sua sponte in uiam pedes dirigent: & illud cęleste lumē,qđ sanis mētibꝰ mlto clarius sole est:q̃ hic quē in carne mortali uidemꝰ,sic reget:sic gubernabit:ut ad sūmū sapiētię uirtutisq; portū,sine ullo errore ꝑducat. Suscipiēda igit̃ dei lex q̃ nos ad iter dirigat: illa sācta illa cęlestis:quā Mar. Tul. ĩ libro de republica tertio,pene diuina uoce depīxit:cuiꝰ ego(ne plura dicerē)uerba subięci. Est qdē uera lex,recta ratio naturę cōgruēs:diffusa in oēs:cōstās sempiterna,quę uocet ad officiū iubēdo:uetādo;a fraude deterreat: quę tñ neq; probos frustra iubet aut uetat:nec improbos iubēdo aut uetādo mouꝫ. Huic legi nec ꝓpagari fas est,neq; derogari:ex hac aliquid licet:neq; tota abrogari potest:nec uero aut per senatum aut per populum,solui hac lege possumus. Neq; est quęrēdus explanator aut interpres eius alius. Nec erit alia lex romę:alia athenis:alia nunc:alia post hęc:sed & omnes gentes: & omni tempore una lex & sempiterna & immutabilis cōtinebit. Vnusq; erit communis quasi magister & imperator omnium deus:ille legis huius inuentor:disceptator:lator:cui qui nō parebit:ipse se fugiet:ac naturam hominis aspernatur:hoc ipso luet maximas poenas:etiam si cętera supplicia,quę putantur,effugerit. Quis sacramentum dei sciens:tam significāter enarrare legem dei posset:q̃ illam homo longe a ueritatis noticia remotus expressit. Ego uero eos qui uera imprudentes loquuntur:sic habendos puto tanq̃ diuino spiritu aliquo instructi. Quod si,ut legis sanctę uim rationēq; peruidit:ita illud quoq; scisset aut explicasset: in quibus pręceptis lex ipsa cōsisteret:nō philosophi functus esset officio sed ꝓphetę:quod q2 facere ille non poterat:nobis faciēdū est:quibus ipsa lex tradita est ab illo uno mgr̃o & impatore oīuꝫ deo.

Capi. ix. Q2 caput religionis & uia ueritatis est deum fideliter noscere & fideliter colere. Et quare diuersę leges sint a gentibus institutę. Et quis sensuuꝫ integritate uigeat:quā gratia largitur:potiusq̃ natura.

QVius legis caput est primū ipsuꝫ deū nosse:soli obtēpare, solum colere. Nō potest enim rationeꝫ hominis optinere

qui parentem animę suę deum nescit: quod est summum nefas. Quę ignoratio facit ut diis alienis seruiat: quo nihil sceleratiꝰ cōmitti pōt. Hinc iā ꝓclíuis est ad malitiā gradus: per ignorátiā ueri ac singularis boni: qa deus quē nosse refugit, fons est ipse bonitatis. vel si iustitiam sequi uolet dei: diuini tamen iuris ignarus: gentis suę leges tanq̄ uerum ius amplectitur: quas non utiq; iustitia sed utilitas repperit. Cur enim ꝑ omnes populos diuersa & uaria iura sūt cōdita: nisi ꝙ vnaqueq; gens id sibi sáxit: quod putauit rebus suis utile. Quantū autem a iustitia recedat utilitas: populus ipse Romanus docet: q per foetiales bella indicendo: & legitime iniurias faciendo: semꝑq; aliena cupiendo atq; rapiēdo: possessionē sibi totius orbis cōparauit. Veꝝ hi se iustos putāt: si contra leges suas nihil faciant: quod etiā timori ascribi pōt: si pręsentiū poenaꝝ metu, sceleribus abstineāt. Sed concedamus sane: vt id natura uel, ut ait phūs, sua sponte faciāt: qđ legibus facere cogunť. Num iccirco iusti erunt: qui parent institutis hominum: qui & ipsi aut errare aut iniusti esse potuerūt. Sicut illi duodeciꝫ tabulaꝝ cōditores: qui publicę utilitati ꝓ cōditione tempoꝝ seruierūt. Aliud est igitur ciuile ius quod ꝓ moribus ubiq; uariať: aliud est uera iustitia: quam vniformē ac simplicē ꝓposuit omnibus deus: quē q ignorat: & ipsā iustitiā ignoret necesse ē. Sed putemus fieri posse: vt aliquis naturali & ingenito bono ueras uirtutes capiat: qualē fuisse Thimoneꝫ, Athenis, accepimus: qui & egētibus stipē dedit: & pauperes inuitauit: & nudos īduit: tamen cū illud unū, quod est maximū deest, agnitio dei: iam illa bona omnia supuacua sunt & inania: vt frustra in his assequēdis laborauerit. Omnis.n. iustitia eius similis ē humano corpori caput non habenti: in quo táetsi mēbra omnia & locis suis constent: & figura & habitudine: tamē quoniā deest id quod ē omniū pricipale: & uita & omni sensu caret. Itaq; membra illa formā tātūmodo mēbroꝝ habēt: usum nō habēt: tá scilicet q̄ caput sine corpore, cui similis est qui cum deum ignoret: uiuit iniuste. Id.n. solum habet quod est summū: sed frustra: quoniaꝫ virtutibus tanq̄ membris eget. Itaq; vt sit viuum ac sensibile corpus: & agnitio dei necessaria est quasi caput: & uirtutes omnes quasi corpus: ita fiet homo perfectus ac uiuus: sed tamen summa omnis in capite est. Quod quis constare non possit sine omnibus: sine quibusdam tamen

potest.Et erit quidem animal uiciosum ac debile:sed tamē uiuet
sicut & is qui deū nouit:& in aliqua re peccat:dat .n. peccatis ue
niam deus.Itaq; sine mēbris aliquibus uiui pōt: sine capite nullo
modo.Hęc res efficit:vt phī etiam si natura boni sunt:tamen ni
hil sciant:nihil sapiant.Omnis doctrina & uirtus eorum sine ca
pite est:quia deum nesciūt:qui est uirtutis ac doctrinę caput: quē
qui non agnoscit:licet uideat cęcus est:licet audiat surdus:licet lo
quatur elinguis est.Cum uero conditorē reꝝ parentemq; cogno
uerit : tunc & uidebit & audiet & loquetur ; Habere enim caput
coepit:ī quo sunt sensus omnes collocati:hoc est oculi: auris: &
lingua.Nam profecto is uidet:qui ueritatem in qua deus est : uel
deum in quo ueritas est:oculis cordis aspexerit.Is audit qui diui
nas uoces ac pręcepta uitalia pectori suo affigit. Is loquitur qui
cęlestia disserēs : uirtutē ac maiestatē dei singularis enarrat.Qua
re non est dubium quin impius sit quisq; deum non agnouerit ;
omnesq; uirtutes eius quas habere aut tenere se putat : in illa mor
tifera uia reperiūtur:quę est tota tenebraꝝ. Quapropter nihil est
ꝙ aliquis sibi gratuletur:si has inanes uirtutes adeptus est: qa nō
tm̄ miser,qui bonis pręsentibus careat: sed etiā stultus sit necesse
est:qui labores in uita sua maximos suscipiat īcassum. Nā dem
pta spe īmortalitatis:quam deus pollicetur in sua religione uersā
tibus:cuius assequendę gratia uirtus appetenda est : & quicquid
malorū acciderit pferendū est.Maxima erit pfecto uanitas:obse
qui uelle uirtutibus:quę frustra homini calamitates afferunt & la
bores.Nam si uirtus est :egestatē:exilium:dolorem:mortemq; :
quę timētur a cęteris pati fortiter:ac subire:quid tandem boni in
se habet? Cur eam phī ppter seipsam dicant expetendam ? Nimi
rum superuacuis & inanibus poenis delectantur:quibus licet age
re tranquille.Si eniꝫ mortales sunt animę: si uirtus dissoluto cor
pore nihil futura est:quid fugimus attributa nobis bona : quasi
aut ingrati aut indigni qui diuinis muneribus perfruamur?Quę
bona ur habeamus scelerate impieq; uiuendum est:quia uirtuteꝫ
idest iustitiam paupertas sequitur.Sanus igitur non est:qui nulla
spe maiori proposita:his bonis quibus cęteri utuntur ī uita:labo
res & cruciatus & miserias anteponat. Si auteꝫ uirtus (ut ab his re
ctissime dicit(capessenda ē : qa cōstet ad eam nasci hominē,sub
esse debet spes aliqua maior:quę maloꝝ & laborum quos pferre

uirtutis est:magnum efferat preclarumq; solatium. Nec aliter uirtus(cum per se dura sit)haberi ꝓ bono potest:q̃ si acerbitatē suā maximo bono penset. Aeque non aliter his bonis presentibus abstinendū est:q̃ si sint aliqua maiora propter que tanti sit & uoluptates omittere,& mala omnia sustinere. Ea uero nulla sunt bona alia:ut in tertio docui:nisi perpetue uite. Hanc autē prestare quis potest:nisi deus:qui uirtutem ipsam ꝓposuit. Ergo in dei agnitione & cultu rerū summa uersatur: in hoc est spes omnis & salus hominis:hic est sapiētie gradus primus,ut sciamus quis sit nobis uerus pater:eumq; solum pietate debita prosequamur:huic pareamus:huic deuotissime seruiamus:in eo promerendo actus oīs & cura & opera collocetur.

Capi.x. Q; religio deo:misericordia homini debetur. Et quas causas edificandi ciuitates:& cōueniēdi socialiter: & inuentionis uerborum falso commenti sunt.

d Ixi quid debeatur deo:dicam nunc quid homini tribuēdū sit:quanq̃ idipsum quod homini tribueris: deo tribuitur: quia homo,dei simulachrum est: sed tamen primū officiū iustitie est cōiungi,cū deo:secundū cū homīe; sed illud primum religio dicitur:hoc secundū misericordia uel humanitas nominatur. Que uirtus ꝓpria ē iustoꝝ & cultoꝝ dei:q; ea sola,uite cōmunis i se cōtinet rationē. Deus.n.qui ceteris animalibus sapiētiā nō dedit:naturalibus ea munimētis ab incursu & ꝑiculo tutiora generauit. Hominē uero nudū fragilēq; formauit:ut eum sapiētia potiꝰ instrueret:dedit preter cetera hunc pietatis affectū: ut homo hominē tueatur:diligat:foueat: cōtraq; omnia pericula & accipiat: & prestet auxilium. Sūmum igitur inter se hominū uinculū ē humanitas:quod qui disruperit:nefarius & parricida existimādus est. Nam si ab uno homine quē deus finxit omnis orimur: certe consanguinei sumus: & ideo maximū scelus putādū est odisse hominē uel nocētē. Propterea deus precepit inimicitias per nos nunq̃ faciendas:semper esse tollēdas:scilicet ut eos qui sint nobis inimici:necessitudinis admonitos mitigemus. Item si ab uno deo īspirati sumꝰ oēs & animati:qd aliud q̃ fratres sumus? Et qdem cōiunctiores q; animis:q̃ q corporibus. Itaq; non errat Lucretius

cum dicit: deniq; cęlesti sumus oēs semine oriundi. Omnibus il
le idem pater est. Ergo pro beluis īmanibus sunt habendi: qui ho
minibus nocent: qui contra ius humanitatis: & fas omne spoliāt,
cruciant: occidunt: exterminant. Ob hanc necessitudinem germa
nitatis docet nos deus, mala nunq̄ facere: bonum autem semp. Id
autem ipsum bene facere quid sit: idem ipse pręscribit. Pręstare
auxilium depressis & laborātibus: impartiri uictu; non habenti
bus. Deus. n. quoniā pius est: animal nos uoluit esse sociale. Itaq;
in aliis hominibus nosipsos cogitare debemus. Non meremur ī
periculo liberari: si non succurrimus. non meremur auxilio: si ne
gamus. Ad hanc partē, philosophoꝝ nulla pręcepta sunt: quippe
qui falsę uirtutis specie capti: misericordiam de homine sustule
runt: & dum uolunt sanare uicia auxerunt. Et cum iidem plerūq;
fateantur: societatis humanę cōmunionem esse retinendam: ab ea
plane seipsos inhumanę uirtutis suę rigore dissociant. Cōuincē
dus ergo etiam hic error illoꝝ est: qui nihil cuiq̄ impartiendum
putant. Vrbis condendę originē atq; causam non unam intule
runt: sed alii, eos homines, qui sint ex terra primitus nati: cum per
siluas & campos erraticam degerent uitā: nec ullo inter se sermo
nis: aut iuris uinculo cohęrerent: sed frondes & herbam pro cubi
libus: speluncas & antra pro domibus haberent: bestiis & fortio
ribus animalibus prędę fuisse cōmemorant. Tum eos qui aut lā
niati effugerant: aut laniari ꝓximos uiderant: admonitos pericu
li sui: ad alios homines decurrisse: pręsidiu; īplorasse: & primo
nutibus uoluntatē suā significasse. Deinde sermonis initia tentas
se: ac singulis quibusq; rebus nomina īprimēdo: paulatim loquē
di perfecisse rationem. Cum autē nec multitudinē ipsam uiderēt
contra bestias esse tutam: oppida etiam coepisse munire: ut uel qe
tem noctis tutam sibi facerent: uel ut incursiones atq; impetus be
stiaꝝ non pugnando: sed obiectis aggeribus arcerent. O ingenia
hominibus indigna: quę has ineptias ꝓtulerunt: miseros atq; mi
serabiles: q stultitiā suā litteris memorięq; mandauerūt! Qui cū
uiderēt mutis quoq; animalibus ingenitam esse rationem: uel cō
ueniendi: uel inuicem appetendi: uel periculi fugiendi: uel mali ca
uendi: uel cubicula sibi & latibula parandi: homines autem ipsos
existimauerīt nō nisi exēplis admoneri: ac discere potuisse: quid
metuere sibi: qd cauere: qd facere deberēt: aut nunq̄ conuenturos

iter se fuisse nec loquẽdi rationẽ reperturos: nisi eos bestię come dissent. Hęc aliis delira uisa sunt: ut fuerunt: dixeruntq; non ferarum laniatus causam fuisse coeundi: sed ipsã poti⁹ humanitatẽ. Itaq; inter se congregatos: q natura hominũ solitudinẽ fugiens: & cõmunionis ac societatis appetẽs esset: non magna inter eos disceptatio est: siquidem causę dispares sunt: res eadem est. Potuit utrũq; igitur: qa nõ repugnat: sed tamẽ utrũq; nullo mõ uerum ẽ: qa nõ per oẽm terrã nati sunt hoĩes e terra: tanq̃ ex draconis alicuius dentibus pseminati: ut poetę ferunt: sed unus homo a deo fictus est: ab eoq; uno oĩs terra humano genere cõpleta est: eadẽ scilicet rõe qua rursus post diluuiũ: qd certe negare nõ possunt. Nulla igitur in pricipio facta est eiusmodi cõgregatio: nec unq̃ fuisse hoĩes in terra: q ppter ĩfantiã nõ loquerẽt: intelligit cui ratio non deest. Fingamus tamẽ illa uera esse: quę ociosi & inepti hoĩes senes fabulant: ut eos potissimũ sensibus & suis rationibus refellamus. Si hac de causa sunt homines congregati: ut mutuis auxiliis imbecillitatẽ suam tuerẽtur. Succurrendũ est igitur homini: qui egeat auxilio. Cum.n. pręsidii causa homines societatẽ cũ hominibus inierint, & sanxerĩt: foedus illud a principio sui ortus inter homines initum: aut uiolare: aut nõ conseruare: summum nefas putandum est. Nam qui se a pręstãdo auxilio remouet: etiã ab accipiendo se remoueat necesse est: qa nullius ope indigere se putat: qui alteri suã denegat. Huic uero qui se ipse dissociat: ac secernit a corpore: non ritu homĩs: sed ferarũ more uiuẽdum est. Quod si fieri non põt: retinẽdum est igit omni modo uinculum societatis humanę: qa homo sine homine nullo modo põt uiuere. Retẽtio autem societatis est cõmunitas: idest auxilium pręstare ut possimus accipere. Sin uero ut illi alii disputãt: humanitatis ipsi⁹ causa facta est hominũ cõgregatio. Homo certe hominẽ debet agnoscere. Quod si fecerũt illi rudes: & adhuc feri homĩes: & fecerũt nondũ constituta loquẽdi rõe: quid putemus homĩb⁹ expolitis, sermone rerũ oĩumq; cõmercio inter se copulatis esse faciendum: qui assueti homĩbus solitudinẽ ferre non possunt?

Capi. xi. In quos pręcipue sit humanitas exercenda: & ĩ quibus liberalitatibus imaginariis pereant opera: & quę impensa pręstantis.

Onseruanda est igitur humanitas: si homines recte uelimus dici. Id autem ipsum cōseruare humanitatē: quid aliud est q̃ diligere hominē: q͂a homo sit: & id qđ nos sumus? Discordia igit͛ atq; dissensio non est secūdū hoīs nām. Verūq; est illud Ciceronis quod ait hoīem naturę obedientē, homini nocere nō posse. Ergo si nocere homini cōtra naturam est: prodesse igitur homini secundū naturam sit necesse est. Quod qui non facit, hominis se appellatione despoliat: quia humanitatis officiuʒ est: necessitati hominis ac periculo subuenire. Quero igitur ab his: qui flecti ac misereri non putant esse sapientis: si homo ab aliqua bestia cōprehensus, auxilium sibi armati hominis imploret: utrū ne succurrendū putent an minime? Non sunt tam imprudētes ut negent fieri oportere: quod flagitat: quod exposcit humanitas. Iteʒ si aliquis circūueniatur igni: ruina opprimatur: mergat͛ mari: flumine rapiatur: num putent hoīs esse non auxiliari? Non sunt ipsi hoīes si putēt. Nemo enim pōt eiusmodi periculis non esse subiectus: immo uero & hoīs & fortis uiri esse dicent seruare periturū. Si ergo in eiusmodi casibus qui periculum uitę homini afferunt: succurrere humanitatis esse concedūt. Quid causę est si homo esuriat: sitiat: algeat: succurrēdum esse non putent? Quę cum sint paria natura cum illis casibus fortuitis: & unam eādēq; humanitatē desiderent: tamen illa discernunt: quia non re ipsa uera: sed utilitate pręsenti omnia metiuntur. Illos. n. quos periculo surripiunt: sperant sibi gratiam relaturos. Egentes autē: q͂a nō sperant: perire arbitrantur q͂cquid eiusmodi hominibus impertiāt. Hinc est illa Plauti detestanda sententia. Male meretur qui mendico dat quod edat. nam & illud quod dat, perit: & illi ꝓducit uitam ad miseriam. At enim poeta fortasse ꝑ ꝑsona locutus est. Quid Marcus Tullius in suis officialibus libris: nonne hoc ideʒ persuadet: non esse omnino largiendū? Sic. n. dixit. Largitio quę fit ex re familiari: fontē ipsum benignitatis exhaurit: ita benignitas benignitate tollitur. Qua cū in plures usus sis: eo minus ī multos uti possis. Et idē paulo post. Quid aūt est stulti⁹ q̃ qđ libēter facias, curare ut id diutius facere nō possis? uidelicet ꝓfessor sapientię refrenat homines ab humanitate: monetq; ut rem familiarem diligenter custodiant: malintq; arcam q̃ iustitiam cōseruare. Qđ cum intelligeret inhumanum esse ac nefarium: mox alio capite

quasi actus poenitētia sic ait. Nonnunq̄ tamē est largiendum: nec hoc benignitatis genus omnino repudiādum: & sępe idoneis hominibus egētibus de re familiari impartiēdum. Quid ē idoneis? Nēpe his qui restituere ac referre gratiā possint. Si nūc Cicero uiueret: exclamarē profecto. Hic hic Marce Tulli aberrasti a uera iustitia: eāq; uno uerbo sustulisti: cū pietatis & humanitatis officia utilitate metitus es. Nō. n. idoneis hominibus largiēdū est: sed quātū pōt nō idoneis: id. n. iuste: id pie: id humane fit: quod sine spe recipiēdi feceris. Hęc est uera illa & germana iustitia: cui⁹ solidā & expressam effigiē nullam tenere uos dicitis. Ipse plurib⁹ locis clamas mercenariā non esse uirtutē: faterisq; in libris legum tuarum, liberalitatem gratuitam esse his uerbis. Nec est dubium quin is q̄ liberalis benignusq; esse dicit̄: officium non fructū sequat̄. Cur ergo idoneis potius largiris: nisi ut postea mercedē recipias? Te ergo auctore ac pręceptore iustitię, quisq; idoneus nō erit: nudita te: siti: fame conficietur. Nec homines copiosi & usq; ad delitias abundātes subueniēt ultimę necessitati: si uirtus mercedem nō exigit: si ꝓpter se (ut dicitis) expetenda est. Ergo iustitiam principez matremq; uirtutum suo precio: non tuo cōmodo ęstima: ei potissimum tribue a quo nihil speres. Quid personas eligis? quid mēbra inspicis? pro homine tibi habendus est quisq; precat̄: ideoq; te hominez putet. Abiīce umbras illas imaginesq; iustitię: atq; ipsam ueram, & expressam tene. largire cęcis: debilibus: claudis: destitutis: quibus nisi largiare moriendum est. Inutiles sunt hominibus, sed utiles deo; qui eos retinet in uita: qui spiritu donat: qui luce dignatur: foue quantum in te est & animas hominum: ne extinguantur, humanitate sustenta. Qui succurrere perituro pōt: si non succurrerit occidit. Verum isti quia neq; naturam retinent: neq; proemium ī eo quod sit, sciunt; dum perdere timent perdūt: & in id quod maxime cauēt incidunt: ut quicquid largiuntur: aut pereat omnino: aut ad tempus breuissimum prosit. Nam qui exiguam stipem miseris negant: qui cōseruare humanitatē sine damno suo nolunt: patrimonia sua effundunt: ut aut peritura fragilia sibi comparent: aut certe suis maximis damnis nihil consequantur. Quid enim dicendum est de his qui populari leuitate ducti: uel magnis urbibus suffecturas opes exhibēdis muneribus impēdunt: nisi eos demētes ac furiosos qui pręstent id populo: quod

& ipsi perdant: & nemo eoꝝ quibus pręstatur accipiat! Itaqꝫ ut ē omnis uoluptas caduca & breuis: oculorum maxime & aurium: aut obliuiscuntur homīes: & alterius dāna ꝓ ingratis habent: aut etiam offenduntur: si non est libidini uulgi satisfactū: ut etiā homines stultissimi malū sibi malo cōparauerint: aut si adeo placuerint: nihil amplius q̃ inanem fauorem paucoꝝqꝫ dieꝝ fabulas assequuntur: sicut quotidie leuissimorum hominū patrimonia in res superuacuas ꝓdiguntur. Num ergo illi sapientius qui utiliora & diuturniora ciuibus suis exhibēt munera: his scilicet qui publicis operibus extructis: memoriā nomini suo quęrunt? Ne isti quidē recte bona sua ī terram sepeliūt: qa nec memoria qcq̃ mortuis confert: nec opera eoꝝ sempiterna sunt: siquidem aut uno tremore terrę dissipantur: & corruunt: aut fortuito consumuntur incendio: aut hostili aliquo impetu diruuntur: aut certe uetustate ipsa dissoluta labuntur. Nihil est.n. (ut ait orator) opere & manu factum: quod non conficiat: & cōsumat uetustas. At hęc iustitia & leuitas florescit quotidie magis. Illi ergo melius qui tribulibꝰ suis: aut clientibus largiuntur: aliquid enim pręstant hominibus & ꝓsunt: sed nō est illa uera & iusta largitio. Beneficentia enim nulla est ubicūqꝫ necessitas non est: perit ergo quicqd gratię causa tribuitur non indigentibus: aut cum foenore reddit: & beneficentia non erit. Quod ēt si gratū est his quibus datur: iustum tamē nō est: quia si nō fiat nihil mali sequitur. Vnum igitur certum & uerum liberalitatis officium est: egentes atqꝫ utiles alere.

Capi. xii. A quo sit speranda & expetēda: & quę: & quāta sit uerę liberalitatis merces. Et q̃ inanis: & nulla falsę. & qui sunt gradus humanitatis.

h Aec est illa perfecta iustitia: quę custodit humanam (de qua phī loquuntur) societatem. Hic diuitiarum maximus & uerissimus fructus est: non uti opibus ad ꝓpriam unius uoluptatē: sed ad multorum salutem: non ad pręsentem suum fructū sed ad iustitiam: quę sola non interit. Tenēdum est igitur omnino ut ab officio misericordię; spes recipiendi absit oīno. Huius eniꝫ operis & officii merces a deo expetenda est solo. nā si ab homine expetes: iam nō humanitas erit illa: sed beneficii foeneratio.

Nec poteſt uideri bene meruiſſe : qui quod fecit,non alteri ſed ſi bi preſtat: & tamē eodē redit:ut quod alteri quiſq; preſtiterit: ni hil ab eo cōmodi ſpectans:uere ſibi preſtet : qa mercedem capiet a deo. Idem deus precepit:ut ſi quando coenam parauerimus eos in conuictū adhibeamus : qui reuocare non poſſint : & uicez red dere:ut omnis actus uite noſtre non careat miſericordie munere. Nec tamē quiſq̄ interdictū ſibi putet:aut cōmunionē cum amicis aut charitatē cū ꝓximis:ſed notū nobis deus fecit: q; ſit uerū & iuſtum opus:ita nos oportet cū ꝓximis uiuere: dūmodo ſciam⁹ illud ad hominē:hoc ad deū pertinere. Precipua igitur uirtus eſt hoſpitalitas:quod phī quoq; aiunt:ſed eam detorquent a uera iu ſtitia: & ad cōmodum rapiunt. Recte,inquit Cicero,a Theophra ſto eſt laudata hoſpitalitas. Eſt.n.(ut mihi quidem uideť ) ualde decoꝝ patere domos hominū illuſtriū hoſpitib⁹ illuſtribus. Eo dem modo rurſus errauit:quo tamen cum idoneis eſſe diceret lar giēdum. Non.n.iuſti & ſapientis uiri domus,illuſtrib⁹ debet pa tere:ſed humilibus & abiectis.nā illuſtres illi ac potentes nulla re poſſunt indigere:quos opulentia ſua & munit & honorat. Nihil autem a uiro iuſto faciendū eſt:niſi qď ſit beneficium. Beneficiū aūt ſi refert,interit atq; finitur. Nec.n.poſſumus id habere īntegrū cuius preciū nobis perſolutū eſt. In his itaq; beneficiis,iuſtitie ra tio uerſať:que ſalua & īcorrupta ꝑmanſerint. Permanēt autē non aliter q̄ ſi preſtent his hominibus:qui ꝓdeſſe nullo modo poſſūt. At ille ī recipiendis illuſtribus nihil ſpectauit aliud niſi utilitatē: nec diſſimulauit homo ingenioſus:quid ex eo cōmodi ſperaret. Ait.n. Quid faciat,potētē apud exteros futuꝝ ꝑ grām principū: quos ſibi hoſpitii & amicitie iure cōſtrinxerit. O q̄ multis argu mētis Ciceronis incōſtantia,ſi id agerem,redargui poſſet:nec tam noſtris q̄ ſuis uerbis refelleretur. Idez quippe ait:ut qſq; maxime ad ſuum cōmodū referat quecunq; agit:ita minime eſſe uiruz bo num. Idem etiam negat ſimplicis & aperti hoīs eſſe: ambire: ſi mulare aliquid: & pretendere aliud agere uideri:cum aliud agat: preſtare ſe alteri: fingere qď ſibi preſtet: ſed malitioſi potius: & aſtuti: & fallacis: & ſubdoli. Quomō ergo defenderit quo mi nus ambitioſa illa hoſpitalitas,malitia eſſet. Tu mihi per omnes portas circūcurſes:ut aduenientes populorum atq; urbium princi pes:domum tuam inuites:ut per eos apud ciues eorum potētiam

cõsequare:uelisq; quę te iustũ & humanũ: & hospitalẽ uideri cũ studeas utilitati tuę. Verũ hoc ille non potius incaute. Quid .n. min⁹ ĩ Ciceronẽ conuenit. Sed ignorãtia ueri iuris prudẽs ac sciẽs ĩ hos se laqueos induxit. Qd' ut ei possit ignosci testificatus est: non ad uerã iustitiã, quam non teneat, pręcepta sedare: sed ad umbram imaginemq; iustitię. Ignoscẽdum est igitur umbratico & imaginario pręceptori: nec ab eo ueritas exigenda est: qui se nescire fateatur. Capciuorũ redemptio magnũ atq; pręclarum iustitię munus est: qd' idẽ ipse Tullius approbauit. Atq; hęc benignitas ĩquit, etiã reipublicę ẽ utilis: redimi a seruitute captos: locupletari tenuiores. Hanc ego cõsuetudinem benignitatis, largitõi munerũ longe antepono. Hęc est grauium hominũ atq; magnorũ. Proprium igitur iustorum opus est: alere pauperes: ac redimere captiuos cum apud iniustos si qui hęc faciant, graues & magni appellẽtur. His enim, maxime laudis est benefacere: quos nemo sperauit esse facturos. nam qui bonum facit uel consanguineo: uel ꝓximo: uel amico: aut nullam: uel certe non magnã laudem meretur: quia facere debet. Sitq; impius ac detestabilis: nisi fecerit id quod ab eo & natura ipsa: & necessitudo exigit: & si facit: non tam glorię assequendę q̃ reprehensionis uitandę causa facit. Qui autẽ facit alieno & ignoto: is uere dignus est laude: quoniam ut faceret, sola ductus est humanitate. Ibi ergo iustitia est: ubi ad benefaciendũ, necessitãs uinculũ nullum est. Hoc igiť benignitatis officiũ nõ anteponere quidẽ largitioni munerũ debuit: qd' est cõparãtis & e duobus bonis id quod sit melius eligẽtis. Illa uero largitio hominum patrimonia sua in mari abiicientium, inanis & leuis & ab omni iustitia remotissima est. Itaq; ne dici quidem munera oportet: in quibus nemo accipit: nisi qui accipere non meretur. Non min⁹ magnum iustitię opus est: pupillos & uiduas: & destitutos: & auxilio indigẽtes: tueri atq; defendere: quod adeo uniuersis diuina illa lex pręscribit: quãd oq dẽ boni quiq; iudices ad officium suum iudicant pertinere: ut eos humanitate naturali foueant: ac iisdem ꝓdesse nitãtur. Verũ hęc opa ~~quippe~~ nostra sunt: qui legẽ: uerba ipsius dei pręcipientis accepimus. Nã illi sentiunt natura esse iustum tueri eos, q tutela carent: sed cur ita sit non ꝓspiciunt. Deus enim: cuius ꝑpetua clemẽtia est: iccirco uiduas pupillosq; defẽdi ac tueri iubet: ne qs respectu ac miseratõe pignorũ suorũ retardetur

quo minus mortem ꝓ iustitia fideq; suscipiat:sed incunctāter ac fortiť subeat: cū sciat se caros suos deo relinquere:nec his unq̄ prę sidium defuturꝫ. Aegros quoq; quib⁹ defuerint q assistant : curā dos fouendosq; suscipere summę humanitatis & magnę operati onis est. Quod qui fecerit:hic uiuā hostiam deo acqret: & quod alteri dederit ad tēpus:ipse a deo accipiet in ęternum . Vltimū il lud & maximū pietatis officium ē:peregrinoꝝ & pauperum se pultura:quod illi uirtutis iustitięq; doctores prorsus non attige runt. Nec enim poterant id uidere:qui utilitate omnia officia sua metiebātur. In cęteris.n. quę supradicta sunt:q̄uis uerum limitē non tenuerint:tamē quoniā cōmodi aliquid in his deprehēderūt quasi odore quodam ueritatis retenti ꝓprius aberrarunt. Hoc au tem qa nihil uidere in eo cōmodi poterāt reliquerunt. Quin etiā non defuerunt qui superuacaneā facerent sepulturam:nihilq; dice rent esse mali:iacere inhumatū atq; abiectū : quorū impiā sapien tiam tam omne humanum genus respuit q̄ diuinę uoces : quę id fieri iubent. Verū illi non audent dicere id non esse faciēdū : sed si forte non fiat nihil esse incōmodi. Itaq; in ea re non tam pręci pientium q̄ cōsolantiū utuntur officio : ut si forte id sapienti eue nerit:ne se ob hoc miserū putet. Nos autē non qd sapienti deferē dum sit dicimus:sed quid facere ipse debeat:itaq; non quęrimus nūc utrū ne tota sepeliendi ratio sit utilis:necne: licet hęc ēt si sit inanis:ut illi existimāt:tamē faciēda est : uel ob hoc solū:ꝙ apud homines bene & humane fieri uidetur. Animus.n. quęritur:& ꝓ positum ponderatur. Non.n. patiemur figurā & figmentum dei feris ac uolucribus in prędam iacere:sed reddamus id terrę unde ortum est . Et q̄uis in homine ignoto necessariorum sepulturam nulli negandam munus implebimus:in quorum locum qa delīūt succedet humanitas:& ubicunq; homo desiderabitur : ibi exigi officium nostrum putabimus. In quo autem magis iustitię ratio consistit q̄ in eo:ut quod pręstamus nostris per affectum : pręste mus alienis per humanitatem:quę est multo certior iustiorq;: cū non iam homini pręstatur qui nihil sentit:sed deo soli cui carissi mū sacrificiū est opus iustum. Dicet aliqs fortasse. si hęc oīa fece ro nihil habebo. Quid enim si magnus hominum numerus ege bit : algebit ; capietur ; morietur : ut hęc facientem uel uno die patrimonio exui sit necesse! perdam ne rem familiarem meo aut

meo℞ labore quęsitam: ut iam ipsi mihi aliena misericordia uiuē dum sit? Quid tu tā pusillo animo paupertatem times: quā etiaꝫ nostri phī laudant nihilq̧ hac tutius: nihilq̧ hac tranquillius esse testantur? Hoc quod times sollicitudinū portus est. An ignoras quot periculis: quot casibus, cū his malis opibus subiaceas? Quę tecum bene agent: si sine tuo cruore transierint: tu uero pręda onustus incedis: & spolia geris: quę irritent animos etiam tuorum. Quid ergo dubitas bene collocare id quod tibi forsitan eripiet: aut unum latrociniū: aut existens repente proscriptio: aut hostilis aliqua direptio? Quid uerere fluxū ac fragile bonum facere sempiternum: aut thesauros tuos custodi deo credere: ubi nō furē prędonēq̧ timeas: nō rubiginē: non tyrānū? Qui apud deū diues est pauper esse nunq̄ poterit. Si iustitiam tanti putas: sequere abiectis oneribus: quę te premunt. Libera teipsum compedibus & cathenis: ut expeditus ad deum curras. Magni & excelsi animi est despicere & calcare mortalia. Sed si hanc uirtutem non capis: ut diuitias tuas in aram dei conferas: ut fragilibus tibi compares firmiora. Liberabo te metu. Omnia ista pręcepta nō soli tibi danť: sed omni populo: qui mente coniunctus est: & cohęret sicut unus homo. Si solus magnis operibus nō sufficis: pro uirili parte operare iustitiam: sic tamen ut quantum diuitiis inter cęteros: tātum opere pręcellas. Neq̧ nunc suaderi tibi putes: ut rem familiarem tuaꝫ minuas: uel exhaurias: sed quę in superuacua fueras impensurus: ad meliora conuertas. Vnde bestias emis: hinc captos redime. vnde feras pascis: hinc pauperes ale. vnde homines ad gladium comparas: hinc innocentes mortuos sepeli. Quid prodest perditę nequitię bestiarios facere locupletes: & instruere ad flagitia? Transfer ad magnum sacrificium male peritura: ut pro his ueris muneribus habeas a deo munus ęternum. Magna est misericordię merces: cui deus pollicetur peccata se omnia remissurum. Si audieris inquit preces supplicis tui: & audiam ego tuas: si misertus laborātium fueris: & ego in tuo labore miserebor. Si autem non respexeris nec adiuueris: & ego animum tuum contra te geram: tuisq̧ te legibus iudicabo.

Capi. xiii. De pręmio: & q̄ꝑ necessitate & precibus pauperū quisq̧ teneatur a deo: & tribus gradibus uirtutis.

Q Votiens igitur rogaris: tētari te a deo crede: an sis dignus exaudiri. Circūspice conscientiā tuā: & quātum potes me dere uulnerib⁹: nec tñ q̄a peccata largitione tollūtur: dari tibi licē tiā peccādi putes. Abolentur. n. si deo largiare: q̄a peccaueras. Nā si fiducia largiendi pecces: non abolentur. Deus enim purgari ho mines a peccatis maxime cupit: ideoq; agi poenitentiā iubet. Age re autē poenitētiā nihil aliud est: q̄ ꝓfiteri & affirmare se ulterius non peccaturꝫ. Ignoscit̄ itaq; his q̄ ad peccatum ignorāter: impru denter: incauteq; labuntur: ueniam non habet qui sciens peccat. Nec tamen si aliquis purificatus fuerit ab omni labe peccati: tem perandum sibi ab opere largitionis existimet: quia non habeat peccata quę deleat: īmo uero tū magis iustitiam debet operari: cū factus est iustus: ut quod ante ī medelam uulnerꝫ fecerat: postmo dum faciat in gloriā laudēq; uirtutis. Eo accidit ꝙ nemo esse sine delicto potest: q̄diu īdumēto carnis ornatus est. Cuius īfirmitas triplici modo subiacet dominio peccati: factis: dictis: cogitatōi bus. Per hos gradus ad summū culmē iustitia ꝓcedit. Primus ē uirtutis gradus: malis operibus abstinere: secundus etiā malis uer bis: tertius etiam cogitatione rerum malarꝫ. Qui primum gradū ascendit satis iustus est. qui secunduꝫ iā perfecte uirtutis: siquideꝫ neq; factis neq; sermone delinquat. Qui tertium: is uere similitu dinē dei assecutus uidetur. Est. n. pene supra humanum modum: ne in cogitatione quidem admittere: qd̄ sit uel facto malum: uel improbum dictu. Itaq; etiam iusti homīes qui frenare se possunt ab omni opere iniusto: nōnunq̄ tamen ipsa fragilitate uincuntur: ut uel in ira malum dicant: uel in aspectu rerum delectabilium ta cita cogitatione concupiscant. Quod si mortalis conditio nō pa titur hominem esse ab omni macula purꝫ: debent ergo largitione perpetua peccata carnis aboleri: unum est enim sapientis & iusti & uitalis uiri opus: diuitias suas ī sola iustitia collocare: quia ꝓfe cto qui eget: licet ille Croesum aut Crassum diuitiis superet: hic pauper: hic nudus: hic mendicus putandus est. Danda igitur opa est: ut indumento iustitię pietatisq; uelemur: quo nos nemo exu at: quod nobis sempiternum pręber ornatum. Nam si deorū cul tores simulachra insensibilia excolunt: & quicquid preciosi ha bent in ea conferūt: quibus nec uti possūt: nec gratias agere ꝙ acce perit: quāto iustius est & uerius: uiuētia dei simulachra excolere

ut promereare ſuenire uiuẽtem. Quod ſicut uſui habent: quicqd acceperint & gratias agunt: ita deus: in cuius conſpectu bonum feceris: & probabit: & mercedem pietatis exoluet.

Capi. xiiii. Qꝫ philoſophi uera caruerunt humanitate: qui cum Stoicis eam inter morbos animę poſuerũt.

Si ergo in homĩe pręclaꝝ & excellens eſt bonum, misericordia: idq; diuinis teſtimonus & bonoꝝ maloruq; cõſenſu optimum iudicaẽ: apparet phõs longe abfuiſſe ab humano bono: qui neq; pręceperunt eiuſmodi quicq̃: neq; fecerunt: ſed uirtutem: quę propemodũ in homine eſt ſingularis: pro uicio ſemper habuerunt. Libet hic interponere unum de philoſophia locũ: ut illoꝝ plenius coarguamus errores: qui miſericordiã: cupiditatẽ: metum: morbos animi appellant. Conanẽ illi quidẽ uirtutes a uiciis diſtinguere: quod eſt ſane facillimum. Quis.n. non poſſet liberalem a prodigo ſeparare: ut illi faciũt? aut puꝝ a ſordido: aut quietũ ab inerti: aut cautum a timido: qꝛ hęc quę ſunt bona fines ſuos habeant: quos ſi exceſſerint in uicia labuntur: ita ut conſtãtia niſi pro ueritate ſit ſuſcepta ſit imprudẽtia. Itẽ fortitudo ſi nulla neceſſitate cogẽte: aut non ꝓ cauſa honeſta certum periculũ ſubierit in temeritatẽ cõuertiẽ. Liberalitas quoq; ſi alios inſectẽ potiꝰ q̃ inſectantibus reſiſtat: cõtumacia eſt. Seueritas etiam niſi ſe itra cõgruentes nocẽtiũ poenas coarceat: fit ſęua crudelitas. Itaq; dicunt eos qui mali uideanẽ non ſua ſponte peccare: nec mala potiꝰ eligere: ſed bonoꝝ ſpecie lapſus incidere ĩ mala: dũ bonoꝝ ac maloꝝ diſcrimen ignorant. Hęc quidẽ falſa nõ ſunt: ſed ad corpꝰ cũcta referunẽ. Nam parcũ alias puꝝ eſſe aut conſtantem: aut cautũ aut quietũ: aut fortem: aut ſeueꝝ: uirtutes ſunt quidem: ſed huiꝰ tẽperantię uitę. Nos autem qui hanc uitam contẽnimus: alias nobis uirtutes propoſitas habemus: de qbus phĩ ne ſuſpicari quidẽ ulla ratione potuerunt. Itaq; & uirtutes quaſdam pro uiciis: & uicia quędam pro uirtutibus habuerunt. Nam Stoici affectus omnes: quorum impulſu animus commouetur: ex homine tollunt cupiditatem atq; lętitiam: metum: moeſtitiam: quoꝝ duo priora ex bonis ſunt: aut futuris: aut pręſentibus: poſteriora ex malis. Eodem mõ hęc quatuor morbos (ut dixi) uocant: nõ tam natura

inſitos q̃ praua opinione ſuſceptos. Et iccirco cenſent eos extirpari poſſe radicitus: ſi bono℞ malo℞ꝙ opinio falſa tollatur. Si .n. nihil cenſeat ſapiens bonũ nihilꝙ malũ: nec cupiditate ardeſcet: nec lętitia geſtiet: nec metu terrebitur: nec ęgritudine contrahetur. Mox uidebimus an efficiant quod uelint: an quid efficiant iterũ propoſitum arrogans ac pene furioſum: qui ſe putent mederi & eniti poſſe contra uim rationemꝙ naturę.

Capi. xv. Quomõ Peripathetici uĩcãt Stoicos: & doceant affectuũ naturaliũ ſtimulos euelli nõ poſſe: ſed mitigari. Et ꝙ ea quę brutis aĩalibus data ſũt: ſingulo hõi ĩſita ſũt uniuerſa. Et quomõ Stoici mẽtis affectiones diffiniant.

HAec enim naturalia eſſe non uoluntaria: omnium uiuentiũ ratio demonſtrat: quę hiſdem omnibus quatitur affectibus. Peripathetici ergo rectius: qui hęc omnia detrahi poſſe negant: quia nobiſcum ſimul nata ſunt: & conãtur oſtendere: q̃ prudenter: & q̃ neceſſarie deus ſiue natura (ſic enim dicunt) his nos armauit affectibus: quos tamen: quia plerũꝙ uicioſi fiũt: ſi nimii ſint: poſſe ab homine adhibito modo ſalubriter temperari: ut tãtum homini quantum naturę ſatis eſt: relinquatur. Non inſipiẽs diſputatio: ſed (ut dixi) omnia nõ ad hanc uitam referentur. Stoici ergo furioſi qui ea non temperant: ſed abſcindunt: rebuſꝙ a natura inſitis caſtrare hominẽ quodammodo uolunt. Quod tale eſt: quale ſi uelint aut metũ detrahere ceruis: aut uenenum anguibus: aut iram feris: aut placiditatem pecudibus. Nam quę ſingula mutis animalibus data ſunt: ea uero uniuerſa homini ſimul. Quod ſi (ut medici dicunt) lętitię affectus in ſplene eſt: irę in felle: libidinis in iecore: timoris in corde: facilius eſt interficere animal ipſum: q̃ ex corpore aliquid euellere: quod eſt animantis naturam uelle mutare. Sed hoĩes prudẽtes nõ ĩtelligũt: cum uicia ex homine tollunt: etiam uirtutem ſe tollere: cui ſoli locum faciunt. Nam ſi uirtꝰ eſt ĩ medio irę impetu: ſeipſũ cohibere & reprimere: qđ negare non poſſunt. Caret ergo uirtute qſqs ira caret. Si uirtus eſt libidinem corporis cõtinere: uirtute careat neceſſe eſt: qui libidinem quam temperet non habet. Si uirtus eſt cupiditatem ab alieni appetitione refrenare: nullam certe uirtutem poteſt habere:

qui caret eo:ad quod cobibendũ uirtutis usus adbibetur. Vbi ergo uicia non sunt:nec uirtuti locus est quidem: sicut nec uictorię quidem:aduersarius ubi nullus est: ita fit ut bonum sine malo esse in hac uita non possit. Affectus igitur quasi ubertas animoꝝ ẽ naturalis. Nam sicut insentes ager qui est natura foecundus exuberat:sic animus incultus uiciis sua sponte inualescentibus uelut spinis obducitur. Sed cũ uerus cultor accesserit: statim cędẽtibus uiciis fruges uirtutis oriuntur. Deus itaq; cum hominẽ primũ finxerat mirabili ꝓuidẽtia ĩgenerauit ei prius istas animi cõmotiones: ut possit capere uirtutẽ: sicut terra culturã. Posuitq; materiam uicioꝝ in affectibus: ꝟtutis ĩ uiciis. Quę ꝑfecto aut nulla ẽ:aut nulla erit:aut in usus esse non poterit:si desinit ea per quę uis eiꝰ aut appareat:aut cõstet. Videamus nũc iidem illi qui uicia excidunt qd effecerint. Quatuor illos effectus quos ex opinione bonorũ maloꝝq; nasci putant:quibus euulsis sanãdũ esse animũ sapiẽtis existimant:quoniã intelligũt & natura insitos esse: & sine his uihil moueri:nihil agi posse alia quędã ĩ eoꝝ locũ uicemq; supponunt. Pro cupiditate alias substituunt uolũtatem:quasi uero non multo sit pręstabilius: bonũ cupere q̃ malum uelle. Itẽ pro lętitia gaudiũ:pro metu cautionẽ. At in illo quarto ĩmutandi nominis eius ratio deficit. Itaq; ęgritudinẽ penitus idest moestitiam doloremq; animi abstulerũt:quod fieri nequaq̃ potest. Quis enim potest non dolere:si patriã aut pestilentia exhauserit:aut hostis euerterit:aut tyrannus oppresserit? Potest aliquis non dolere si sublatam uiderit libertatẽ:si ꝓximos:si amicos:si bonos uiros:aut exterminatos:aut crudelissime trucidatos:nisi cuius mens ita obstupuerit:ut sit ei sensus oĩs ereptus? Quare aut omnia tollere debuerunt:aut implenda fuerant cuncta hęc, & debilis disputatio idẽ etiam pro ęgritudine aliquid reponendum: quoniam superioribus ita ordinatis hoc consequens erat. Vt enim pręsentibus lętamur bonis: sic malis angimur ac dolemus. Si ergo lętitię quam uiciosam putabant nomen aliud indiderunt: sic ęgritudini quoniã & ipsã uiciosam putabant:aliud uocabuluꝫ tribui cõgruebat. Vnde apparet non illis rem defuisse:sed uerbum: cuiꝰ indigẽtia eum totũ affectũ qui est uel maximus cõtra quẽ natura pateretur: auferre uoluerunt. Nam illas omnium commutationes poteram coarguere pluribus & ostendere: aut sermonis ornãdi:augẽdeq;

copię gratia:multa noĩa hiſdem rebus ĩpoſita:aut nihil: aut certe non multũ inter ſe illa diſtare. Nam & cupiditas a uoluntate incipit:& cautio a metu oritur:& lętitia nihil aliud ẽ q̃ profeſſũ gaudium. Sed putemus ut ipſi uolunt eſſe diuerſa. Nempe igitur cupiditatem eſſe dicent perſeuerantem ac perpetuam uoluntatem:lętitiam uero inſolenter ſe offerens gaudium: metum autẽ nimiam & excedentẽ modũ cautionẽ. Ita fit ut ea quę tollẽda eſſe cenſẽt non tollant:ſed tẽperent:ſiquidẽ noĩa tãtũmodo ĩmutant: res ipſę manent. Eo igitur ĩprudentes reuoluuntur: quo Peripathetici ratione perueniunt:ut uicia quoniã tolli non poſſunt:medio temperanda ſint. Errant ergo quoniã non efficiunt quod uolũt:& lõgo aſperoq; circuitu in eãdẽ uiã redeunt.

Capi.xvi. Quõ Peripathetici errauerũt. Et ꝙ bon⁹ uſus affectuũ ꝟt⁹ẽ:malus uiciũ. Et ꝙ uſus ipe ex cã pẽſãdus eſt.

[a] At ego ne Peripatheticos quidem acceſſiſſe ad ueritatem puto: quia uicia eſſe concedunt: ſed ea mediocriter temperant. Carendum eſt enim uiciis etiam mediocribus: quin potius efficiendum fuit primum ne uicia eſſent. Nec enim quicq̃ uicioſũ naſci põt:ſed uicia fieri ſi male utamur affectibus: uirtutes ſi bene. Deinde monſtrãdũ eſt nõ ipſos affectus: ſed eorũ cauſas eſſe moderandas. Nõ eſt,inquiunt,nimia lętitia geſtiendum: ſed modice ac temperate. Hoc uero tale eſt:quale ſi dicerent non eſſe currendum concitate:ſed gradiendu; moderate. At poteſt & q gradītur errare:& qui currit rectam uiam tenere. Quid ſi oſtẽdo eſſe aliqd ubi nõ tm̃ modicũ: ſed uel punctum gaudere uicioſum ſit:& aliud contra:ĩ quo uel exultare lętitia:minime criminoſũ? Quid tandem nobis iſta mediocritas ꝓderit? quęro utrũ ne ſapienti lętandum putẽt:ſi quid,inimico ſuo,mali uidẽt accidere:aut utrũ ne lętitiam refrenare debeant:ſi uictis hoſtibus:aut oppreſſo tyranno,libertas & ſalus ciuibus parata ſit? Nemo dubitat:qn & in illo exiguum lętari: & in hoc parum lętari ſit maximum crimen. Eadem de ceteris affectibus licet dicere. Sed ut dixi non in his moderandis ſapientię ratio uerſatur: ſed in cauſis eorum: quoniam extrinſecus cõmouentur:nec his potiſſimũ frenum imponi oportuit:quoniã & exigui poſſunt eſſe in maximo crimĩe.

& maximi possunt esse sine crimine: sed assignandi fuerũt certis temporibus: & rebus: & locis: ne uicia sint, quibus uti recte licet. Sicut. n. recte ambulare bonum est: errare autem malum: sic moueri affectibus in rectum, bonum est: in prauum malum. Nam libido si extra legitimũ thorũ non euagetur: licet sit uehemẽs: tamẽ culpa caret. Sin uero appetit alienũ: licet sit mediocris: uiciũ tamẽ maximũ est. Non est itaq; morbus irasci: nec cupere: nec libidine cõmoueri: sed iracundũ esse morbus est. Cupidum, libidinosu;: qui enim iracundus est: etiã cui nõ debet: aut cui nõ oportet irascitur. Qui cupidus: etiã quod nõ opus ẽ cõcupiscit. Qui libidinosus: etiã qđ legibus uetatur, affectat. Omnis ergo ratio in eo uersari debuit: ut quoniã eaꝝ rerũ impetus inhiberi non põt, nec debet: qa necessario est insitus ad tuenda officia uitę: dirigeretur potius in uiã rectã: ubi etiã cursus offensione ac piculo caret.

Capi. xvij. Q, ea quę phĩ uicia putant uirtutes sunt: si tamen referantur ad finem debitum idest ad deũ. Et ꝙ insani sunt q humanã naturã ĩgenitis affectibus spoliare nitũtur.

Sed euectus sum coarguendi studio longius: cum sit mihi propositum, ea quę uicia phĩ putauerũt, ostendere: non tãm uicia non esse: uerum etiam magnas esse uirtutes. Ex aliis docendi gratia summam: quę pertinere ad rem maxime puto. Metum seu timorem ĩ maximo uicio ponunt: summãq; imbecillitatẽ esse animi putant: cui sit contraria fortitudo: quę si sit in homine: locum timori esse nullum. Credit ergo ne aliqs fieri posse: ut idem metus summa sit fortitudo? Minime. Neq; enim uidetur capere natura: ut aliquid in cõtrariũ recidat. Quia ego nõ arguta aliqua cõclusione: ut apud Platonem Socrates facit: qui eos quos cõtra disputat: cogit ea quę negauerant confiteri: sed simpliciter ostendam summũ metũ: summã esse uirtutẽ. Nemo dubitat qn timidi & imbecilli sit animi: aut dolorem metuere: aut egestate;: aut exilium: aut carcerem: aut mortem: quę omnia quisquis non exhorruerit: fortissimus iudicatur. Qui autẽ deum metuit: illa uniuersa non metuit. Ad quod probandum argumẽtis opus non est. Spectatę sunt enim semp: spectanturq; adhuc per orbem poenę cultorum dei: in quibus excruciandis noua & inusitata tormenta

excogitata sunt . Nam de mortis generibus, horret animus recor
dari: cum immaniū bestiaꝝ ultra ipsam mortem carnificina sęqui
erit. Has tamē execrabiles corporum lacerationes: foelix atq; inui
cta patientia sine ullo gemitu pertulit. Hęc uirtus omnibus popu
lis atq; ꝓuintiis: & ipsis tortoribus miraculum maximū prębuit ,
cum patientia crudelitas uinceretur. Atq; hanc uirtute; nihil aliud
q̄ metus dei fecit. Itaq; ut dicebā nō euellēdus (ut stoici) neq; tem
perandus timor (ut peripathetici uoluit) sed in ueram uiam diri
gendus est: auferendiq; sunt metus: sed ita ut hic solus relinquat:
qui quoniā legitimus ac uerus ē: solus efficit ut possint cętera oīa
non timeri. Cupiditas quoq; inter uicia numeratur: sed si hęc quę
terręna sunt concupiscat uicium est: uirtus autem si cęlestia. Qui
enim iustitiā: qui deū: qui uita; ꝑpetuā: qui lucē sempiternā: eaq;
omnia quę deus homini pollicetur consequi cupit : opes istas &
bonores & potētias: & regna ipsa cōtēnet. Dicet fortasse Stoic⁹:
uoluntate opus esse ad hęc consequēda, non cupiditate: imo uero
paꝝ est uelle. Multi. n. uolunt: sed cū dolor uisceribus accesserit :
uoluntas cedit: cupiditas perseuerat : quę si efficit ut contemptui
sint omnia: quę a cęteris appetuntur: summa uirtus est: siquidem
cōtinētię mater est: ideoq; potius illud efficere debemus : ut affe
ctus quibus parue uti, uicium est: dirigamus in rectum. Nā istę cō
citationes animoꝝ iuncto currui similes sunt: in quo recte mode
rando summū rectoris officiū est: ut uiā nouerit: quā si tenebit :
licet q̄ concitate ierit non offendit. Si autē errauerit : licet placide
ac leuiter eat: aut per confragosa uexabitur: aut per pręcipitia labe
tur: aut certe quo non opus est deferetur. Sic cursus ille uitę : qui
affectibus uelut equis pernicibus ducitur : si rectā uia; teneat fun
getur officio. Metus igit̄ & cupiditas si ꝓiciant̄ in terram: uicia
fient, Virtutes autē si ad diuina referātur: parsimoniā contra uir
tutis loco habēt: quę si studium est habendi: non pōt esse uirtus
qa in augēdis uel tuēdis terręstribus bonis, tota uersatur. Nos au
tem summū bonum non referimus ad corpus: sed omne officiū
solius animę conseruatione metimur: quod si (ut supra docui) pa
trimonio minime parcendum est: ut humanitatem iustitiamq; te
neamus: non est uirtus frugi esse: quod nomē, uirtutis specie fefel
lit ac decepit. Est. n. frugalitas abstinētia qdē uoluptatū: sed eo ui
ciū: qa exhibēdi amore descēdit: cū sit & uoluptatib⁹ abstinēdū

& pecunię minime temperandum. Nam parce idest mediocriter uti pecunia: quasi quędam pusillitas est animi: aut pertimētis ne sibi desit: aut desperantis posse se illam reparare: aut contemptu; terręstium non cupientis. Sed illi rursus eu;, qui rei familiari suę non parcat, prodigum uocant. Nam ita liberalem distinguunt a ꝓdigo: q; is liberalis sit: q cibū & benemeritis & cum oportet & q̄tū satis est largitur. prodigus uero qui & nō meritis & cū opus non est: & sine respectu rei familiaris effūdat. Quid ergo prodigum ne dicemus eū? qui misericordię causa tribuit egentibus uictum? Atquin multū refert ut;: ne scortis propter libidinē largiare: an miseris propter humanitatem. Vtrū pecuniam tuā ꝑductores, aleatores, lenonesq; diripiant. an illam pietati ac deo pręstes. Vtrū ne illam uentri ac gulę ingeras: an in thesauro iustitię reponas. Vt ergo uicium est effundere in malā partem: sic in bonā, uirtus. Si uirtus est nō parcere opibus quę possunt reparari: ut hominibus uitam sustentes, quę reparari non pōt: uiciū igitur parsimonia est. Quare nihil aliud dixerim q̄ insanos: qui hominem mite ac sociale animal, orbant suo nomine: qui euulsis affectibus qbus omnis constat humanitas: ad īmobilem stuporē mentis perducere uolunt: dū student animū a perturbationibus liberare: & ut ipsi dicunt quietum tranquillumq; reddere: quod fieri non tantum nō pōt: qa uis & ratio eius in motu est: sed ne oportet quidē: qa sicut aqua quidem semper iacens & quieta, insalubris; & magis turbida est: sic animus īmotus ac torpens inutilis est etiam sibi: nec uitam ipsā tueri poterit: qa nec faciet quicq̄ nec cogitabit: cum cogitatio ipsa nihil aliud sit q̄ mentis agitatio. Deniq; qui hanc immobilitatē animi asserunt: priuare animum uita uolunt: quia uita actuosa est, mors quieta. Quędam etiam recte pro uirtutibus habent: sed eaꝝ modum non tenent. Virtus est constantia: non ut inferentibus iniuriam resistamus. His enim credendū: quod cum fieri debeat mox docebo: sed ut iubentibus, facere nos contra dei legem cōtraq; iustitiā: nullis minis aut suppliciis terreamur: quo minus dei iussionem hominis iussioni pręferamus. Item uirtus ē mortē cōtemnere. nō ut appetamus: eamq; ultro nobis inferamꝰ. sicut phōrum plurimi & maximi sępe fecerunt: quod est sceleratum ac nefarium: sed ut coacti deum relinquere: ac fidem prodere: mortē suscipere malimꝰ: libertatemq; defendamus aduersus

ipotentiā stultam, uecordēq; uiolentiam: ut omnes seculi minas: atq; terrores fortitudine animi prouocemus. Sic ea quę alii timēt excelsa & insuperabili mente, dolorē mortēq; calcamus. Hęc ē uirtus: hęc uera constātia: in hoc tuēda & cōseruāda solo: ut nullus nos terror: nulla uis a deo possit auertere. Vera igit̃ Ciceronis illa sentētia est. Nemo inquit iustus potest esse: qui mortē: qui dolorem: qui exilium: qui egestatē timet. Item Senecę ĩ libris moralis philosophię dicētis. Hic est ille homo honestus: non apice: purpuraue: non lictoꝝ ĩsignis ministerio: sed nulla re minor: qui cū̃ mortē in uicinia uidet: nō sic ꝑturbat̃ tanq̃ rē nouā uiderit: q̃ siue toto corpore tormēta patienda sūt: siue flāma ore rapiēda ē: siue extendēdę ꝑ patibulū man⁹ nō quęrit q̃d patiat̃: sed q̃ bene. Qui aūt deum colit: hęc patit̃: nec timet. Ergo iustus his rebus efficit̃: ut neq; uirtutes: neq; uirtutū exactissimos limites nosse: aut tenere possit omnino, q̃squis est a religione dei singularis alienus.

Capi. xviii. Quomō pręcepta dei; quibus insistēdū ē a phīs dissident institutis: & q̄uis sit patientię titulus.

Sed omittamus philosophos: qui aut omnino nihil sciūt: idq; ipsū ꝓ sūma sciētia pręferūt: aut, qui non ꝑcipiunt etiā quę sciunt: aut qui quoniā se putāt scire quę nesciunt: inepte arrogāterq; desipiunt. Nos ergo ut ad propositum reuertamur: q̄bus solis, a deo ueritas reuelata: & cęlitus missa sapientia ē: faciamus quę iubet illuminator noster deus: sustineamus inuicē & labores hui⁹ uitę mutuis adiumētis ꝑferam⁹. Nec tamē si quid boni opis fecerimus gloriā captemus ex eo. Monet .n. deus operatorem iustitię non oportere esse iactantē; ne, nō tā mandatis cęlestibus obsequēdi: q̄ studio placēdi: humanitatis officio functus esse uideatur. Habeatq; iam preciū glorię q̄d captauit: nec pręmiū cęlestis illi⁹: ac diuinę mercedis accipiat. Cętera quę obseruare cultor dei debet: facilia sunt illis uirtutibus cōprehēsis. Non mētiatur unq̄ decipiēdi aut nocēdi causa. Est .n. nefas eū qui ueritati studeat in aliqua re esse fallacē: atq; ab ipsa quam seq̄t ueritate discedere. In hac iustitię uirtutumq; omnium uia: nullus mendacio locus est. Itaq; uiator ille uerus ac iustus non dicet illud Lucillianum. Homini amico ac familiari non est mentiri meum: sed etiam inimico

atq; ignoto estimabit non esse mentiri suũ : nec aliquãdo cõmit
tet ut lingua interpres animi,a sensu & cogitatione discordet : pe
cuniã si quã crediderit,non accipiat usuram:ut & beneficium ico
lume sit:quod succurrit necessitati:& abstineat se prorsus alieno.
In hoc enim genere officii debet suo esse contẽtus : quẽ oporteat
alias:ne proprio quidẽ parcere,ut bonum faciat:plus autẽ accipere
q̃ dederit iniustũ est. Quod qui facit insidiatur quodãmodo:ut
ex alterius necessitate prędet. Aũt iustus nunq̃ pretermittet : quo
minus aliquid misericorditer faciat:nec inquinabit se huiusmodi
quęstu:sed efficiet ut sine ullo suo damno idipsum quod cõmo
dat inter bona opa numeretur. Munus nõ accipiet a paupere : ut si
quid ipse pręstiterit:eo bonum sit:quo fuerit gratuitum. maledi
centi benedicto respondeat: nunq̃ ipse maledicat ne uerbum ma
lum procedat ex ore hominis : qui colit uerbum bonum . Quin
etiam caueat diligenter:ne quando inimicum,sua culpa,faciat : &
si quis extiterit tam proteruus,qui bono & iusto faciat iniuriam
clemẽter ac moderate ferat:& ultionem suam non sibi assumat
sed dei iudicio reseruet:innocẽtiã semp & ubiq; custodiat. Q
preceptum non ad hoc tantum ualet:ut ipse iniuriam non inferat
sed ut illatam sibi non uindicet ; sed ei,qui maximus & ęquis
mus iudex,speculator,ac testis est omnium:hũc homini pręferat
hunc malit de sua causa pnunciare:cuius sententiam nemo effug
re potest:nec defensione cuiusq̃:nec gratia . Ita fit ut homo ius
contẽptui sit omnibus:& quia putabitur semetipsum defende
non posse,habebitur pro segni & inerti. Qui autem fuerit ult⁹ i
micũ hic fortis:hic strenuus iudicatˀ:hunc colunt: hunc omnes
rentur. Bonus uero ille tametsi prodesse omnibus uel plurib⁹ p
sit:illum tamẽ suscipiũt,qui nocere q̃ qui prodesse possit: sed
stum prauitas hominũ deprauare non poterit:quo minus deo
deat obtemperare:malitq; contẽni dummodo semper bono f
gatur officio:mali nunq̃. Cicero in iisdẽ illis officialibus . At
ro siquis uoluerit inquit sui animi complicatam notionem e
uere:iam seipse doceat eum uirũ bonũ esse:qui psit quibus p
sit:noceat nemini:nisi lacessitus iniuria. O q̃ simplicem uera
sententiam,duorũ uerborum adiectione corrupit. Quid.n.op
fuerat adiũgere:nisi lacessit⁹ iniuria:ut uiciũ bono uiro q̃si ca
turpissimam apponeret:patientieq; que omniũ uirtutũ maxi

est,facere expertem? Nociturum esse dixit bonum uirum: si fuerit lacessitus. Iam hoc ex ipso boni uiri nomē amittat necesse est: si nocebit. Non minus. n. mali est referre iniuriam q̄ īferre. Nā unde certamina inter homines? unde pugnę contentionesq; nascunt̄? nisi q̄ improbitati apposita impatientia: magnas sępe concitat tē pestates. Quod si patientiā,qua uirtute nihil uerius; nihil homīe dignius inueniri pōt,improbitati opposueris,extinguetur proti nus tanq̄ igni aquā superfuderis. Sin aūt ꝓuocatrix illa improbi tas impatientiam sibi comparem nacta est: tanq̄ perfusa oleo tan tum excitabit incendium: ut id non flumen aliquod: sed effusio cruoris extinguat: magna itaq; patientię ratio est: quā sapiens ho mo ademit bono uiro: ut enim nihil,malorū fiat: hęc sola efficit: quę si detur omnibus: nullum scelus: nulla fraus in rebus hūanis erit. Quid ergo bono uiro potest esse tam calamitosū: tamq; cō trariū: q̄ irę frena permittere: quę illum non modo boni: sed etiā hominis appellatione despoliet? Siquidem nocere alteri: ut ipse ait uerissime: non est secundum homīs naturam: nam & pecudes si lacessas: aut calce: aut cornu repugnāt. Et serpētes ac ferę: nisi per sequaris: ut occidas: negociū non exhibent. Et ut ad hominū exē pla redeamus: īperiti quoq; & insipiētes si quando accipiūt iniu rias: cęco & irrationabili furore ducuntur: & his qui sibi nocēt ui cem tribuere conant̄. In quo igitur sapiens ac bonus uir a malis & insipientibus differt? nisi q̄ habet inuictā patientiam: qua stulti carent: nisi q̄ regere se ac mitigare iram suam nouit: quam illi (q̄a uirtute indigent) frenare non possunt? sed uidelicet hęc,ipsum,res fefellit: quia cum de uirtute quęrit̄,in quacunq; conditione uince re; putauit esse uirtutis. Nec uidere ullo modo potuit,hominem dolori & irę succūbentem: & his affectibus indulgentem: quib⁹ debet potius reluctari. Et ruētē quacunq; in parte ꝓuotarit impro bitas,uirtutis officium nō tenere. Qui enī referre iniuriam nititur, eum ipsum,a quo lęsus est,gestit imitari: ita qui malum imitatur: bonus esse nullo pacto potest. Duob⁹ igitur uerbis,duas uirtutes maximas: bono & sapiēti uiro: īnocentiā patiētiāq; detraxit: sed q̄a ipse caninam illā facūdiā,sicut Salustius ab Appio dictum re fert,exercuit: uoluitq; hominē canino modo uiuere: ut remordeat lacessitus: quę retributio contumelię q̄ perniciosa sit: & quas ede re soleat strages: unde oportunius petetur exemplum: q̄ ex ipsius

preceptoris tristissimo casu,qui cum bis philosophorū preceptis
obtēperare gestit:ipse se perdidit. Qui si lacessitus iniuria patien
tiā tenuisset:si dissimulare:si ferre contumeliam boni uiri esse di
dicisset:nec illas nobiles orationes alieno titulo inscriptas : impa
tientia & leuitas & insania profudisset,nunq̄ capite suo rostra(in
quibus ante floruerat)cruentasset:nec rēpublicam fundit⁹ proscri
ptio illa delesset. Sapientis ergo ac boni uiri non est uelle certa
re,ac se periculo cōmittere:quoniā & uincere non est in nostra po
testate:& est anceps omne certamē : sed est sapientis & optimi ui
ri non aduersarium uelle tollere(quod fieri sine scelere ac periculo
nō pōt)sed certamē ipsum :quod fieri & utiliter & iuste potest.
Sūma igitur uirtus habēda patientia est : quam ut caperet homo
iustus:uoluit illū deus:ut supradictum est,p inerte contēni. Nisi
.n.contumeliis fuerit affectus:quantum habeat fortitudinis in se
ipso cohibendo ignorabitur. Si autem lacessitus iniuria ledentē
persequi coeperit:uictus est. Si uero motū illum ratione compres
serit:hic plane imperat sibi:& hic regere se potest:que sustentatio
sui,recte patientia nominat̄:que una uirtus omnibus est ꝓposita
uiciis & affectibus. Hec perturbatum animum ac fluctuātem ad
tranquillitatem suam reuocat:hec mitigat:hec hominem sibi red
dit. Ergo quoniā nature repugnare impossibile est: & utile ut nō
cōmoueamur omnino : prius tamen q̄ cōmotio illa prosiliat ad
nocendum:quoad fieri potest,maturius sopiatur. Precepit deus
nō occidere,solem super iram nostram:ne furoris nostri testis ab
scedat. Deniq; Marcus Tullius cōtra suum preceptū : de quo pau
loante dixit:obliuionem iniuriarū in magnis laudib⁹ posuit. Spe
ro,inqt,Cesar qui obliuisci nihil soles nisi iniurias. Quod si hoc
ille faciebat homo:non a celesti tātum : sed a publica quoq;:ciui
liq; iustitia remotissimus:quanto magis id nos facere debemus :
qui immortalitatis uelamine candidati sumus.

Capi.xix. Q Peripathetici stoicis obuiant in defensio
ne affectuum. Et que sint tres furie:quas poete finxerunt:&
quis earum usus sit & abusus.

S Toici cum affectus ex homine,tanq̄ morbos,conantur euel
lere:Peripathetici se opponunt : eosq; nonmodo retinent :

ſed etiam defendunt. Nihilq́ꝫ in homine eſſe dicunt: quod non magna ratione ac prouidentia ſit innatum. Recte id qdem: ſi ſingularũ rerum ueros terminos ſcirent. Itaq́ꝫ hãc ipſam iram comitem eſſe dicunt uirtutis: tãꝗ nemo poſſit aduerſus hoſtes fortiter dimicare: niſi fuerit ira concitatus. Quo plane oñdunt nec, quid ſit uirtus, ſcire ſe: nec cur homini attribuerit iraꝫ deus. Quę ſi nobis iõ data ẽ: ut ea utamur ad occidẽdos homines: qd immaniꝰ homine: qd ſimilius feris beluis exiſtimãdũ eſt: ꝗ id animal qdꝰ ad coĩonem & innocentiam deus fecit? Tres ſunt igiẽ affectus q homines in omĩa facinora pręcipites agãt: ira: cupiditas: libido. Propterea poetę tres furias eẽ dixerũt: quę mẽtes hominuꝫ exagitent: ira ultionẽ deſiderat: cupiditas opes: libido uoluptates. Sed his omnibus, deus certos limites ſtatuit: quos ſi tranſcenderent: maioreſq́ꝫ eẽ coeperit: neceſſe eſt nãm ſuã deprauẽt: & ĩ morbos ac uicia uertinẽ. Qui aũt ſint iſti limites: non eſt magni laboris oñdere. Cupiditas ad ea cõparãda nobis data eſt: quę ſunt ad uitam neceſſaria: libido ad ſobolẽ ꝑpagãdã: irę affectꝰ ad cohercẽda peccata: eorum quę ſunt in noſtra poteſtate: idest ut arctiore diſciplina minor ętas ad probitatem, iuſtitiamque formetur: quę niſi metu cohibeatur: licentia pariet audaciaꝫ: quę ad omne flagitium & facinus euadet. Itaq́ꝫ ut ira uti, aduerſus minores & iuſtũ eſt & neceſſarium: ſic & aduerſum pares, & pernicioſuꝫ eſt & impium. Impium ꝙ uiolatur humanitas: pernicioſum ꝙ illis repugnantibus aut perdere neceſſe eſt aut perire. Hanc autem quam dixi eſſe rationem: cur homini ſit irę affectus datus, ex ipſius dei ꝓceptis intelligi poteſt: qui iubet uti maledictis & lędentibus nõ iraſcamur. Manꝰ autem noſtras ſupra minores ſemper habeamꝰ: hoc eſt ut peccantes eos aſſiduis uerberibus corrigamꝰ: ne amore inutili & indulgentia nimia educentur ad malum & ad uicia nutriantur. Sed rerum imperiti & rationis ignari: eos affectus qui ſunt homini aduerſus bonos dati, exterminauerunt: & latiꝰ ꝗ rõ poſtulat euagantur. Inde iniuſte atq́ꝫ impie uiuũt: utuntur ira cõtra pares: hinc diſſidia: hinc expulſiones: hinc bella cõtra iuſticiã nata ſunt. Vtuntur cupiditate ad congerendas opes: hĩc fraudes: hinc latrocinia: hinc omnia ſcelerum genera orta ſunt. Vtuntur libidine ad capiẽdas tantũ uoluptates. Hĩc ſtupra: hĩc adulteria: hinc corruptelę omnes extiterunt. Quicũq́ꝫ igitur illos affectus

intra fines suos redegerit: quod ignorãtes deũ facere nõ possunt: hic patiens: hic fortis: hic iustus est.

¶ Capit. xx. De qnq; sensuũ uoluptatibus. Et q̃re plus uoluptatis datũ sit homini a nã q̃ ceteris aĩalib⁹. Et p̃mũ de uoluptate uisus & de spectaculis euitãdis. Et de ludoꝝ & spectaculoꝝ auctoribus

Restat ut contra quinq; sensuum uoluptates dicam breuiter. Nam & ipsius libri mensura iam modum flagitat: quę omnes quoniam uiciosę ac mortiferę sunt: uirtute superari atq; opp̃imi debent, uel quod pauloante dicebam: de affectibus ad rationẽ suam reuocari. Cęterę animantes prẹter unam uoluptatẹ que ad generandum pertinet nullam sentiunt. Vtũtur ergo sensibus ad naturę suę necessitatem. Vident ut appetant ea quibus opus est ad uitam tuendam: audiunt inuicem seque dinoscunt: ut possint congregari. Quę utilia sunt ad uictum aut ex odore inueniunt: aut ex sapore percipiunt: inutilia respuunt aut recusant. Edendi & bibendi officium uentris plenitudine metiuntur. Homini uero, solertissimi artificis prouidentia dedit uoluptatem ĩfinitam & in uiciũ cadentem: quia proposuit ei uirtutem quę cum uoluptate semper tanq̃ cum domestico hoste pugnaret. Cicero in catone maiore. Stupra uero, inquit, & adulteria & omne flagitium nullis excitari alĳs illecebris, nisi uoluptatis. Cumq; homini siue natura siue quis deus nihil mentem prestabilius dedisset: huic diuino muneri ac dono, nihil tam inimicum q̃ uoluptatẹ. Nec enĩ libidine dominante temperantię locum esse: neq; in uoluptatis regno uirtutem posse consistere: sed econtrario deus idcirco uirtutem dedit: ut expugnaret & uinceret uoluptatem: eamq; egredientem fines sibi datos: intra prescriptuꝫ coherceret: ne hominẽ suauitatibus delinitum atq; captum: ditioni suę sibi̛sceret: ac sempiterna morte mulctaret. Voluptas oculoruꝫ uaria & multiplex, quę capit̃ ex aspectu rerum quę sunt in usu hominum: uel natura uel opere delectabiles: hanc philosophi rectissime sustulerũt. Aiunt enĩ multo esse prẹclarius & homine digni⁹: cęlum poti⁹ quã cęlata intueri: & hoc pulcherrimũ opus inter micantibus astroꝝ luminibus, tanquam floribus adornatum: q̃ picta & ficta & gemmis distincta mirari. Sed cum diserte ad contemptum terrestriũ

nos exhortati sunt: & ad celi spectaculum excitauerunt: tamē spectacula hęc publica nō cōtemnunt: itaqꝫ his & delectant & libēter intersunt: quę qm̄ maxima sunt irritamēta uicio4: & ad corrūpendos animos potissime ualēt, tollenda sunt nobis: quę nō modo ad beatam uitā nihil cōferūt: sed etiā nocēt plurimū. Nā qui hoīem quis ob merita dānatum in cōspectu suo iugulari pro uoluptate cōputat, conscientiā suam polluit: tam. s. q̄ si homicidiū quod fit occulte spectator & particeps fiat. Hos tamen ludos uocant: in quibus humanus sanguis effunditur. Adeo longe ab hominibus secessit humanitas: ut cum animas hominum interficiant: ludere se opinentur: nocentiores his omnibus, quorum sanguinē uoluptati habent. Quęro nunc an possint pii & iusti homines esse, q̄ constitutos sub ictu mortis, ac misericordiam deprecantes: non tantum patiuntur occidi: sed efflagitant, feruntqꝫ ad mortem crudelia & inhumana suffragia, nec uulneribus satiati: nec cruore contēti: cum etiam percussos iacentesqꝫ repeti iubent: & cadauera ictibus dissipari: ne quis illos simulata morte deducat. Irascantur etiam pugnantibus nisi celeriter alter e duob9 occisus est: & tanquā humanum sanguinem sitiant: oderunt moras: alios illis cōpares dari poscunt recentiores: ut q̄primū oculos suos satient. Haccō suetudine imbuti, humanitatem perdiderunt. Itaqꝫ non parcunt etiam innocentibus: sed exercent in omnes quod in malorum trucidatione didicerunt. Huius igitur publici homicidii socios & participes esse non conuenit: eos qui iustitię uiā tenere nituntur. Non enim cum occidere deus uetat: latrocinari tantum prohibet, quod ne per leges quidem publicas licet: sed ea quoqꝫ ne faciant monet: quę apud homines pro licitis habentur. Ita neqꝫ militari iusto licebit: cui9 militia est ipsa iustitia: neqꝫ uero accusare queq̄ crimine capitali: quia nihil distat utrum ne ferro an uerbo potius occidas: quoniam occisio ipsa prohibetur. Ita qꝫ in hoc dei prę cepto nullam prorsus exceptionem fieri oportet: quin occidē hominem sit semper nefas: quem deus sanctum animal esse uoluit. Ergo ne illud quidem cōcedi aliqs existimet: ut recentes natos liceat oblidere: quę uel maxima est impietas. Ad uitam enim deus inspirat animas non ad mortem. Verum homines ne quod sit facinus quo manus suas non polluant: rudib9 adhuc & simplicib9 animis abnegant lucem non a se datam. Expectet uero aliquis ut

alieno sanguinē parcant: qui non parcunt suo: sed hi sine ulla cō trouersia scelerati & iniusti. Quid illi quos falsa pietas cogit ex ponere? Nō possūt īnocentes existimari: q uiscera sua ī prędā ca nib⁹ obiiciūt: & quātū in ipis ē: crudeli⁹ necāt q̄ si strāgulassēt. Quis dubitet qn īpius sit, q alienę misericordię locū nō tribuit? q etiā si cōtingat ei qđ uoluit, ut alat, addixit certe sanguinē suū uel ad seruitutē uel ad lupanar. Quę aūt possunt uel soleant acci dere in utroq; sexu, uel ꝑ errorē, qs non intelligit? qs ignorat? Qđ uel uni⁹ Edipodis declarat exēplū: duplici scelere cōfusū. Tā igi tur nefariū est exponere q̄ necare. At enī parricidę facultatū angu stias cōqueruntur: nec se pluribus liberis educandis sufficē posse pretendunt: quasi uero aut facultates in potestate sint possidētiū aut non quotidie deus ex diuitibus pauperes: & ex pauperib⁹ di uites faciat. Quare si quis liberos ob paupertatē non poterit edu care: satius est ut ab uxoris congressi one cōtineat: q̄ sceleratis ma nibus, dei opera corrumpat. Ergo si homicidiū facere nullo mō licet: nec interesse omnino conceditur: ne conscientiam perfūdat ullus cruor. Siquidem populo sanguis ille prestatur: ī scęnis q̄q; nescio an sit corruptela uiciosior. Nam & comicę fabulę de stu pris uirginum: aut loquuntur amoribus meretricum: & quo ma gis sunt eloquentes qui flagitia illa finxerunt, eo magis sententia rum elegantia persuadent: & facili⁹ inhęrent audientium memo rię uersus numerosi & ornati. Item tragicę historię subiiciūt ocu lis parricidia & īcesta regum malorum: & coturnata scelera de monstrant. Histrionum quoque impudicissimi motus: quid ali ud nisi libidines docent & instigant? quorum eneruata corpora: & in muliebrem incessum habitumq; mollita: impudicas foemi nas inhonestis gestibus menciuntur. Quid de mimis loquar, cor ruptelarum preferentibus disciplinam: qui docent adulteria dū fingunt: & simulatis erudiunt ad uera? Quid iuuenes aut uirgi nes faciant: cum & fieri sine pudore: & spectari libenter ab omni bus cernunt? Admonentur utiq; quid facere possint & ī flammā tur libidine: quę aspectu maxime concitatur: ac se quisq; ꝑ sexu in illis imaginibus prefigurat: probātq; illa dum rident: & adhę rentib⁹ uiciis corruptiores ad cubicula reuertuntur: nec pueri mo do quos prematuris uiciis inbui non oportet: sed etiā senes quos peccare non decet in talem uicioꝝ semitam dilabuntur. Circēsiū

possunt

facultatum angustias

quoq; ludoꝝ ratio quid aliud habet nisi leuitatẽ: uanitate; : insa niã? Tãto nãq; ĩpetu cõcitant animi in furorẽ: quãto illic impetu currit: ut iã plus spectaculi exhibeãt: q̄ spectãdi gr̃a ueniũt cum exclamare & efferri & exilire coeperit. Vitanda ḡ spectacula oĩa nõ solum ne quid uiciorum pectorib⁹ insideat: quę sedata & pa cifica esse debent: sed ne cuius nos uoluptatis consuetudo delini at: & a deo atq; a bonis operibus auertat. Nam ludorum celebra tiones, deorum festa sunt: siquidem ob natales eorum uel tempo rum nouorum dedicationes sunt constituti. Et primitus quide; uenationes quę uocantur munera, Saturno attributę sunt. Ludi autem scęnici libero: Cirenses uero Neptuno. Paulatim uero & cęteris diis idem honos tribui coepit: singuliq; ludi nominibus eorum consecrati sunt: sicut Sisinnius capito in libris spectacu lorum docet. Si quis igitur spectaculis interest: ad quę religiõis gratia conuenitur: discessit a dei cultu: & ad deos se cõtulit: quo rum natales & festa celebrauit.

¶ Capitulum. xxi. De uoluptate auriũ. Et quid sibi uelit diui norum eloquiorum simplicitas: quę omnibus carminibus & flo ribus pompisq; uerborum pręferenda est.

[A]Vrium uoluptas ex uocum & cantuũ suauitate percipitur quę scilicet tam uiciosa est: q̄ oblectatio illa de qua dixim⁹ oculorum. Quis enim non luxurio sum ac nequam putet eum: q scęnicas artes domi habeat? At qui nihil refert utrum ne luxuriam solus domi: an cum populo exerceas in theatro. Sed iam de spe ctaculis dictum est: restat unum quod est nobis expugnandum: ne capiamur his quę ad sensum intimum penetrant. Na; illa om nia quę uerbis carent: idest aeris & neruorum suaues soni: possũt facile contemni: quia non adhęrent ne scribi possunt. Carmẽ aũt compositum & oratio cum suauitate decipiens: capit mentes: & quo uoluerit impellit. Inde homines litterati cum ad religione; dei accesserint: ab aliquo perito doctore fundati, minus credunt. Assueti enim dulcibus & politis, siue orationibus, siue carmini bus: diuinarum litterarum simplicem communemq; sermonem pro sordido aspernantur: id enim quęrunt quod sensum demul ceat. Persuadet autem quicquid est suaue: & animo penitus, dum delectat, insidet. Num igitur deus & mentis & uocis & linguę

attifex: diserte loqui nõ põt? Immo uera sũma ꝓuidentia carere fuco uoluit: ea q̃ diuina sũt, ut oẽs itelligerent: q̃ ipa oĩbus loque baĩ. Ergo q ueritati studet: q non uult ipe se decipere: abijciat inimicas & noxias uoluptates: q̃ animam sibi uinciãt: ut corp⁹ cibi dulces: preferãtur uera falsis: ęterna breuib⁹: utilia iocũdis. Nihil aspectu gratũ sit: nisi quod pie quod iuste fieri uideas: nihil auditu suaue: nisi qđ alit aĩam: melioreq́ꝫ te reddit. Maximeqꝫ hic sensus non est ad uicium detorquendus: qui nobis ideo datus ẽ: ut doctrinã dei percipere possemus. Ita ꝙ si uoluptas est audire cantus & carmina: dei laudes canere & audire iocundum sit. Hęc ꝗ̃ uoluptas uera, q̃ comes est & socia uirtutis. Hęc est nõ caduca & breuis: ut illę, quas appetunt, qui corpori ut pecudes seruiunt: sed ꝑpetua & sine ulla intermissione delectans. Cui⁹ terminos si qs excesserit: nihilqꝫ aliud ex uoluptate petierit nisi ipam uoluptatẽ hic mortem meditatur: quia sicut uita perpetua in uirtute est: ita mors in uoluptate. Qui enim temporalia maluerit: carebit ęternis: qui terręna pretulerit: cęlestia non habebit.

Capitulum. xxii. De uoluptate olfatus & gustus: quam uir prudens euitare debet ut laqueos & tendiculas mortis.

Duoluptates autem saporis & odoris: qui duo sensus ad solum corpus pertinẽt: nihil est aliud quod a nobis disputetur nisi forte quis exigit: ut dicamus turpe esse sapienti at bono, si uentri & gulę seruiat: si unguẽtis oblitus: at floribus coronat⁹ incedat: quod qui facit utiqꝫ insipiẽs & inept⁹ & nihil est: & quẽ ne odor quidem uirtutis attigerit. Fortasse quispiã dixerit. Cur ergo illa facta sunt: nisi ut illis fruamur? At enim iam sępe dictũ est uirtutẽ fuisse futurã nullã: nisi haberẽt quę opprimerẽt. Itaqꝫ fecit oĩa deus ad ĩstruendũ certamẽ reꝝ duaꝝ. Ergo illecebrę istę uoluptatũ: arma sunt illi⁹, cuius opus unũ est, expugnare uirtuteꝫ: iusticiáqꝫ ab oĩbus excludere. His blandimẽtis titillat aĩa & suauitatibus: Scit enĩ quia mortis est fabricatrix uoluptas. Naꝫ sicut deus hominẽ ad uitã non nisi per uirtutem ac laborem uocat: ita ille ad mortem per delicias ac uoluptates: & sicut ad uerũ bonuꝫ per fallacia mala: sic ad uerum malũ ꝑ bona fallacia ꝑuenit. Cauẽda sunt igit̃ oblectamẽta ista tãq̃ laquei & plagę: ne suauitudinũ

mollicię capti:ſub ditione mortis cum ipo corpore redigamur:
cui nos mancipauimus.

Capitulum.xxiij. De uoluptate tactus:& quare ſit in homie uehementior q̃ in cęteris animalibus:& quantas per eũ diabolus turpitudines ingerat,& ſpicula gehennę.Et de licito coitu,& illicito.Et quare inter omnia animantia ſola mulier poſt conceptuʒ ſit patiens uiri.Et quis ſit cõtinẽtię uel ĩcõtinentię fructus.

Venio nunc ad eam quę percipitur ex tactu uoluptatem:qui ſenſus eſt quidem totius corporis:ſed ego non de ornamẽtis aut ueſtibus:ſed de ſola libidine dicendum mihi puto q̃ maxime cohercẽda eſt:quia maxime nocet. Cum excogitaſſet deus duorum ſexuum rationẽ:attribuit ipſis ut ſe inuicẽ appeterẽt:& cõiunctione gauderent.Itaq; ardentiſſimam cupiditatem,cũctorum animantiũ admiſcuit corporibus:ut in hos affectus auidiſſime ruerent:ea ratione propagari & multiplicari genera poſſẽt. Quę cupiditas & appetentia in homine uehementior,& acrior ĩuenitur:uel quia hominum multitudinem uoluit eſſe maiorem, uel quoniam uirtutem ſoli homini dedit:ut eſſet laus & gloria in cohercẽdis uoluptatibus:& ſui abſtinentia. Scit ergo aduerſarius ille noſter quanta ſit uis huius cupiditatis:quam quidem neceſſitatem dicere maluerunt:eamq; a recto & bono,ad malũ & ad prauum transfert:illicita enim deſideria immittit:ut aliena cõtaminet:quibus habere propria ſine delicto licet:obiicit quippe oculis irritabiles formas:ſuggeritq; fomenta:& uiciis pabulum ſubminiſtrat:tum intimis uiſceribus ſtimulos omnes cõturbat:& cõmouet:& naturalem illum incitat atq; inflammat ardoreʒ: donec irretitum hominem implicatumq; decipiat. At ne quis eſſet qui poenarum metu abſtineret alieno:lupanaria quoq; conſtituit & pudorem infoelicium mulieꝝ publicauit:ut ludibrio haberet tam eos qui faciunt:q̃ quas pati neceſſe eſt.His obſcęnitatibus animas ad ſanctitatem genitas:uelut in cęni gurgite demerſit:pudorem extinxit:pudicitiam flagitauit.Idem etiam mares maribus admiſcuit:& nefandos coitus contra naturam:contraq; iſtitutum dei machinatus eſt:ſic imbuit homines,et armauit ad nefas omne.Quid enim poteſt eſſe ſanctum his,qui etatem imbecillam & prẽſidio indigentem:libidini ſuę depopulandam

foedandamq; ſubſtrauerit? Nō poteſt hęc res pro magnitudine ſceleris enarrari. Nihil ā pli⁹ iſtos appellare poſſū: q̄ ipios & parricidas: qbus nō ſufficiat ſexus a deo dat⁹: niſi & ſuū ſexū ꝓphaneac petulant̄ illudant. Hęc tñ apud illos leuia & quaſi honeſta ſūt. Quid dicā de his q abbominādā nō libidinē: ſed inſaniam poti⁹ exercēt? Piget dicē. Sed qd his fore credam⁹: quos nō piget facē: & tñ dicendū eſt q̄ fit? de iſtis loquor quoꝝ teterrima libido & execrabilis furor: ne capiti qdē parcit. Quibus h̄ ꝟbis, aut q̄ indignatōe tātū nefas ꝓſequar? Vicit officiū linguę ſceleris magnitudo. Cum igitur libido hęc edat opera: & hęc facinora deſſ gnet: armandi aduerſus eam, uirtute maxima ſumus. Quiſquis affectus illos fręnare non poteſt: cobibeat eos intra preſcriptum legitimi thori: ut & illud quod auide expetit aſſequatur: & tñ ī peccatum non incidat. Nam quis ſibi homines perditi uolunt? Nempe honeſta opera uoluptas ſequitur: ſi ipſaꝫ per ſe appetūt: iuſta & legitima frui licet. Quod ſi aliqua neceſſitas ꝓhibebit: tum uero maxima adhibenda uirtus erit: ut cupiditati cōtinētia reluctetur. Nec tantū alienis thoris quę attigere nō licet: ueꝝ etiaꝫ publicis uulgatiſq; corpotibus abſtinendum deus pręcępit. Docetq; nos cum duo inter ſe corpora fuerint copulata: unum corp⁹ efficere. Itaq; qui ſe cęno īmerſerit: cęno ſit oblit⁹ neceſſe eſt. Et corpus quidē cito ablui poteſt: mens autem, contagione impudici corporis inquinata, non pōt: niſi ex longo tempore & multis bonis operibus, ab ea quę inhęſerit colluuione, purgari. Oportet ḡ ſibi quēq; ꝓponē duoꝝ ſexuū cōiunctionē gñandi cā datum eſſe uiuentibus. Eamq; legem his affectibus poſitam: ut ſucceſſioneꝫ parent: ſicut autem dedit nobis oculos deus: nō ut ſpectemus uoluptatemq; capiamus: ſed ut uideamus, propter eius actus qui pertinēt ad uitę neceſſitatem. Ita genitalem corporis partem qd̄ nomen ipſum docet: nulla alia cauſa niſi efficiendę ſobolis accępimus. Huic diuinę legi ſumma deuotione parendum eſt: ſint omnes qui dei diſcipulos ſe ꝓfitebuntur ita morati & inſtituti: ut impetrare ſibi poſſint. Nam qui uoluptatibus indulgent: qui libidini obſequunt̄: hi animam ſuam corpori mācipant: ad mortemq; condēnant: qui ſe corpori addixerunt: in quo habet mors poteſtatem. Vnuſquiſq; igitur quantum poteſt formet ſe ad uerecundiam: pudoremq; colat: caſtitatem mente & cōſcientia tue

atur:nec tantum legibus publicis pareat:sed sitsupra omnes leges
qui legē dei sequit̄:quib⁹ bonis si assueuerit: iā pudebit eū in de
teriora descēdere. Mō placeāt recta & bonesta quę melioribꝰ io
cundiora sunt:q̄ praua & inbonesta peiorib⁹. Nō dū oīa castita
tis officia execut⁹ suȝ:quā nō mō deus intra ꝑuatos parietes:sed
etiā ę episcripto lectuli terminat:ut cū quis babeat uxorē: neq; ser
uam neq; liberā babere insup uelit:sed in matrimonio fidē ſuet.
Nō enim sicut iuris publici ratio est:sola mulier adultera est quę
babet alium: maritus aūt etiam si plures babeat:a crimine adulte
rii solutus est. Sed diuina lex ita duos in matrimoniuȝ, quod est
in corpus unum pari iure coniungit:ut adulter babeat: quisquis
cōpagem corporis in diuersa distraxerit. Nec ob aliam causam
deus,cum cęteras animātes suscępto foetu,maribus repugnare uo
luisset,solam omnium mulierē patiētem uiri fecit.s. ne foeminis
repugnantibus,libido cogeret uiros aliud appetere:eoq; facto ca
stitatis gloriam non tenerent:sed neq; mulier uirtutem pudicitię
caperet:si peccare non posset. Nam quis mutum animal pudicuȝ
esse dixerit:quod suscępto foetu mari repugnat? Quod ideo fa
cit quia necesse est in dolorem atq; in periculum ueniat si admise
rit. Nulla igitur laus est non facere:quod non possis facere. Ideo
autē pudicitia in bomine laudatur:quia nō naturalis est :sed uo
luntaria. Seruanda igitur fides ab utroq; alteri est: immo exēplo
continentię docenda uxor:ut se caste gerat. Iniquum est enim ut
id exigas:quod ipse pręstare nō possis. Quę iniquitas id effecit
profecto:ut essent adulteria:foeminis ęgre ferentibus pręstare se
fidem:nō exbibentibus mutuam charitatem. Deniq; nulla est tā
perditi pudoris adultera:quę non banc causam uiciis suis pręten
dat: iniuriam se peccando non facere:sed referre:quod optime,
Quintilianus expręssit: bomo,inquit,neque alieni matrimonii
abstinens:neq; sui custos:quę inter se natura connexa sunt. Nam
neq; maritus circa corrumpendas aliorum coniuges occupatus:
potest uacare domesticę sanctitati. Et uxor cum in tale incidit
matrimonium,exemplo ipso concitata: aut imitari se putat aut
uindicari. Cauendum igitur ne occasionem uiciis,nostra intempe
rantia demus:sed assuescant inuicem mores duorum: & iugum
paribus animis inferant. Nos ipsos in altero cogitemus. Nā fere
in boc iusticię summa consistit:ut nō facias alteri quicquid ipse

ab altero pati nobis. Hęc sunt quę ad continentiam precipiuntur
a deo: sed tamē si quis diuina pręcępta circūscribere se putat pos
se, adducūtur illa: ut omnis calumnia & occasio fraudis remouea
tur: adulterum esse, qui a marito dimissam duxerit: & eum q pręt
er crimen adulterij uxorem dimiserit, ut alteram ducat. Dissocia
ri enim corpus & distrahi deus noluit. Pręterea non tantū adul
terium esse uitandū: sed etiam cogitationem: ne quis aspiciat alie
nam: & animo concupiscat: adulteram enim fieri mentem: si uel
imaginem uoluptatis ipsa sibi depinxerit: mens est enim pfecto
quę peccat: quę immoderatę libidinis fructum, cogitatione com
plectitur. In hac crimen est: in hac omne delictum. Nā & si cor
pus nulla sit labe maculatum: non constat tamen pudicitię ratio:
si animus incestus est: nec illibata castitas uideri potest: ubi cōsci
entiam cupiditas inquinauit. Nec uero aliquis existimet diffici
le esse imponere frenos uoluptati: eamq; uagam & errantem ca
stitatis pudicitięq; limitibus includere: cum propositū sit homi
nibus omnibus etiam uincere: ac plurimi beatam atq; incorruptā
corporis integritatem retinuerint: multiq; sint qui hoc cęlesti ge
nere uitę foelicissime perfruantur. Quod qdem nō ita deus fieri
pręcepit tanq̄ astringat: quia generari homines oportet: sed tanq̄
sinat. Scit enī, quātam his affectib⁹ iposuerit necessitatē: si quis
hoc, inquit, facere potuerit: habebit eximiā incōparabilemq; mer
cedem. Quod cōtinētię gen⁹ quasi fastigiū est, omniūq; cōsum
matio uirtutum. Ad quā si quis eniti atq; eluctari potuerit: hunc
seruū dn̄s: hunc discipulū magister agnoscet: hic terram triūpha
uit: hic erit consimilis deo: qui uirtutē dei coeperit. Nec quidem
difficilia uidentur: sed de eo loquimur: cui calcatis omnibus ter
renis iter in cęlū paratur. Nā quia uirtus in dei agnitione cōsistit
omnia grauia sunt, dum ignores: ubi cognoueris, facilia per ipsas
difficultates nobis exeundum est: qui ad summū bonū tēdim⁹.

## Capit. xxiiii. De poenitētia & fructu ei⁹ & cōsciētię stimul': & districto dei iudicio: ex qb⁹ sacrificiis & i q̄ ara possit placari

NEc tamen deficiat aliquis: aut de se desperet: si aut cupidita
te uictus: aut libidine impulsus: aut errore deceptus: aut
ui coactus: ad iniustitię uiam lapsus est. Potest enim reduci ac

liberari si eum poeniteat actorum : & ad meliora conuersus satis deo faciat: quod fieri posse Cicero nõ putauit. Cuius hęc in academico tertio ṽba sũt. Quod si liceret, bis q̃ in itinere deerrassẽt: sic uiã deuiã secutos, corrigere errorẽ in poenitendo facilior esset emẽdatio temeritatis: lꝫ plane. Nã si liberos nr̃os cũ delictorum suoꝝ cernimus poenitere : correptos eẽ arbitramur : & abdicatos abiectosq; : rursus tñ suscipimꝰ : fouemꝰ · amplectimur: cur desperemus clẽmẽtiã dei pr̃is poenitendo posse placari? Ergo idẽ dñs ac parẽs indulgẽtissimꝰ : remissuꝝ se poenitẽtibus peccata ꝓmittit: & obliturum omnes iniquitates nostras . Si iusticiam denuo coepimus operari. Sicut enim nihil prodest male uiuenti, añactę uitę ꝓbitas: quia superueniens nequitia, iusticię opera deleuit: ita nihil officiunt peccata uetera correcto: quia superueniens iusticia labẽ uitę prioris aboleuit: quem enim facti sui poenitet: errorem suum pristinum intelligit. Ideoq; gręci melius & significantius μετανοίαν : dicunt quasi nos latine possumus dicere resipiscẽtiam. Resipiscit enĩ ad suam mentem quasi ab insania receperit : quem errati piget, castigatq; seipsum dementię: & confirmãt animum suum ad rectius uiuendum: tum illud ipsũ maxime cauet: ne rursus in eosdeꝫ laqueos inducatur. Deniq; muta quoq; aĩalia cum fraude capiuntur: si aliquo se modo in fugam extricauerint: fiunt postmodum cautiora uitantq; semper ea omnia in quibus dolos insidiasq; senserunt. Sic hominem poenitentia cautum, ac diligentem facit, ad euitanda peccata: in quę semel fraude deciderit. Nemo enim potest esse tam prudens: tam circũspectus: ut nõ aliquando labatur . Et idcirco deus imbecillitatem nostram sciens: pro sua pietate aperuit nobis portuꝫ salutis : ut huic necessitati cui fragilitas carnis subięcta est: medicina poenitẽtię subueniret. Ergo quicunq; aberrauerit referat pedem: seq; quamprimum recipiat ac reformet. Sed reuocare gradum: superasq; euadere ad ad auras: hoc opus hic labor est . Degustatis enim male iocundis uoluptatibus: uix diuelli ab his possunt : facilius recta sequerentur: si earum suauitates non attigissent. Sed si eripiant se male seruituti: condonabitur his omnis error: si errorem suum uita meliori correxerint : nec lucrari se quisq̃ putet : si delicti conscium non habebit : scit enim ille omnia in cuius conspectu uiuimus : Nec si uniuersos hoĩes celare possumus deũ possumꝰ : cui nihil

abſconditū:nihil poteſt eſſe ſecretū. Seneca exhortationes ſuas mirabili ſententia terminauit. Magnū,inq̄t,neſcio quid maiuſq; ꝙ̄ cogitari pōt numen eſt:cui uiuendo operam damus. Huic nos approbemꝰ:nā nihil ꝓdeſt incluſam eē conſcientiā,patemꝰ deo. Quid uerꝰ dici pōt ab eo qui deū noſcet ꝙ̄ dictū eſt ab homine uerę religionis ignaro?Nā & maieſtatē dei expreſſit maiorē eſſe dicēdo:ꝙ̄ ut eā cogitatio mētis humanę capere poſſit,& ipſū ue ritatis attigit fontē:ſentiendo uitā hominis ſupuacuā nō eſſe(ut Epicurei uolunt)ſed deo ab his operā uiuēdo dari:ſiqdem iuſte ac pie uixerint. Potuit eē uerus dei cultor:ſi qs illi monſtraſſet,ut contēpſiſſet profecto Zenonē,& magiſtrū ſuū Sutionē:ſi uerę ſapiētię ducē nactus eſſet. Huic nos,inqt,approbemus. Cęleſtis prorſus oratio niſi antecederet ignorantię confeſſio:nihil ꝓdeſt incluſam habere conſcientiam:patemus deo. Nullus ergo menda cio nullus diſſimulationi locus eſt:quia parietibꝰ oculi hominū ſubmouentur:dei autem diuinitas nec uiſceribus ſubmoueri po teſt:quominus totum hominē perſpiciat & norit. Idē in eiuſdē operis primo. Quid agis?quid machinaris?quid abſcondis? Cu ſtos te tuus ſequitur. Aliū tibi peregrinatio ſubduxit:aliū mors: alium ualitudo. Hęret hic,quo carere nunquā potes. Quid locū abditum legis:& arbitrium remoues?puta tibi contigiſſe ut ocu los omnium effugias demens. Quid tibi ꝓdeſt non habere con ſcium,habenti conſcientiam?non minus mirabiliter de cōſciētia & de deo Tulius:meminerit,inquit,deum ſe habere teſtē:ideſt ut ego arbitror mentem ſuam:quā nihil homini dedit ipſe diui nius. Item cū de bono & iuſto uiro loqueretur. Itaq; talis uir,in quit,non modo facere:ſed ne cogitare quidē quicꝙ̄ audebit:qđ non audeat prędicare. Purgemus igitur conſcientiam:quę oculꝰ dei eſt pręuia:& ut,ait,idem ſemper ita uiuamus:ut rationem no bis reddendam arbitremur:putemuſq; nos momentis omnibus non in aliquo(ut ille dixit)orbis terrę theatro ab hominibus:ſed deſuper ſpectari ab eo:qui & iudex & teſtis ipſe futurus eſt:cui rationem uitę repoſcenti actus ſuos inficiari non licebit. Ergo ſa tius eſt:aut effugere cōſciētiam:aut nos ipſos ultro aperire animū & perniciem reſciſſis uulneribus effundere:quibus nemo alius mederi poteſt:niſi ſolus ille qui greſſum claudis:uiſū cęcis red didit:maculata purgauit membra:mortuos excitauit. Ille ardo

rē cupiditatis extinguet:extirpabit libidines:īuidiā distrahet:irā mitigabit. Ille reddet uerā & perpetuā sanitatē. Appetenda ē hęc omnibus medicina:quoniā maiori periculo uexatur anima q̄ corpus:& q̄primum latentibus morbis adhibenda est curatio. Neq; .n. si utatur aliquis oculoꝝ acie clara:mēbris omnibus ītegris corporis totius,fortissima ualitudine:tamē eum dixerim sanum: si efferat̄ ira:supbia tūid⁹ īflet̄:libidini fuiat: cupiditatibus inardescat: sed eū poti⁹ qui ad alienā foelicitatē nō attollat oculos:opes non admiretur:alienam mulierē sancte uideat: nihil omnino appetat:non concupiscat alienā:nō inuideat ulli:non fastidiat queq̄, sit humilis:misericors:beneficus:mitis: humanus: pax in animo eius perpetua uersetur. Ille homo sanus: ille iustus: ille perfectus est. Quisquis igit̄ his oībus pręceptis cęlestibus obtemperauerit: hic est uere dei cultor:cuius sacrificia sunt mansuetudo animi:& uita innocens:& actus boni. Quę omnia qui exhibet totiēs sacrificat:quotiens aliquod bonum ac fecerit pium. Deus .n. non desiderat uictimam:neq; muti animalis neq; mortis ac sanguinis:sed hominis & uitę. Ad quod sacrificiū neq; uerbenis opus est: neq; fibris:neq; cespitibus:quę sunt utiq; uanissima:sed his quę de intimo corde ꝓferuntur. Itaq; in aram dei:quę uere maxima est: & quę in corde hominis collocata,coinquinari non potest sanguine, iustitia imponitur:patientia:fides:innocentia:castitas abstinentia hic est ꝟissim⁹ rit⁹:hęc est lex dei uera: ut a Cicerone dictū ē pręclara & diuina semperq; recta & honesta iubet:uetat praua & turpia: cui parētē sanctissimę ac certissimę legi:iuste ac legitime necesse est uiuere. Cuius legis pauca equidē capita posui:q̄ sum pollicitus ea me tātūmodo esse dictuꝝ: quę summū fastigiū uirtuti & iustitię imponerent. Si quis uolet cętera omnia cōprehendere:ex fonte ipso petat unde ad nos riuus iste manauit.

¶Capi. xxv. De differētia doni & sacrificii diuini: & forma laudandi deum: & orationis forma & fructu.

Nunc de sacrificio ipso dicamus pauca. Ebur inquit Plato non castum donum deo. Quid ergo picta scilicet & testa preciosa: immo uero non castum donum deo:q̄cquid surripi:q̄cq̄d corrūpi potest. Sed sicut hoc uidimō oportere uiuēti offerre

Caute lege

offerre aliquid: quod sit ex mortuo corpore, cur illud non uidit: non debere incorporali corporale munus offerri? quanto melius & uerius Seneca! Vultis ne uos, inquit, deũ cogitare magnum & placidum: & maiestate leni ferendum: amicũ & semp in ꝓximo nõ ĩmolationibus: nec sanguine multo colendum. Quę.n. ex trucidatione ĩmerentiũ uoluptas est: sed mẽte pura: bono honestoq; proposito: non templa illi congestis in altitudinẽ saxis struenda sunt: in suo cuiq; consecrandus est pectore. Vestes igitur gẽmas: & cętera quę habentur in precio: si quis putat deo cara: is plane q sit deus, nescit: cui putat uoluptati esse eas res: quas etiã homo si quis cõtẽpserit: iure laudabit. Quid ergo castũ? qd deo dignũ? nisi q ipse in illa diuina lege sua popoicit. Duo sunt quę offerri debeãt: donum & sacrificiũ: donũ in perpetuũ: sacrificiũ ad tempus. Veꝝ apud istos qui nullo modo rationem diuinitatis intelligunt: donũ est quicquid auro argentoq; fabricatur. Item qcqd serico & purpura texit: sacrificiũ ẽ & uictia: & quęcũq; in ara cremãt: sed utroq; nõ utit de⁹: qa & ipe ĩcorrupt⁹ ẽ: & illd totũ corruptibile: itaq; deo utrũq; corpale offerendum est: quo utit. Donum est integritas animi: sacrificium laus & hymnus. Si.n. deus non uidetur: ergo his rebus coli debet: quę non uidentur. Nulla igitur alia religio est uera: nisi quę uirtute ac iustitia cõstat. Quo modo autẽ deus iustitia hominis utat: intellectu facile est. Si.n. iustus fuerit homo: accepta immortalitate in eternum deo seruiet. Homines autem non nisi ad iustitiam nasci. Tum philosophi ueteres: tum etiam Cicero suspicat. differẽs.n. de legibus: sed oium inquit, quę in hominũ doctoꝝ disputatione uersantur: nihil est pfecto pręstabilius q̃ plane intelligi nos ad iustitiã esse natos. Id ergo solum deo exhibere atq; offerre debemus: ad quod capiẽdũ nos ipse generauit. Hoc autẽ duplex sacrificii genus q̃ sit uerissimum: Trismegistus Hermes idoneus testis est. Qui nobiscum: idest cũ ꝓphetis quos seqmur tam re q̃ uerbis cõgruit: de iustitia sic locutus est. Hoc uerbum o fili adora & cole. Cultus autẽ dei unus est: malũ non esse. Item in illo sermone profecto cum exaudisset Asclepiũ quęrentẽ a filio suo otrum placeret patri ei⁹ offerri thus & alios odores ad sacrificium dei exclamauit. bene bene o mi nate Asclepi. Est enim maximum tale qd de uno ac singulari bono ĩ animũ ĩducere, hęc & his similia huic non conueniunt.

Omnium enim quęcunqꝫ sunt plenus est: & omniũ minime indigens. Nos uero gratias agentes adoremus: huiꝰ .n. sacrificiũ sola benedictio: & recte: uerbo .n. sacrificari oportet deo: siquidẽ deꝰ uerbum est: ut ipse confessus est. Sũmus igitur colẽdi dei ritus ẽ: ex ore iusti hominis ad deũ directa laudatio: quę tamẽ ipsa ut deo sit accepta: & humilitate: & timore: & deuotione maxima opus est: ne quis forte ĩtegritatis & innocẽtię fiduciã generãs: tumoris & arrogantię crimẽ incurrat: eoqꝫ facto gratiam uirtutis amittat. Sed ut sit deo carus: omniqꝫ macula careat: misericordiã dei semper imploret: nihiloqꝫ aliud precet: nisi peccatis suis ueniã: licet nulla sint. Siquidem aliud desiderauerit. Non est opus deo scienti quid uelimus: si quid ei boni euenerit: gratias agat: si quid mali satisfaciat: & illd sibi ob peccata sua fateat euenisse: & nihilominus ĩ malis grãs agat: & ĩ bonis satisfaciat: ut idem sit semper & stabilis: & ĩmutabilis: & ĩconcussus. Nec tãtũ hoc in templo putet sibi esse faciẽdũ: sed & domi & ĩ ipo etiã cubili suo. Secũ deniqꝫ hẽat deũ semp ĩ corde suo cõsecratũ: quoniã ipse ẽ dei tẽplũ qd si deo patri ac dño: hac assiduitate: hoc obseqo: hac deuotõe seruierit cõsũmata & pfecta iustitia est: quã q tenuerit: hic ut ante testati sumꝰ deo paruit: hic religione atqꝫ suo officio satisfecit.

L. Coelii Lactantii Firmiani diuinarũ ĩstitutionũ aduersus gẽtes liber septimꝰ: & ultimꝰ. De diuino pręmio: idest beata uita: & ultimo futuro iudicio ad Constãtinũ Imperatorem.

BEne habet: iacta sũt fundamẽta: ut ait eximius orator. Verum nos non tantum fundamenta ięcimus: quę firma & idonea essent operi pferendo: sed magnis robustisqꝫ molibus ędificium totum pene usqꝫ ad sũmã perduximus. Restat id quod est multo facilius: uel tegere uel ornare. sine quo tamen priora opera inutilia sunt & ingrata. Nam quid pdest aut falsis religionibus liberari: aut ĩtelligere ueram? Quid aut uanitatem falsę sapientię peruidere: aut quę sit uera cognoscere? Quid inq̃ prodest cęlestem illam iustitiam defendere? qd cum magnis difficultatibus cultum dei tenere? Quę est summa uirtus: nisi cũ diuinũ pręmiũ beatitudinis perpetuę subsequatur?

de qua nobis in hoc libro differendum: ne priora omnia irrita &
infructuosa uideãtur: si hoc cuius causa illa suscepta sunt; i icertũ
relinquamus: ne quis forte arbitretur tantos labores in cassum su
scipi, dũ eorũ cęlesti mercede diffidit: quã deus statuit ei qui hęc
suauia terrę bona p sola nudaq; uirtute contẽpserit. Satis & huic
parti faciamus: tũ testimoniis diuinaꝝ litteraꝝ: tũ etiam ꝓbabili
bus argumẽtis: ut ęque clarũ sit: & futura pręsentibus: & diuina
terrenis: & perpetua breuibus esse anteponenda: quoniam tempo
ralia sunt pręmia uiciorum: sempiterna uirtutum. Exponã igitur
rationem mundi: ut facile possit intelligi: quando & quare sit ef
fectus a deo: quod Plato, qui de mundi fabricatiõe disseruit: nec
scire potuit: nec explicare: quippe qui cęleste mysterium) qđ non
nisi ꝓphetis ac deo docẽte discitur ignorabat; ideoq; i perpetuũ
dixit esse fabricatũ: quod longe secus est; quoniã qcquid est soli
do & graui corpore: ut initium coepit aliquãdo: ita finem capiat
necesse est. Nam Aristoteles cum nõ uideret, quẽadmodum pos
set tanta rerum magnitudo interire: & hanc pręscriptionem uellet
effugere: semꝑ ait fuisse mundũ: ac semper futurũ: prorsus nihil
uidit: quia quicquid est, aliquando habuerit principium necesse ẽ,
nec omnino quicq̃ potest esse nisi coeperit. Nam cum terram &
aquam & ignẽ disperire: cõsumi extinguiq; uideamus: que sunt
utiq; mundi partes: intelligitur id totum esse mortale: cuius mẽ
bra sunt mortalia: Ita fit; ut natum sit quicqd põt interire: sed &
omne quod sub uisu oculoꝝ uenit: & corporale (ut ait Plato) &
solubile sit necesse est. Vnus igitur Epicurus, auctore Democrito,
ueridicus in hac re fuit: qui ait, & ortum aliquando: & aliquando
esse periturum: nec tamẽ rationem ullam reddere potuit, scilicet
aut quibus de causis hoc tantum opus: aut quo tempore resoluaẽ.
Quod quoniam nobis deus reuelauit: nec coniecturis id assequi
mur: sed traditione cęlesti: docebimus sedulo, ut tandem studio
sis ueritas appareat: nec uidisse nec cõprehẽdisse philosophos ue
ritatẽ: sed ita leuiter odoratos: ut tamen unde eos ille odor sapiẽ
tię tam suauis: tam iocũdus afflaret: nullo modo senserit. Interiꝫ
necessarium puto admonere lecturos: q̃ hęc nostra quę tradimus,
praue uiciosęq; mentes aut omnino non intelligent (hebetatur. n.
acies eorum, terrenis cupiditatibus: quę sensus omnes grauant:
imbecillesq; reddunt) aut etiam si intelligent: dissimulabũt tamẽ

& esse hęc uera nolent: q̄ trahūť a uiciis: & scientes malis suis fauent: quoꝝ suauitate capiūť: & uirtutis uiā deserūt: cui⁹ acerbitate offēdunť. Nā q̄ auaricia & opū īexplebili q̄dam siti flagrāt: q̄ nō possūt uēditis aut elargitis, q̄ amāt, tenui cultu uitā degere: sin dubio malūt id eē fictū: quo desideriis suis renūciare cogūť. Itē q̄ libidinū stimul' icitati (ut ait poeta) In furias ignēq̄ ruunt: utiq̄ īcredibilia nos afferre dicūt: q̄ uulnerāt aures eoꝝ, p̄cępta cōtinētię: q̄ illos a uoluptatib⁹ suis, p̄hibēt: q̄bus animā suā cū corpore adiudicauerūt. Qui uero ambitione īflati, aut amore potētię inflāmati: oē studiū suū ad bonores acquirēdos cōtulerunt: nec si solem quidē ipsum gestemus in manib⁹: fidem cōmodabunt ei doctrinę: q̄ illos iubet, omni potentia & bonore contempto, bumiles uiuere: atq̄ ita bumiles ut accipere īiuriam possint: & referre nolint si accęperint. Hi sunt bōies: q̄ cōtra ueritatē clausis oculis quoquo mō latrāt. Qui aūt sani sunt uel erunt: idest nō ita uiciis immersi: ut sanabiles nō sint: & credent bis & libenter accędent: & quęcūq̄ dicimus aperta & plana & simplicia: & quod maxīe opus est uera, & inexpugnabilia, illis uidebūtur. Nemo uirtuti fauet: nisi qui sequi potest: sequi autem non facile est omnibus. Hi possunt quos paupertas: & rerum indigentia exercuit: & capaces uirtutis effecit. Nam si uirtus est tolerantia malorum: non capiunt ergo uirtutem: qui semper in bonis fuerūt: quia mala neq̄ experti sunt: neq̄ ferre possunt, assuetudine ac desiderio bonoruꝫ: quę sola nouerūt. Eo fit ut pauperes & bumiles deo credant facili⁹: q̄ sunt expediti: quam diuites qui sūt impedimētis plurimis implicati: īmo cathenati & compediti sūt: & seruiunt ad nutum dominę cupiditati: quę illos inextricabilib⁹ uinculis irretiuit: nec possunt in cęlum aspicere: quoniam mens eorum in terrā, prona bumilisq̄ defixa est. Virtutis autem uia non capit, magna onera portantes. Angustus admoduꝫ trames est: p̄ quē, iusticia bominē deducit in cęlum. Hunc tenere non pōt: nisi qui fuerit expeditus & nudus. Nam isti locupletes multis & ingentibus sarcinis onerati: per uiam mortis incedūt: quę latissima est: quoniam late perditio dominatur. His acerba sunt: bis uenena, quę de⁹ ad iusticiā p̄cępit: quęq̄ nos, dei magisterio de uirtute ac ueritate disserim⁹. Quibus si repugnare audebunt: bostes se necesse est uirtutis iusticięq̄ fateātur. Aggrediar nūc quod superest: ut finis operi possit

imponi. Id aũt supest: ut de iudicio dei disseram⁹: qđ tũc consti
tuet: cũ dñs noster redierit ĩ terrã: ut unicuiq; p merito, aut p̃miũ
p̃soluat, aut poenã. Itaq; ut ĩ quarto libro, de p̃mo aduẽtu eius di
xim⁹: sic in h̃, secũdũ referam⁹ aduẽtũ: quẽ iudęi quoq; & cõfitẽ
tur, & sperãt: sed frustra quoniã necesse ẽ, ad eos cõsolãdos reuer
tat̃: ad quos cõuocãdos p̃us uenerat: nã q uiolacũt ĩpie humilem,
sentiẽt in p̃tãte uictorẽ. Eaq; oĩa q̃ legũt & nõ intelligũt: deo cõ
pensante patient̃: qppe q peccatis omnib⁹ ignati: & insup sancto
cruore p̃fusi: ab illo ipso cui nefandas man⁹ ĩtulerũt: sint ad ęter
na supplicia destinati. Sed erit nobis contra iudęos separata ma
teria: in qua illos erroris et sceleris cõuĩcem⁹. Nũc ignaros uerita
tis instruamus.

Ca. ii. Quod aureum sęculũ: idest foelicissim⁹ status futur⁹
est post iudicium. Et quare ratio mũdi nõ põt ab homine appre
hendi: & q uerã sapientiam nõ asseq̃t qs bñficio naturę: sed grę.

D Ispositione sũmi dei, sic ordinatũ: ut iniustũ hoc sęculum
decurso tempoꝝ spatio, terminum sumat: extinctaq; proti
nus omni malicia: & pioꝝ animis ad beatã uitã reuocatis: qetum
tranquillũq; pacificũ aureũ deniq; (ut poetę uocant) sęculũ: deo
ipso regnante florescat. Imprimis cã erroꝝ omniũ, philosophis
hęc fuit: q rõem mundi, quę totam sapientiam cõtinet nõ cõpre
henderunt. Ea uero, sensu p̃p̃o, & interna intelligẽtia non põt cõp̃
hendi: quod illi sine doctore per se ipsos facere uoluerunt. Itaq;
in uarias sibiq; sępe cõtrarias sententias inciderũt: ex qbus exitũ
nõ haberẽt: & in eodẽ luto (sicut Comicus ait) hęsitauerũt: scilʒ
assumptionib⁹ eoꝝ nõ respõdẽte ratione: cum assumpsissent qui
dem uera: sed quę affirmari, p̃bariq; nõ possent. Scientia ueritatis
rerumq; cęlestium: q̃ (ut sępe iam dixi) nõ põt eẽ in homine: nisi
deo docẽte, p̃cępta. Nam si potest homo ĩtelligere diuina: potest
& facere: nam intelligere est quasi e uestigio subsequi. Nõ potest
autem facere, quę deus: quia mortali corpore ĩdutus est: ergo nec
ĩtelligere quidem potest, quę facit deus: quod autem fieri nõ pos
sit: ex immensitate rerum, atque operum diuinorũ facile est uni
cuique metiri. Nam si mundum cum omnibus: q̃ sunt in eo con
templari uelis: intelliges profecto quantum dei opus, humanis

operibus ante ſtet. Ita quantum inter opera diuina & humana intereſt: tantum diſtare inter dei, hominiſq; ſapientiam eſt neceſſe. Nam quia deus incorruptus atq; immortalis eſt: & ideo pfect⁹ quia ſempiternus eſt: ſapientia quoq; eius perinde; ut ipſe, perfecta eſt: nec obſtare illi quicq̃ poteſt: quia nulli rei deus ipſe ſubiectus eſt. Homo autem quia ſubiectus eſt paſſioni: ſubiecta eſt et ſapientia eius errori: et ſicut hominis uitam multę res impediūt: quo minus poſſit eſſe perpetua: ita ſapientiam quoque eius multis rebus impediri neceſſe eſt: quo minus in perſpicienda penit⁹ ueritate, perfecta ſit. Ergo nulla eſt humana ſapientia: ſi per ſe ad notionem ueri, ſcientiamq; nitatur: quoniam mens hominis, cum fragili corpore illigata: & in tenebroſo domicilio incluſa: neq; liberi⁹ euagari: neq; clarius perſpicere ueritatem poteſt: cuius notitio diuinę conditõnis eſt. Deo enim ſoli opera ſua nota ſunt: homo autem nõ cogitando aut diſputando, aſſequi eam poteſt: ſed diſcendo & audiendo ab eo qui ſcire ſol⁹ poteſt & docere. Ideo Marcus Tullius, ſententiam Socratis, de Platone, transferens dicẽtis: ueniſſe tempus ut ip̃e migraret e uita: illos autem apud quos cauſam ſuam perorabat agere uitam: utrum melius ſit inquit, dii immortales ſciunt: hominem autem arbitror ſcire neminẽ. Quare neceſſe eſt omnes philoſophię ſectas, alienas eſſe a ueritate: qa homines erant, qui eas conſtituerunt: nec ullum fundamentũ: aut firmitatẽ poſſũt habere: q̃ nullis diuinaꝝ uocũ fulciũť oraculis.

hominum, melius

Ca. iii. Quãtũ errauerũt Stoici de rõe mundi: & auctore oĩum deo: & hoĩe p quẽ fact⁹ mũdus. Et q̃ manifeſte cõtra Epicuꝝ rationibus doceatur mundum: & omnia quę in eo ſunt: dei prouidentia gubernari.

ET quoniã de philoſophorum erroribus loquimur: Stoici naturã in duas diuidunt partes: unam quę efficiat: alteram quę ſe ad faciendũ tractabilem pbeat. In illa prima eſſe uim ſentiendi: in hac materiã; nec alteꝝ ſine altero poſſe. Quomodo idẽ eſſe poteſt: quod tractat & quod tractatur? Si quis dicat idem eẽ figulum quod lutum: aut lutum idem eſſe quod figulum: nonne aperte inſanire uideať? At iſti uno naturę nomine, duas res diuerſiſſimas comprehendũt: deũ & mũdũ: artificẽ & opus: dicũtq;

alteꝝ ſine altero nihil poſſe:tanq̃ natura ſit deꝰ mundo terminatus. Nam interdũ ſic cõfundunt:ut ſit deus ipſe mens mundi:& mũdus ſit corpus dei:quaſi uero ſimul eſſe coeperint mundus et deus:ac non ipſe mundum fecerit:quod & ipſi fatenť alias,cũ hominum cauſa prędicẽt eſſe fabricatuꝫ: & eſſe ſine mũdo, ſi uelit, poſſit. Siquidem deus eſt diuina mens & ęterna:& corpore ſoluta & libera:cuius uim maieſtatemq; quoniam intelligere non poterãt:miſcuerunt cum mũdo:ideſt ſuo operi. Vnde eſt illud Virgilianum:totamq; infuſa per artus mens agitat molem: & magno ſe corpore miſcet. Vbi eſt ergo illud qđ idẽ ipi aiunt:et factum eẽ diuina prouidentia,& regi?Si enim fecit mũdum:fuit ergo ſine mundo:ſi regit:non utiq; ſicut mens corpus regit:ſed tanq̃ dominus domum:nauimq; gubernator:auriga curruꝫ. Nec tamen mixti ſunt his rebus quas regunt. Nam ſi hęc omnia quę uidemus dei membra ſunt:iam inſenſibilis,ab his ,conſtituiť deus:quoniam membra ſenſu carent,et mortalis eſt,quoniam uidemus membra eẽ mortalia. Poſſum enumerare quotiens repentinis quaſſatę motibus:uel hiauerint terrę: uel deſcenderint in abruptum:quotiens dimerſę fluctibus & urbes & inſulę abierunt in profundum:frugiferos campos paludes inundauerint:flumina & ſtagna ſiccauerint:montes etiam uel deciderint abrupti:uel planis fuerint adequati:plurimas regiones:& multorum fundamenta montium latens & internus ignis abſumit. Et hoc paꝝ ẽ: ſi mẽbris ſuis non parcit deus:niſi etiã homini liceat aliqđ uideri corpus. Maria extruuntur:montes exciduntur:& ad eruendas opes interiora terrę uiſcera effodiunť. Quid q ne arari quidem ſine laceratione diuini corporis poteſt: ut iam ſcelerati & impiiſſimus:qui dei membra uiolemꝰ?Patiť ne ergo uexari corpus ſuũ deus:& debilẽ ſe uel ipſe facere:uel ab homine fieri ſinit:niſi forte diuinus ille ſenſus:q mũdo & omnibꝰ mũdi partibus permixtus eſt:primam terrę faciẽ reliqt:ac ſe in ima demerſit:ne qđ doloris de aſſidua laceratione ſentiret?Quod ſi hoc uanũ & abſurdũ eſt:tam igiť ipi eguerunt:q̃ hęc ĩdigent ſenſu:q nõ pſpexerũt diuinũ qdem ſpiritũ eẽ ubiq; diffuſum:eoq; oĩa cõtineri:non tñ ita ut deus ipſe:qui eſt incorruptus:grauibus & corruptibilibus elementis miſceať:illud ergo rectius quod a Platone ſumpſerũt a deo factum eẽ mũdum:& eius puidẽtia gubernaei. Oportebat

ſentiat

igiẽ & Platonẽ & eos qui idem senserunt, docere atq; explicare: quę causa: quę ratio fuerit tanti operis fabricandi: quare hoc aut cuius gratia fecerit. At iidem Stoici hominum, inquiũt, causa, mũdus effectus est: audio: sed Epicurus ignorat ipsos homines qua re aut quis effecerit. Nam Lucretius cum diceret mundum non esse a diis constitutum: sic ait, dicere porro hominum causa uolu isse parare preclaram mundi naturam: deinde intulit: decipere ẽ. Quid enĩ immortalib⁹ atq; beatis gratia nostra queat largiri emolumenti: ut nostra quicq̃ causa agere aggrediantur? Merito enim illi nullã rationẽ afferebant: cur humanũ genus uel creatũ uł instituatũ esset a deo. Nostrũ hoc officiũ est: sacramentum mundi & hominis exponere: cuius illi expertes, sacrarium ueritatis nec attĩgere: nec uidere potuerũt. Ergo (ut pauloante dicebã) cum assumpsissent id quod erat uer: idest mũdũ a deo factum: & hominũ causa esse factũ: tamẽ quoniã eos in cõsequẽtibus ratio defecit: nõ potuerunt defendere id quod assumpserant. Deniq; plato ne dei opus imbecillũ & ruinosum faceret: ineternũ dixit esse mãsurũ. Si hominũ causa factus est: & ira factus est: ut esset ęternus: cur ḡ ipsi quo causa factus est: non sunt sempiterni? si mortales, ppter quos factus est: ergo & ipe mortalis atq; solubilis: neq;.n. pluris ẽ ipe: q̃ hi quo grã fact⁹ ẽ: nec posse ĩęternũ manere: q̄ si ei ratio quadraret itelligeret pitu eẽ: q̄ factũ est: nec posse ĩęternũ manẽ: nisi quod tangi non põt. Qui aũt negat hominũ causa factũ: hic nullã rationẽ tenet. Si enĩ dicit ipsum fabricatorẽ sua causa tanta hec opera esse molitũ: cur ergo nos nati sumus? Cur mundo ipo fruimur? Quid sibi uult humani generis cętero q; animantium fictio? Cur aliena cõmoda intercipimus? Cur deniq; augemur: minuimur: interimus? Quid habet rationis ipsa generatio? Quid perpetua successio? Nimi uideri deus uoluit: & suis uariis imaginibus, tanq̃ sigilla, cõfingere: quibus se oblectaret: & nihilominus tñ si ita esset: curę haberet animantes: pręcipueq; hominem: cuius imperio cuncta subięcit. Qui aũt dicũt semp fuisse mũdũ, omitto illud quod esse ipsum sine aliquo pncipio nõ põt: unde extricare se nequeũt: sed hoc dico: si semp mundus fuit: nullam põt habere rationem: quod enĩ potuit in eo rõ moliri: quod nũq̃ sumpsit exordiũ? Nam prius q̃ fiat aliquid aut struatur: opus est consilio: ut disponi possit queadmodũ fiat: nec incipi quicq̃ põt

sine puisione rationis. Itaq; omne opus ratio pręcedit: nõ habet ergo rõem: qđ factũ nõ est. At quĩ mũdus habet rõem: qua & constat & regit: ergo et fact⁹ ẽ: & si fact⁹ ẽ: et resoluet. Reddãt ergo isti rõem si possũt: cur aut fact⁹ ĩ pncipio sit, aut postea resoluat. Qđ q; docere nõ poterat Epicur⁹, siue Democritus: sua spõte natũ eẽ dixit: seminib⁹ ĩter se passim coeuntib⁹: qb⁹ ite⁊ resolutis discidiũ atq; ĩteritũ secutu⁊. Corrupit ergo qđ recte uiderat: & totã rõem penit⁹ ignorãtia rõis euertit: redegitq; mundũ: & oĩa q̃ in eo gerũt, ad similitudinẽ cuiusdã somni uanissimi: siqdem reb⁹ humanis nulla ratio subsistat. Cum uero mũdum omnesq; partes eius (ut uidem⁹) mirabilis rõ gubernet: cu; cęli temperãtia: & ęqualis, in ipsa uarietate, cursus astro⁊ luminumq; cęlestium: temporum constans, ac mira descriptio: terra⁊ uaria foecũditas: plana campo⁊ monimẽta: & aggeres mõtiũ: uiriditas ubertasq; sylua⁊: fontiũ saluberrima eruptio: fluminum oportuna ĩundatio: maris opulenta & copiosa interfusio: uentorũ diuersa & utilis aspiratio. Cęteraq; omnia ratione sũma cõstent: qs tam cęcus est: ut existimet sine causa esse facta: in quibus mira dispositio puidentissimę rationis elucet? Si ergo sine causa: nec est nec fit qcq̃ omnino: si puidentia summi dei ex dispositione rerũ: & uirtus ex magnitudine: & potestas ex gubernatione manifesta est: hebetes ergo & insani: qui puidentiam non esse dixerunt. Nõ improbarem si deos iccirco non esse dicerẽt: ut unũ dicerent: cum aute; ideo, ut nullum, qui eos delirasse non putat: ipse delirat.

Ca. iiii. Quod omnis res ad aliquem usum facta est: etiam illa quę oĩa uident esse mala: quare homo creatus sit corpore fragilis & capax rationis.

Sed de prouidentia satis in primo libro diximus: quia & si est (ut apparet) ex mirabilitate operum suorum: necesse ẽ etiam hominem cęterasque animantes eadem prouidentia creauerit. Videamus ergo quę ratio fuerit fingendi generis humani: quoniam constat id quod Stoici dicunt: hominum causa mundum esse fabricatum: quãq̃ in hoc ipso non mediocriter peccent: qui non hominis causa dicunt: sed hominum. Vnius enim singularis appellatio totum comprehendit humanũ gen⁹. Sed hoc

ideo quoniā ignorant unū hominē a deo eē formatū:putantque hoīes in oībꝰ terris & agris tāq̄ fungos eē generatos. At Hermes nō ignorauit hoīem & a deo & ad dei similitudinē factū:sed re deo ad ꝓpositū. Nihil ē(ut opinor)qđ sit ꝓpť se ipm factu;:sed qcqd omnino fit:ad usū aliquē fieri necesse ē. Quis ē enī uel tam ineptꝰ uel tā ociosus:ut aggrediať facere aliqd frustra:ex quo nullam utilitatē nullū cōmodū speret?Qui domū ędificat:nō iccirco ędificat ut tātūmō domꝰ sit:sed ut in ea possit habitari. Qui nauē fabricat:nō iō assumit operā:ut tātū nauis appareat:sed ut in eo nauigeť. Ite; qui uas aliqđ instituit aut format:non propterea id facit:ut tantum fecisse uideatur:sed ut uas illud effectu; capiat aliquod necessariū. Similiter cętera quęcūq; fiunt:non utiq; in superuacuum:sed ad usus aliquos laborantur. Mūdus igitur a deo factus est:non utiq; propter ipsum mūdum:neq; enim aut calore solis:aut lumine: aut aspiratione uentorum : aut humore imbrium:aut alimonia frugum:cum sensū careat,indiget. Sed ne illud quidem dici potest:ꝙ deus propter seipsum fecerit mundū:quoniā pōt eē sine mūdo:sicut fuit antea. Et his omnibꝰ quę in eo sunt:quęq; generāť,deus ipse non utitur. Apparet ergo animantium causa mundum esse constructum:quoniā his rebꝰ qbꝰ cōstat,animantes fruuntur:quę ut uiuere:ut constare possint:oīa his necessaria temporibꝰ certis sumministrantur. Rursus cęteras animātes hominis causa esse fictas:ex eo claꝝ est ꝙ homini seruiunt:& tutelę eius atq; usibus data sunt:quoniā siue terrenę sunt:siue aquatiles:nō sentiunt mundi rationem sicut homo. Respōdendum est hoc loco philosophis:maximeq; Ciceroni:ꝗ ait,tur omnia nostri causa cum faceret,tantā uim natricū uiperaꝝq; fecerit:cur tā mlťa pestifera terrę mariq; disperserit:ingens ad disputandū locus est:sed ut in transcursu breuiter stringendus est:quoniam homo ex rebꝰ diuersis:ac repugnantibus cōfiguratꝰ est,anima & corpore:idest cęlo atq; terra:tenui & cōprehēsibili:ęterno ac tēporali:sensibili atq; bruto:luce pręditо atq; tenebroso :ipsa ratio ac necessitas exigebat:& bona homini proponi & mala:bona quibus utatur:mala quę uitet & caueat. Iccirco enim data est illi sapientia:ut cognita bonoꝝ maloꝝq; natura : & in appetēdis bonis:& in malis declinādis:uim suę rōis exerceat. Nam cęteris aīalibus quibꝰ sapiētia nō data est:sed munita īdumētis nālibus

& armata sunt. Hōi aūt ꝓ his oīb⁹: qđ erat pcipuum rōem dedit solā. Itaq₃ nudū formauit & inermem: ut eū sapiētia & muniret & tegeret: munimēta & ornamētū ei⁹ non foris sed intus: nō in corpore sed in corde constituit. Nisi ergo essent mala quę caueret: quę a bonis utilibusq₃ distingueret: nō esset ei sapientia necessaria. Sciat ergo Marcus Tullius: aut ideo homini datam esse rationem: ut & pisces caperet usus sui gratia: & natrices uiperasq₃ uitaret salutis suę causa. Aut iccirco bona ei malaque proposita: quia sapientiam accęperat: cui⁹ uis oīs in discernendis bonis malisq₃ uersatur. Magna igit̃ & recta & admirabilis est uis & ratio & potestas hominis: ꝓpter quem mundum ipsum: & uniuersa q̃cūq₃ sūt de⁹ fecit: tantūq₃ illi honoris habuit: ut eum pręficeret uniuersis: quoniam solus poterat dei opera mirari. Optime igit̃ Asclepiades noster de prouidentia sūmi dei differēs: in eo libro quē scripsit ad me. Atq₃ iō inq̄t merito q̄s arbitret̃ ꝓximum sibi locū diuinā ꝓuidentiam dedisse ei: q̄ potuit intelligere ordinationem suam? Nam sol iste est: q̄s eū uidet ita ut ītelligat ꝙ sol ē: & quātū gr̃ę afferat cęteris īstitutis? Hoc cęlum est: quis id suscipit? terra hęc: quis eam colit? hoc pelagus: quis in eo nauigat? hic ē ignis: quis eo utitur? Instituit summus deus non propter se: quia nihilo indiget: sed ꝓpter hominē q̄ his congruenter uteretur.

Capi. x. Quare homo creatus sit: & quare ex contrariis constet: & ꝙ ei domicilium cōstitutum est in medio: & uita duplex proponitur: quarum alteram ministrat natura: alteram largitur gr̃a. Et quid significet ꝙ homo primum quadrupedibus conformatur: & postea erigitur: & tandem utit̃ exercitio rationis:

REddamus nunc rōem: quare hominem ipsum fecerit deus: quod si philosophi fecissent: aut defendissent illa quę uera inuenerant: aut in proximos errores nō incidissent. Hęc est summa: hic cardo reꝝ est: quē qui non tenuerit: ueritas illi oīs elabit̃. Hoc est deniq₃ quod efficit illis non quadrare rationem: quę illis si effulsisset: si sacramētum hominis omne cognouissent: nunq̄ disputationes eoꝝ & oēm philosophiam de transuerso Academia iugulasset. Sicut ergo mundum non propter se deus fecit: q̄ commodis eius non indiget: sed propter hominem qui eo utit̃:

ita ipſum hoīem ꝓpter ſe. Quę utilitas deo in hoīe, inqt Epicur⁹
ut eū ꝓpť ſe faceret? Scilicet ut eēt q opera ei⁹ ītelligēt: q ꝓuidētiaꝫ
diſponēdi: rōem faciēdi: uirtutē cōſūmādi: & ſenſu admirari: et
uoce ꝓloq poſſet. Quoꝝ omniū ſūma hęc ē: ut deū colat. Is enī
colit: q hęc ītelligit: is artificē reꝝ omniū: is uerum patrem ſuum
debita ueneratione ꝓſequitur: qui uirtutem maieſtatem eius de
ſuorum operum inuentione: incęptione: perfectione metiť. Qđ
planius argumentum proferri poteſt: & mundum hominis: &
hominem ſui cauſa deum feciſſe: q̄q̄ ex omnibus animantibus ſo
lus ita formatus eſt: ut oculi eius ad cęlum erecti: facies ad deum
ſpectant: uultus cum ſuo parente communis ſit: ut uideatur ho-
minem deus quaſi porrecta manu alleuatum ex humo: ad contē
plationem ſui excitaſſe? Quid ergo, inquit, deo cultus hominis
confert: bono & nulla re indigenti: uel ſi tantum honoris homi-
ni habuit: ut ipſius cauſa mundum fabricaret: ut inſtrueret eum
ſapientia: ut dominum uiuentium faceret: eumque diligeret tanq̄
filium: cur mortalem fragilemque conſtituit: cur omnibus malis
quem diligebat, obiecit: cum oportet & beatum eſſe hominem
tanquam coniunctum & proximum deo: et perpetuum, ſicut eſt
ipſe: ad quem colendum & contemplandum figurat⁹ eſt? Quā̄q
hęc fere in prioribus libris ſparſim docuimus: tamen quoniam
proprie id, materia nunc exigit: quia de uita beata diſſerere pro-
poſitum eſt: explicanda ſunt iſta diligentius & plenius: ut diſpo
ſitio dei & opus & uoluntas noſcatur. Cum poſſet ſemper ſpi-
ritibus ſuis immortalibus, īnumerabiles animas procreare: ſicut
angelos genuit: quibus immortalitas ſine ullo malorum pericu
lo aut metu conſtat: excogitauit tamē inenerrabile opus quemad
modum infinitam mltitudinem crearet animarum: quas primo
imbecillibus fragilibuſque corporibus illigatas: conſtitueret inť
bonum malumque medias: ut conſtantibus ex utriuſque naturę
uirtutem proponeret: ne immortalitatem delicate aſſequerentur
ac molliter: ſed ad illud ęternę uitę ineloquibile pręmium: ſum-
ma cum difficultate ac magnis laboribus peruenirent. Ergo ut
eas grauibus & uexabilibus membris indueret: quoniā conſiſtē
in medio inani non poterant: ponderibus & grauitate corporis
deorſum premēnte: ſedem illis ac domicilium primo cōdenduꝫ
eſſe decreuit. Itaqꝫ ineffabili uirtute ac potentia pręclara mundi

oporteat

natura

opera molitus est:suspēsis in altitudinē leuib⁹ elemētis: & graui
bus in imis depssis: & cęlestia firmauit: & terręna cōstituit. Nō
ē necesse nūc exeq singula: qm̄ ī secūdo libro uniuersa executi su-
mus. Lumina igit̄ posuit in cęlo: quoꝝ moderatio & claritas &
mot⁹ aptissime ad utilitates uiuētiū tēperat⁹ ē. Terrę aūt, quam
sedē uoluit eę, foecūditatē uariā gignēdi ac ꝓferēdi dedit: ut uber
tas frugū & herbaꝝ & uirētiū ꝓ nā & usu cuiusq; generis, alimo
niā ministraret. Tū pfectis oib⁹ q̄ ad cōditionē mūdi ptinebāt:
hominē finxit ex ipsa terra: quā illi a pncipio ī habitaculū ppara
uit: idest spiritum suum terręno corpore induit & īuoluit: ut cō
pactus ex rebus diuersis ac repugnantibus: bonum ac malum ca-
peret: & sicut terra ipsa foecunda est ad fruges pariendas: ita cor
pus hominis quod assumptum est è terra: generandi copiā facul
tatemq; procreandę sobolis accępit: ut, quoniam fragili materia
formatus inęternum manere non poterat: peracto temporalis ui
tę spatio cederet: & illud quod fragile atq; ībecillū gerebat: ppe
tua successione renouaret. Cur igit̄ eū mortalem finxit, atq; fragi
lem: cum illius causa mundum ędificasset? Primū ut īfinita uis
animaꝝ gigneretur: oēmq; terram multitudine oppleret: deinde
ut proponeret homini uirtutem: idest tolerantiam maloꝝ ac bo
noꝝ: p quā posset pmiū īmortalitatis adipisci. Nā q homo ex
duabus rebus constat: corpore & anima: quoꝝ alteꝝ terręnū est:
alterum cęleste: duę uitę homini attributę sunt: una temporalis
quę corpori assignatur: altera sempiterna q̄ animę subiacet. Illā
nascendo accępimus: hanc assequimur laborando: ne immortali
tas homini (ut antediximus) sine ulla difficultate cōstaret. Illa ter
ręna est sicut corp⁹: et ideo finitur. Hęc uero cęlestis sicut anima:
& ideo terminum non habet. Illam primā nescientes accępim⁹:
hanc secundam scientes. Virtuti enī nō naturę datur: quia uoluit
nos deus uitam nobis in uita compare. Iccirco hanc nobis psentē
dedit: ut illā ueram & perpetuā: aut uiciis amittamus: aut uirtute
mereamur. In hac corporali non est summum bonum: quoniam
sicut necessitate diuina, nobis data est: ita rursus diuina necessita
te soluetur: ita qđ finem habet: summum bonum non habet. In
illa uero spiritali: quam per nos ipsi acquirimus: summū bonū
continetur: quia nec malum pōt habere nec finem: cuius rei argu-
mentum natura & ratio corporis prębet. Cętera nāq; animalia

uirtus enim nō natu
ra datur.

in humū uergūt:qꝛ terrena sunt:nec capiunt īmortalitatē:q̄ de ce
lo ē. Hō aūt rect⁹ in celū spectat:qꝛ ꝓposita ē illi īmortalitas:nec
tñ uenit nisi tribuatᵉ hōi a deo. Nā nihil īterest īter iustū & iniu
stū:siq̄dē oīs hō nat⁹ īmortalis fieret:ergo īmortalitas nō seque
la nature:sed merces ꝑmiūq; uirtutis est. Deniq; hō nō statim q̄ñ
natus est rectus ingreditur:sed quadrupes primo:quia ratio cor
poris & huius presentis uite cōmunis ē nobis cū mutis animali
bus. Post deinde confirmatis uirib⁹ erigitur: & lingua eius in elo
quiū solutᵉ:et mutū aīal esse desinit. Que ratio docet mortalem
nasci hominem:postea uero īmortalem fieri: cū coeperit ex deo
uiuere:idest iusticiā sequi:q̄ continetur in dei cultu:cum excitaue
rit hominem deus ad aspectū celi ac sui. Quod tunc fit cum ho
mo celesti lauacro purificatus: exponit īfantiā,cū omni labe ui
te prioris: & incremento diuini uigoris accepto:fit homo perfe
ctus ac plenus. Ergo quia uirtutē proposuit homini deus:licet
anima & corpus consociata sint:tñ contraria sunt & impugnāt
inuicē. Animi bona,mala sunt corporis:idest opum fuga:uolu
ptatum interdictio:doloris mortisq; cōtemptus. Item corporis
bona,mala sunt animi:hoc est cupiditas & libido: q̄bus & opes
appetuntur: & suauitas uariarum uoluptatum:quibus eneruatus
animus extinguitur. Ideo necesse est iustum & sapientem in om
nibus malis esse:quoniā malorū uictrix est fortitudo. Iniustos
aūt in diuitiis:in honore:ī potestate. Hec enim bona corporalia
& terrena sunt. Illi autē terrenā uitā agunt:nec assequi immorta
litatem queunt:quia se uoluptatibus dediderūt:que sunt uirtutis
inimice. Itaq; uita hec temporalis illi eterne debet esse subiecta:
sicut corpus anime. Quisquis ergo anime uitam maluerit:uitam
corporis contemnat necesse est:nec aliter eniti ad summum pote
rit:nisi que sunt ima despexerit. Qui aūt corporis uitam fuerit
amplexus:et cupiditates suas in terrā deiecerit:illam superiorem
uitā consequi nō pōt. Sed qui mauult bene uiuere ineternum:ma
le uiuet ad tempus: & afficietᵉ omnibus molestiis & laborib⁹ quā
diu fuerit in terra:ut habeat diuinū ac celeste solatium: & q̄ ma
luerit bene uiuere ad tempus:male uiuet ineternum:qꝛ damnabitᵉ
dei sententia ad poenā:qꝛ celestib⁹ bonis terrena preposuit. Pro
pterea igitur coli se deus expetit & honorari ab homine tanq̄;
pater:ut uirtutē & sapientiam tentat:que sola īmortalitatē parit.

Nam ꝗ nullus alius pręter ipsum donare eam poteſt:quia ſolus poſſidet pietatē hominis. Qui deū honorauerit hoc afficieť pręmio:ut ſit ięternum beatus:ſitq; apud deū:& cum deo ſemper.

Ca.vi. Itē q̄re mūd⁹ creat⁹ ſit:q̄re hō: quā ianis ſit cult⁹ deoꝝ.

,ſed ſcilicet ultima ſemp. Expectāda dies homini eſt: dicique beatus Ante obitū nemo: ſupremaq; funera debet: ut ait poeta: non inſuauis exit⁹ eſt q arguit foelicitatē: & nemo iudiciū dei poteſt nec uiuus effugere nec mortu⁹. Habet enim poteſtatem & uiuos pręcipitare de ſummo: & mortuos ęternis afficere cruciatibus. Inimo, inqt, ſi iraſcit̃ de⁹: ſtatim debuit uindicare: & pro merito quēq; punire. At enī ſi id faceret nemo ſupeſſet. Nullus eſt enī q nihil peccet: & multa ſunt quę ad peccādū irritent: ętas: uiolentia: egeſtas: occaſio: pręmiū. Adeo ſubięcta eſt peccato, fragilitas carnis, qua induti ſumus: ut niſi huic neceſſitati deus parceret: nimium fortaſſe pauci uiuerēt: ꝓpter hāc cauſam patiētiſſimus eſt: & iram ſuā cōtinet. Nam q̄ perfecta eſt in eo uirtus: neceſſe eſt patientiā quoq; eius eſſe perfectā: quę & ipſa uirtus eſt. Quam multi ex peccatoribus, iuſti poſterius effecti ſunt, ex malis boni: ex improbis cōtinentes. Quam multi in prima ętate turpes: & omniū iudicio damnati: poſtmodū tñ laudabiles extiterūt: qđ utiq; nō fieri: ſi omne peccatū poena ſequeret̃. Leges publice manifeſtos reos dānant: ſed plurimi ſunt quoꝝ peccata occultant̃: plurimi q delatorē cōprimūt: aut ꝑcibus, aut pręmio: plurimi q iudicia eludūt per gratiā uel potentiā. Q; ſi eos omnes, q humanam poenā effugiunt: cenſura diuina damnaret: eſſet homo aut rarus aut nullus in terra. Deniq; uel una illa cauſa delendi generis humani iuſta eſſe potuiſſet: q̄ homines contēpto deo uiuo: terrenis fragilibuſq; figmētis, honorem diuinum tanq̄ cęleſtib⁹ deferūt: adorantes opera humanis, digitis laborata. Cūq; illos de⁹ artifex ore ſublimi, ſtatu recto figuratos: ad cōtemplatōem cęli & noticiā dei excitauerit: curuare ſe ad terrā maluerūt, pecudū modo. Humilis enī & curuus & pronus eſt: q ab aſpectu cęli deiq; patris aduerſus terrā quā calcare debuerat ideſt de terra ficta & formata uenerant̃. In tanta igit̃ impietate hominū, tātiſq; peccatis id aſſeqtur patientia dei: ut ſe ipſi hoīes dānantes: uitę prioris erroribus corrigant. Deniq; & boni ſunt iuſtiq; multi: & abięctis terręnis cultibus maieſtatē dei ſingularis cognoſcūt. Sed cū maxima: & utiliſſima ſit dei patientia: tñ q̄uis ſero noxios punit: nec patitur longius procedere cum eos inemendabiles eſſe peruiderit.

Capi. xxi. Si deus iraſcitur: cur hominem iraſci prohibuit?

nemo dici beatus ante obitum supremaq; funera debet

.N.

SVpest una & extrema quęstio. Nā dixerit fortasse qspiā;
adeo nō irasci deum: ut etiā in pręceptis hoīe; irasci uetet.
Possem dicere ꝙ ira hoīs refrę̄nanda fuerit: ꝙ iniuste sępe ira
scitur: & pręsentem habet motum: ꝙ temporalis est. Itaq; ne fie
rēt ea quę faciūt per iram; & humiles & mediocres & magni re
ges, temperari debuerit furor eius & cōprimi: ne mētis impossi
bile aliquod inexpiabile facin⁹ admitteret. De⁹ aūt & nō ad pręs
sens irascit̄: & q ęternus est: perfectęq; uirtutis & nunq̄ nisi me
rito irascit̄. Sed tamen non ita res se habet. Nam si omnino pro
hibetur irasci: ipse quodāmodo reprehensor opificij sui fuisset:
ꝙ in principio irā iecori hominis indidisset: siquidē credit̄ cau
sam huius cōmotionis in humore fellis cōtineri. Non igitur in
totum prohibet irasci: ꝙ is affectus necessario datus est: sed pro
hibet in iram permanere. Ira enim mortalium debet esse morta
lis: nā si maneat: confirmant̄ inimicitię ad pniciem sempiternā.
Deniq; rursus eum irasci quidem: sed tamen non peccare pręcę
pit: non utiq; euellit irā radicitus: sed temperauit: ut in omni ca
stigatione modū ac iusticiā teneremus. Qui ergo irasci non iu
bet: ipse utiq; irascit̄: q placari celerius pręcępit: est utiq; ipse pla
cabilis. Ea enim pręcępit: quę sunt iusta & rebus utilia cōmuni
bus. Sed ꝙ dixeram non esse iram dei tēperalem: sicut hominis
qui pręsentanea commotione feruescit: nec facile regere se potest
propter fragilitatem, intelligere debemus; ꝙ sit ęternus deus: irā
quoq; eius inęternū manere: sed rursū ꝙ uirtute sit maxima pręe
ditus: in potestate habere iram suam: nec ab ea regi: sed ipsum il
lam quēadmodū uelit moderari: quod utiq; nō repugnat supe
riori. Nam si prorsus immortalis fuisset ira eius: non esse satis
factioni: aut gratię post delictum locus: cum ipse homines ante
solis occasum reconciliari iubeat: sed ira diuina inęternum ma
net, aduersus eos qui peccant inęternum. Itaq; deus nō thure: nō
hostia: nō preciosis muneribus: quę omnia sunt corruptibilia:
sꝫ morū emendatōe placat̄: & qui peccare desinit: irā dei morta
lem facit. Iccirco enim non ad pręsens noxium quēq; punit: ut
habeat homo resipiscendi sui facultatem.

Capitulum. xxij. Epilogus & inductio auctoritatum Sibyl
lę erithręę ad iram dei probandum.

HAec habui quę de ira dei dicerē. Donate charissīe: ut scires queādmodū refelleres eos q deū faciūt immobilē. Restat ut more Ciceronis utamur epilogo: ad porādū sicut ille ī tuscu lanis de morte disserēs fecit. Ita nos in hoc ope testimonia diui na: qb⁹ credi possit adhibere debem⁹: ut illoꝝ ꝑsuasiōē reuinca mus: q sine ira deū eē credētes, dissoluūt oēꝫ religionē: sine q̄ (ut ostēdim⁹) aut īmanitate beluis: aut stulticia pecudib⁹ adeq̄mur: In sola enī religiōe. i. in summi notione sapientia est. Prophetę uniuersi diuino spū repleti: nihil aliud q̄ de gr̄a dei erga iustos: & de ira ei⁹ aduersus īpios loquūt: quoꝝ testimōia nobis qdem satis sūt: ueꝝ his qm̄ nō credūt: isti q sapientiā capillis & habitu iactāt: rōe quoq; & argumētis fuerāt a nobis refellēdi. Sic enim prępostere agūt: ut hūana diuinis tribuāt auctoritatē: cū potius humāis diuina debuerīt. Quę nūc sane omittam⁹: ne nihil apud in istos agam⁹: & īfinitū materia ꝓcedat. Ea igit̄ q̄ram⁹ testimo nia: qb⁹ illi possint aut credere: aut certe non repugnare. Sibyllas plurimi & maximi auctores tradiderūt grecoꝝ: Aristome⁹: & Apollodor⁹ Eritbrę⁹: nostroꝝ Varro & Fęnestella. Hi oēs prę cipuā & nobilē pret̄ cęteras Eritbręā fuisse cōmemorāt. Apollo dorus qdē ut de ciui & populari sua gloriat̄. Fęnestella uero eti am legatos eritbręos a senatu eē missos refert: ut hui⁹ Sibyllę car mina romā deportarēt̄: & ea cōsules Curio & Octauius in capi tolio qd̄ tūc erat curāte Quinto Catulo restitutū ponenda cura rēt. Apud hāc de sūmo cōditore rerū deo huiusmōi uersus repe riunt̄. ἄφθαρτος κτίστης αἴδιος, αἰθέρα ναίων, τοῖς ἀκάκοις ἀκάκον πρόφέρων, μείζονα μισθὸν τοῖς δεκάκοις, ἀικοῖς δὲ χόλον καὶ θυμὸν ἐγείρων. i. incorruptibilis & conditor ęternus in aere habitās, bonis bonū ꝓferēs: iustis multo maioreꝫ mercedem. Iniustis aūt & malis iram & furorem excitās. Rur sus alio loco enumerās: qbus maxime faci norib⁹ incitet̄ de⁹ hęc retulit. φεῦγε δὲ λατρείας, ἀνόμους, θεῷ ζῶντι λάτρευε· μοιχείας τε φύλασσε. καὶ ἀρσενοῖδίαν κοίτην εἶναι. γενεάν παίδων τρέφε. μηδὲ φόνευε. καὶ γὰρ ἀθάνατος κεχολώσεται ὅς κεν ἁμαρτῇ. i. fuge sceleratas r̄ligiōes: & uiuo deo serui: ab adulterio te abstine: & masculi ꝑmixtiōe praua: ꝓpriā generatōeꝫ crea: & ne occidas. His enim deus immortalis irascit̄, q hęc agunt. Indignat̄ ergo aduersus peccatores.

adhibere

philosophos notat

in infinitum

¶ Capitulū .xxiij. Auctoritatibus aliarum Sibyllarū irā dei probat.

VErū ꝙ plures (ut ostendi) Sibyllę a doctissimis auctorib⁹ fuisse tradunt: uni⁹ testimoniū satis nō sit ad cōfirmandā (sicut intēdim⁹) ueritatē. Cumqꝫ qdē uolumina, qbus romanoꝝ facta cōscripta sunt in arcanis habent. Cęteraꝝ tñ fere omniū libelli: quo min⁹ in usu sunt, oībus nō uetant. Ex quibus alia denūciās uniuersis gētib⁹ iram dei ob īpietatē hominū hoc mō exorsa est. ἐρχομένης ὀργῆς μεγάλης ἐπὶ κόσμον ἀπαθῆ ἔσχατον εἰς αἰῶνα θεοῦ. μηνύματα φέρω πᾶσι προφητεύσασα καὶ πόλιν ἀνθρώποισι. i. Veniēt irę magnę sup mūdū, dei pnūciationes enarrās omnib⁹ hominib⁹ in urbibus pphetās. Alia quoqꝫ p indignatōem dei aduersus iniustos: cathaclismum priore sęculo factum esse dixit: ut malitia generis humani extingueret. ἐξοῦ μηνίσαντος ἐπουρανίοιο θεοῖο, καὶ αὐταῖσι πόλεσι καὶ ἀνθρώποισιν ἅπασι γῆν καλύψε θάλασσα κατακλυσμοῖο ῥαγέντος. Ex quo irascēte cęlesti deo: ipsas ciuitates cū homib⁹ cūctis: & terraꝫ mare cooperuit diluuio rupto. Simili modo deflagrationē postea futura uaticinata est: qua rursus impietas hominū deleat. καί ποτέ τὴν ὀργὴν θεόν οὐχί τι πάυνοντα: ἀλλά ἐξεμβρίθοντα γενεάν ἀνθρώπων. ἀλλᾶμα πᾶσαν ὑπὲμπρησμοῦ πέρθοντα. Vnde apud Nasonē de Ioue ita dicit. Esse quoqꝫ in fatis reminiscit affore tēp⁹ Quo mare, quo tell⁹ correptaqꝫ regia cęli Ardeat: & mūdi moles operosa laboret. Qꝫ tūc fiat necesse ē: cū honor & cult⁹ dei summi apud homines interierit. Eadē tñ, placari eū poenitētia factorū, & sui emēdatōe cōtestās hęc addidit. ἀλλ' ἐλεεῖ μετάθεσθε βροτοί δή μηδέ πρὸς ὀργὴν παντοίην ἀγάγητε θεόν μέγαν. Oēs ergo hoīs trāsferte uos: neqꝫ ad irā ducite deuꝫ magnuꝫ Item paulopost. οὐ κολέσει παύσει δ' ἔ πάλιν χόλον ἐπὰρ ἅπαντες εὐσεβέειν τὸν θυμὸν ἐνί φρεσί ἀσκήσητε. Neqꝫ perdet: irę aūt parcet cū oēs pietatē ex mente percipietis. Deinde alia Sibylla: cęlestiū terrenorūqꝫ genitorem diligi oportere denunciat: ne ad perdendos hoīes: indignatio ei⁹ insurgat. μήποτε θυμωθείς θεός ἄφθιτος ἐξαπολέσει πᾶν γένος ἀνθρώπων βίοτον καί φῦλον ἀναιδῶν. δεῖ γάρ ἐρᾶν γενήτηρα θεόν σοφόν αἰὲν ἐόντα, idest Ne forte iratus incorrup-

tibilis deus omne genus humanũ perdat: uitã tribuat ĩprobam. Oportet enĩ genitorẽ deũ amari: q plen⁹ est & sapiẽs. Ex his apparet uanas esse rões oĩu3 philosophoꝝ: q deũ putant sine ira & inter cęteras laudes ei⁹ id ponũt: qđ est cõtra ĩpam maiestatẽ. Regnũ hoc imperiũq; terrenũ nisi met⁹ custodiat soluit̃. Aufer irã regi nõ mõ nemo parebit: s3 etiã de fastigio pręcipitabit̃: immo uero cuilibet humili eripe hũc affectũ. Quis enim nõ spoliabit? Quis nõ deridebit? Quis nõ afficiet iniuria? Ita nec indumenta nec sedẽ: nec uictũ poterit habere: aliis qcqd habuerit deripientibus: ne dũ putem⁹ cęlestis ĩperii maiestatẽ sine ira & metu posse cõsistere. Apollo Milesius de iudęoꝝ religiõe cõsult⁹ responso hoc indidit. ἣ δὲ θεὸν βασιλῆα καὶ γεννητῆρα πρὸ πάντων ὃν τρέμεται καὶ γεῖα καὶ οὐρανὸσ ἠδὲ θάλασσα ταρτάριοί τε μυχοὶ καὶ δαίμονεσ ἀποφρίττουσι. Regẽ aũt & genitorẽ omniũ ante oĩa quẽ terra cõtremiscit: cęlũq; & mare & latebrę tartareę & demones abhorrescũt. Si tã lenis est q̃ philosophi uolũt: quõ ad nutũ eius nõ mõ dęmones & ministri tandez potestatis: s3 etiã cęlũ & terra: & reꝝ natura oĩs contremiscit. Si enĩ null⁹ alteri seruit nisi coact⁹: oĩe igit̃ ĩperiũ metu cõstat: metus aũt p irã. Na3 si nõ moueat̃ qs aduersus parere nolentẽ: nec cogi poterit ad obsequm. Cõsulat unusq̃sq; affectus suos: iã intelliget neminẽ esse sine ira: & castigatõe imperio sbiugari. Vbi ergo ira nõ fuerit imperiũ quoq; non erit. Deus aũt habet imperium ergo & iram qua constat: imperium habeat necesse est.

¶ Cap. xxiiii. Cõcludit deũ amãdũ: uerẽdũ: honorificãdũ: metuendum.

Quapropter nemo uaniloquẽtia philosophoꝝ inductus: ad contemptum se dei erudiat: quod est maximum nefas. Debemus hũc omnes & amare q̃ pater est: & uereri q̃ domin⁹: & honorificare q̃ benefic⁹: & metuere q̃ seuer⁹: utraq; persona in eo uenerabilis. Quis salua pietate non diligat animę suę parẽtem? Aut qs impune contemnat eum: q rerũ dominator habeat in omnes ueram & ęterna3 potestatem? Si patrẽ cõsideres: ortũ nobis ad lucẽ qua fruimur sũministrat: p illũ uiuimus: p illum in hospitium huius mundi intrauim⁹. Si deum cogites: ille nos innumerabilib⁹ copiis alit: ille sustẽtat: in hui⁹ domo habitam⁹

huius familia sumus: & si minus obsequens q̄ decebat: minusq̧ officiosa q̄ dn̄i; & parētis immortalia merita poscebāt: tn̄ plurimum proficit ad ueniā cōsequēdā: si cultū eius notionēq̧ teneamus: si abiectis humilibꝰ terrenisq̧ tam rebus q̄ bonis celestia; & diuina sempiterna meditemur. Quod ut facere possumꝰ deꝰ nobis sequēdꝰ est: deus adorādus: qm̄ in eo est materia rerū: & ratio uirtutū: & fons bonoꝝ. Quid enī deo aut potētia maiꝰ ē: aut rōe pfectiꝰ: aut claritate luculētius? Quod qm̄ nos ad sapientiā genuit: ad iusticiā ꝓcreauit: nō est fas hominē relicto deo; sēsus ac uite datore, terrenis fragilibusq̧ famulari: aut querēdis tēporalibꝰ bonis inherētē: ab innocētia & pietate discedere. Non faciūt beatū uiciose ac mortifere uoluptates: nō opulētia libidinū incitatrix: nō inanis ambitio: nō caduci honores: quibꝰ illaq̄atus animꝰ humanꝰ: & corpori mācipatꝰ eterna morte dānatur: sed sola innocētia: sola iusticia: cuiꝰ legitima & digna merces est immortalitas: quā statuit a principio deus sanctis & īcorruptis mētibꝰ: que se a uicijs & ab omni labe terrena integras inuiolatasq̧ cōseruāt. Huiꝰ premij celestis ac sempiterni ꝑticeps esse nō possunt: q fraudibus: rapinis: circūscriptionibꝰ, cōscientiā suam polluerūt: quiq̧ iniurijs hominū nefarijs cōmissis inelubiles tibi maculas immiserūt. Proinde uniuersos oportet q sapiētes: q homīes merito dici uolūt: fragilia contēnere: terrena calcare: humilia despicere: ut possint cū deo beatissima necessitudine copulari. Auferaᵗ impietas discordie, dissensionesq̧ turbulēte ac pestifere sopianᵗ: quibus humane societates & publici foederis diuina cōiunctio irrūpiᵗ: dirimiᵗ: dissipaᵗ. Quantū possumꝰ boni ac benefici esse meditemur: si qd nobis opū: si qd suppetit copiaꝝ: nō uoluptati uniꝰ: sꝫ multoruꝫ saluti impartiaᵗ. Voluptas enī tam mortalis est q̄ corpus cui exhibet ministeriū. Iusticia uero & beneficentia tam immortales q̄ mens & aīa: que bonis operibus similitudinē dei asseqᵗ. Sit nobis deꝰ nō in templis: sed in corde nr̄o consecratꝰ. Destructibilia sūt oīa que manu fiūt: mūdemꝰ hoc templū quod nō fumo: nō puluere: sed malis cogitationibus sordidaᵗ: quod nō cereis ardentibꝰ: sed claritate ac luce sapiētie illuminaᵗ. In quo si deuꝫ semꝑ crediderimꝰ eē presentē eius diuinitatis potētia, ita uiuemꝰ: ut & ꝓpiciū semꝑ habeamꝰ, & nunq̄ uereamur iratum.

L. Coelij. Lactantij firmiani ad demetrianuȝ de opificio dei ſeu formatione hominis.

Probemiale Ca. ad Demetrianũ in quo narrat cur hoc opus aſſumpſit:

Q Vam minime ſim quietus, & in ſummis neceſſitatibus ex hoc libello poteris exiſtimare: quẽ ad te, rudib⁹ pene uerbis ꝓut ingenij mediocritas tulit, Demetriane ꝑſcripſi: ut & quotidianũ ſtudium meũ noſces & nõ deeſſeȝ tibi pręceptor etiã nũc: ſed honeſtioris rei: meliorisq; doctrinę. Nam ſi te in litteris nihil aliud q̃ linguam inſtruentib⁹ auditorem ſatis ſtrẽnuum ꝓprębuiſti: q̃to magis in his ueris & ad uitam ꝑtinẽtib⁹ docilior eſſe debebis: apud quẽ nũc profiteor nulla me neceſſitate uel rei uel tꝑis impediri: quo minus aliq̃d excudã: quo philoſophi noſtrę ſectę, quã tuemur, inſtructiores doctioreſq; in poſterũ fięt: q̃uis nũc me audiãt, caſtigentq; uulgo: ꝙ aliter, q̃ ſapiẽtib⁹ cõuenit, uiuãt, & uicia ſub obtẽtu noĩs celẽt: q̃bus aut mederi oportuit: aut ea prorſus effugere: ut beatũ atq; incorruptũ ſapientię nomẽ: uita ipſa cũ pręceptis cõgruẽte pręſtarent. Ego tñ ut nos ipſos ſil' & cęteros inſtruã: nullũ laborẽ recuſo: neq; enĩ poſſuȝ obliuiſci mei: tũ pręſertim cũ maxime opus ſit meminiſſe: ſic ne tu q̃deȝ tui, ut ſpero & opto. Nã licet te publicę rei neceſſitas a ueris & iuſtis operibus auertat: tñ fieri nõ poteſt: quin ſubinde in cęlum aſpiciat mens ſibi cõſcia recti. Ego q̃dem lętor: omnia tibi, quę ꝓ bonis habenẽ, proſpere fluere: ſȝ ita, ſi nihil de ſtatu mẽtis immutẽt. Vereor enim ne paulatim cõſuetudo & iocũditas earuȝ rerũ (ſicut fieri ſolet) in animũ tuũ repat. Ideoq; te moneo: & repetẽs iterũ iterũq; monebo: ne oblectamẽta iſta terrę, ꝓ magnis ac ueris bonis habere te credas: q̃ ſunt nõ tm̃ fallacia ꝙ dubia: uerũ etiã inſidioſa: ꝙ dulcia. Nam & ille colluctator & aduerſarius noſter ſcis q̃ ſit aſtut⁹: & idẽ ipſe uiolẽtus ſicuti nũc uidem⁹. Is hęc omnia quę illicere poſſunt, pro laqueis habet: & quidem tam ſubtilib⁹: ut oculos mentis effugiant: ne poſſint hominis ꝓuiſione uitari. Sũma ergo prudentia eſt pedetentim ire: quoniã utrobiq; ſaltus inſidet: & offenſacula pedib⁹ latenter opponit. Itaq; res tuas ꝓprias in q̃bus nũc agis ſuadeo: ut pro tua uirtute

aut contēnas si potes: aut non magnopere mireris. Memento & ueri parentis tui: & in qua ciuitate nomen dederis: & cuius ordinis fueris. Intelligis ꝑfecto qd loquar. Nec enī te supbię arguo: cuius in te ne suspicio qd ulla est: sed ea quę dico ad mentē referenda sunt nō ad corpus: cuius oīs ratio ideo compata est: ut animo tanq̄ dño seruiat & regaẗ nutu eius. Vas est enī quodāmō fictile quo animus: idest homo ipse uerus cōtineẗ: & quidē non a Prometheo fictū (ut poetę loquunẗ) sed a summo illo rerum conditore ac artifice deo: cuius diuinam prouidentiā perfectissimamq; uirtutē nec sensu cōprehēdere: nec uerbo enarrare possibile est. Tētabo tñ quoniā corporis & animi facta mentio est: utriusq; rationem, q̄tum pusillitas intelligentię meę peruidet, explicare: qd' officium hac de causa maxime suscipiendū puto: qd' Marcus Tullius uir ingenii singularis in quarto de republica libro cū id facere tētasset: nihil prorsus effecit: materiā late patentem angustis finibus terminauit: leuiter summa quęq; decerpēs. Ac ne ulla esset excusatio: cur eum locum nō fuerit executus, ipse testatus est: nec uoluntatē sibi defuisse nec curam. In libro enim de legibus primo: cū hęc idem summatim stringeret sic ait. Hūc locū satis (ut mihi uideẗ) in his libris quos legistis, expressit Scipio. Postea tamen in libro de natura deorū secundo: hoc idem latius exequi conatus. Sed quoniā nec ibi quidem satis expressit, aggrediar hoc munus & sumā mihi audacter explicandū: q͏ homo disertissimus pene omisit intactum. Forsitan reprehendas q͏ in rebus obscuris, coner aliquid disputare: cum uideas tanta temeritate hoīes extitisse: qui uulgo philosophi nominantur: ut ea quę obscura prorsus atq; abdita deus esse uoluit, scrutarentur: ac naturam rerū cęlestium terręnarūq; cōquirerēt: quę a nobis longe remotę, neq; oculis contrectari: neq; tangi manu: neq; ꝑcipi sensibus possunt. Et tamen de illarū omniū ratione sic disputant: ut, ea quę afferūt, ꝓbata & cognita uidere uelint. Quid est tandem cur nobis inuidiosum q̄sq̄ putet: si rationem corporis nostri inspicere & contemplari uelimus? Quę plane obscura nō est: q͏ ex ipsis mēbrorū officiis, & usibus partiū singularum, quanta ui prouidentię q̄sq; factus sit, intelligere nobis licet.

Capitulū .ij. quę de⁹ homini: & quę cęteris animalib⁹ dedit.

DEdit enĩ homini artifex ille noster ac parẽs de⁹ sensuꝫ atqꝫ rõeꝫ: ut ex eo appareret nos ab eo esse generatos: qꝛ ipse in telligentia: ipse sensus ac ratio est. Ceteris animantibus quoni am rationalem istam uitam non attribuit: quemadmodũ tamẽ uita eorum tutior esset, ante prouidit. Omnes enĩ suis ex se pelli bus texit: quo facilius possent uim pruinarũ, ac frigora sustinere. Singulis autem generibus ad propulsandos impetus externos sua ꝓpria munimẽta cõstituit: ut aut naturalibus telis repugnẽt fortioribus: aut quę sunt imbecilliora subtrahãt se periculis, per nicitate fugiendi: aut quę simul & uiribus & celeritate indigẽt: astu se protegãt: aut latibulis sepiant. Itaqꝫ alia eoꝝ uel plumis le uibus in sublime suspensa sunt: uel suffulta ungulis: uel ĩstructa cornibus: qbusdaꝫ in ore arma sunt dentes: aut in pedibus, adun ci ungues: nulliqꝫ munimentũ ad tutelã sui deest. Si qua uero in prędaꝫ maioribus cedunt: ne tñ stirps eorũ funditus interiret: aut in ea sunt relegata regione ubi maiora esse nõ possunt: aut ac cęperũt uberẽ generãdi facultatẽ: ut & bestijs quę sangnine alũt uictus suppeteret ex illis: & illatam tamen cladem, ad conseruati oneꝫ generis multitudo ipsa superaret. Hominẽ autem ratione concessa, & uirtute sentiendi: atqꝫ eloquendi data: eorũ quę cęte ris animalibus attributa sunt: fecit expertem: quia sapientia red dere poterat quę illi naturę conditio denegasset: statuit nudum & inermẽ: quia & ingenio poterat armari: & ratione uestiri. Ea uero ipsa quę mutis data, & homini denegata sunt: q̃ mirabilit̃ homini ad pulchritudinem faciãt, exprimi non põt. Nam si ho mini ferinos dentes aut cornua: aut ungues: aut ungulas: aut cau dam: aut uarij coloris pilos addidisset: qs non sentiat q̃ turpe animal esset futuruꝫ: sicut muta, si nuda & inermia fingerentur? Quibus si detrahas uel naturalẽ sui corporis uestẽ: uel ea qb⁹ ex se armant: nec speciosa poterũt esse, nec tuta: ut mirabiliter, si uti litatem cogites, instructa: si specieꝫ: ornata uideant. Adeo miro modo cõsentit utilitas cum decore: hominem uero queꝫ ęternuꝫ animal atqꝫ immortale fingebat: nõ forinsecus ut cętera: sed inte rius armauit: nec munimentũ eius in corpore: sed in aĩo posuit: quoniam supuacuũ fuit, cũ illi quod erat maximũ tribuissꝫ, cor poralibus eũ tegere munimẽtis: cũ presertim pulchritudinẽ hu mani corporis impedirent.

Capi.iij. Cōtra Epicuros disputat, qui opera naturę dānabāt: & pręcipue ꝙ hō cęteris animātibus imbecillior oriatur.

VNde ego, philosophoꝝ, q Epicurū sequunť, amētiā soleo mirari, q naturę opa reprehēderēt: ut ostēdāt nulla ꝓuidētia instructū esse ac regi mūdū: ſꝫ originē rerū insecabilib⁹ ac solidis corporib⁹ assignāt: quoꝝ fortuitis concursiōib⁹: uniuersa nascanť & nata sint. Pręterea quę ad ipsum mūdū uicio dāt: in quo ridicule īsaniūt: id sumo, qđ ad rē de qua nūc agim⁹ ꝑtinet. Queruntť hoīem nimis imbecillū & fragilē nasci: q̄ cętera aīalia nascūť: quę ut sunt edita ex utero: ꝓtinus in pedes suos erigi: & gestire discursib⁹: statimq́ꝫ aerē tolerādo idonea esse: q̄ in lucēꝫ naturalib⁹ indumētis munita ꝓcesserint. Hominē ecōtra nuduꝫ & inermē tanq̄ ex naufragio in hui⁹ uitę miserias proici, & expelli: q neqꝫ mouere se loco: ubi effusus est possit, ne alimētum lactis appetere: nec iniuriā tpis ferre. Itaqꝫ naturā nō matrē esse humani generis: ſꝫ nouercā: quę cū mutis tam liberaliť gesserit: hominē uero sic effuderit: ut inops & infirm⁹: & omni auxilio indigēs: nihil aliud possit q̄ fragilitatis suę conditōem, ploratu ac fletib⁹ ominari: scilicet cui tantū in uita restet transire maloruꝫ. Quę cū dicūt: uehementer sapere creduntť: ꝓpterea ꝙ unusq́ꝫq́ꝫ incōsiderate suę conditionis ingratus est. Ego uero illos nunq̄ magis desipere contendo: q̄ cum hoc loquunť. Cōsiderās enim conditionem rerum: intelligo nihil fieri aliter debuisse: ut non dicam potuisse: quia deus potest oīa: sed necesse est: ꝙ illa prouidentissima maiestas id effecerit: quod erat melius & rectius. Libet igiť interrogare istos diuinorū operū reprehēsores: quid in homīe deesset ꝙ imbecillior nasciť credant. Num iccirco min⁹ educenť hoīes: num minus ad summū robur ętatis prouehanť: num imbecillitas: aut incrementū impediat ad salutē: quoniam quę desunt ratio depēdit? At hoīs, inquiūt, educatio maximis laboribus constat: pecudum scilicet conditio melior: ꝙ hę omnes cū foetum ediderint: non nisi pastus sui curaꝫ gerūt: ex quo efficitur ut uberibus sua sponte distentis alimentum lactis foetibus ministreť: & id cogente natura sine solicitudine appetant. Quid aues: quarum ratio diuersa est? nōne maximos suscipiūt in educando labores: ut interdum aliquid humanę intelligentię

[Margin, handwritten:] ...d in homine deest quia / ...becillior nasci credāt

habere uideant? Nidos enim aut luto ędificant: aut uirgultis &
frōdib⁹ cōstruūt: & ciboꝝ expertes incubāt ouis: & qm̄ foetus
de suis corporib⁹ alere nō datū est: cibos cōuebūt: & totos dies
in huiusmodi discursatōe cōsumūt: noctib⁹ uero defendūt: fo-
uent: ptegunt. Quid ampli⁹ facere boīes possunt: nisi hoc solū
fortasse: ꝙ nō expellūt adultos: sed ppetua necessitudine ac uin-
culo charitatis adiūctos habent? Quid ꝙ auium foet⁹ multo fra
gilior est q̃ boīs? Quia nō materno corpore ipsum aīal edūt: sed
id qd̄ materni corporis foetu & calore tepefactū aīal efficiat: qd̄
tn̄ cū spiritu fuerit animatū: id uero implume ac teneꝝ non mō
uolandi: sed ambulandi quoq; usu caret. Non ergo modo inep
tissimus sit: si qs putet male cum uolucribus egisse naturā: p̄mū
ꝙ bis nascunt̄: deinde ꝙ tam infirme: ut sint quęsitis p laborem
cibis a parentibus nutriēdę. Sed illi fortiora eligūt imbecilliora
prętériūt. Quęro igit̄ ab his qui conditionē pecudum suę pręfe
runt: quid eligant si deus his deferat optionē: utrum malint hu-
manā sapientiam cum imbecillitate: an pecudum firmitatem cu;
illarum natura? Scilicet non tam pecudes sunt ut non malint uel
fragiliorem multo: q̃ nunc est: dummodo humanā: q̃ illam irra-
tionabilē firmitatem. Sed uidelicet prudentes uiri: neq; hōīs
rationem uolunt cum fragilitate: neq; mutorum firmitate; sine
ratione. Quod nihil est tam repugnās tāq; cōtrariū q̃ unūqd'q;
animal: aut ratio instruat necesse est: aut cōditio naturę. Si natu
ralibus munimentis instruatur: superuacua ratio est? Quid eni;
excogitabit: quid faciet: quid molietur? Aut in quo lumen illud
ingenii ostendet: cū ea quę possunt esse rationis: ultro natura cō
cedat? Si autem ratione sit pręditum: quid opus erit sepimentis
corporis: cū semel cōcessa ratio naturę munus possit implere?
Quę quidem tantum ualet ad ornādum tuendumq; hominem
ut nihil potuerit maius ac melius a deo dari. Deniq; cum & cor
poris non magni homo: & exiguarum uiriū: & ualitudinis sic
infirmę: tamen qm̄ id quod est maius accępit: & instructior est
ceteris animalibus & ornatior. Nam cum fragilis imbecillusq;
nascatur: tamē & a mutis omnibus tut⁹ est: & ea omnia quę fir-
miora nascuntur: etiam si uim cęli fortiter patiunt̄: ab homine
tn̄ tuta esse nō possunt. Ita fit ut plus homini cōferat ratio: q̃ na
tura mutis: quonia; in illis neq; magnitudo uiriū: neq; firmitas

corporis efficere pōt:quo min⁹ aut opprimant̄ a nobis: aut nr̄ę ſbiecta ſint ptāti. Pōt ne igit̄ aliqs cum uideat etiā boues: uaccas aut equos cū immaniſſimis corporib⁹ ac uirib⁹ ſeruire homini: queri de opifice rex̄ deo: ꝙ modicas uires ꝙ paruū corp⁹ accępe rit:nec bn̄ficia ī ſe diuina p merito ęſtimat: qd̄ ē īgrati:aut ueri⁹ loquar īſani! Meli⁹ igit̄ Plato ut hos credo īngtos refelleret,natu rę gr̄as egit:ꝙ hō nat⁹ eēt. Qd̄ & ipm̄ q̄le ſit,nō ē h⁹ materię pō derare. Quāto meli⁹ & ſani⁹ q ſenſit cōditōe, hoīs eē meliorē:q̄ iſti q ſe pecudes natos eē maluerūt. Quos ſi de⁹ in ea forte cōuer terit aīalia:quox̄ ſortē pręferūt ſuę:iā pfecto cupiant remigrare magniſq; clamoribus conditionem priſtinam flagitent: ꝙ non eſt tanti robur ac firmitas corporis: ut officio linguę careas:aut auiū p aerē libera diſcurſatio,ut manib⁹ indigeas. Plus enī man⁹ pſtāt: q̄ leuitas pēnax̄:pl⁹ lingua q̄ toti⁹ corpis fortitudo. Quę igitur amentia eſt ea pręferre:quę ſi data ſint:accipere detrectes!

Capi.iiij. Cōtra epicuros cōquęrētes hoīes morbis & imma turę morti ſubiectos.

Idē querunt̄ hoīe; morbis & īmaturę morti eē ſubiectu;. Indignant̄ uidelicet,nō deos ſe eē natos. Minime,inqūt:ſi ex hoc oſtēdim⁹ hoīe; nulla,puidētia,eſſe factū:qd̄ aliter fieri de buit. Quid ſi oſtēdero id ipm̄ magna rōe ,puiſū eſſe:ut a mor bis uexari poſſet:& uita ſua ī medio curſus ſui ſpacio rūperet! Cū enī de⁹ aīal qd̄ fecerat,ſua ſpōte ad mortē trāſire cognouiſſ;: ut mortē ipa; quę eſt diſſolutio naturę capere poſſ;: dedit ei fra gilitatē:quę morti aditū,ad diſſoluendū aīal inueniret. Nā ſi ei⁹ roboris fieret:ut ad eū morbus & ęgritudo adire nō poſſet: ne mors quidem poſſet,qm̄ mors ſequela morborū eſt. Immatura uero mors quomodo abeſſet ab eo: cui eſſet conſtituta natura! Nempe nullum hominem mori uolunt niſi cū centeſimū ętatis compleuerit annum. Quomodo illis in tanta repugnantia rerū ratio poterit conſtare! Vt enim ante annos centum mori quiſq; non poſſit:aliquid illi roboris:quod ſit immortale tribuendu; eſt. Quo cōceſſo:neceſſe eſt conditionē mortis excludi. Id aūt ipſum cuiuſmodi poteſt eſſe:quod hominem cōtra morbos & ictus extraneos: ſolidum atq; inexpugnabilē faciat! Cum enim conſtet ex oſſibus & neruis:& uiſceribus & ſanguine:qd horū

poteſt eſſe tam firmũ: ut fragilitatẽ repellat ac mortẽ? Vt igiť ho
mo indiſſolubilis ſit ante illud tempus: quod illi putãt oportuiſ
ſe cõſtitui: ex qua ei materia corpus attribuãt? Fragilia ſũt omnia
quę uideri ac tangi poſſũt. Supeſt: ut aliquid ex cęlo petant: quo
niam in terra nihil eſt: quod nõ ſit infirmuꝫ. Cum ergo ſic homo
formandus eſſet a deo: ut mortalis eſſet: aliquãdo & ꝑ ſeipſum
mobilis ſemꝑ res ipſa exigebat: ut terreno & fragili corpore finge
reť. Neceſſe eſt igitur: ut mortẽ recipiat quãdolibet: quoniã cor-
poralis. Corpus enĩ quodlibet ſolubile atq̃ mortale eſt. Stultiſſi
mi ergo ſunt qui de morte ĩmatura queruntť: quoniã naturę cõdi-
tio locũ illi facit: Ita cõſequẽs erit ut morbis quoq̃ ſubiectus ſit.
Neq̃ enĩ patiť natura: ut abeſſe poſſit infirmitas ab eo corꝑe: qđ
iccirco nõ ſolidũ firmũq̃ natũ eſt: ut aliquãdo ſoluẽdũ ſit. Sed
putemus fieri poſſe quẽadmodũ uolũt ut homo non ea cõditiõe
naſcať: qua morbo mortiue ſubiectus ſit: niſi peracto ętatis ſuę
ſpacio ad ultimã proceſſerit ſenectutẽ. Nõ igiť uidẽt ſi ita ſit cõ-
ſtitutũ, quid ſequať: homini utiq̃ certo tempore mori nullo mõ
poſſe, ſed ſi prohiberi ab altero uictu poteſt: mori poterit. Res
igitur exigit: ut homini: qui ante certũ diẽ mori nõ poteſt: cibo ꝯ
alimentis q̃a ſubtrahi poſſũt opus non ſit: ſi opus cibo nõ erit: iã
non homo ille: ſed deus fiet. Ergo ut ſuperius dixi: qui de fragili
tate hominis querũť: quod id potiſſimũ querũť q̃ nõ immorta
les ſempiterniq̃ ſint nati. Nemo enĩ niſi ſenex mori debet. Nẽpe
ideo mori debet: quia deus non eſt. Atqui mortalitas non poteſt
cum immortalitate coniungi. Si enĩ mortalis eſt in ſenectute im-
mortalis eſſe in adoleſcẽtia nõ poteſt. Nec eſt ab eo cõditio mor
tis aliena: qui quãdoq̃ moriturus eſt: nec ulla ĩmortalitas eſt cui
ſit terminus cõſtitutus. Ita fit: ut & ĩmortalitas excluſa imperpe-
tum: & ad tẽpus recepta mortalitas: hominẽ cõſtituat in ea condi
tione: ut ſit in qualibet ętate mortalis. Quadrat igiť neceſſitas un
diq̃: nec debuiſſe aliter nec fas fuiſſe: ſed iſti rationẽ ſequẽtiũ nõ
uidẽt: q̃a ſemel errauerũt in ipſa ſumma. Excluſa enĩ de rebus hu
manis diuina ꝓuidentia: neceſſario ſequebať: ut omnia ſua ſpõte
ſint nata. Hinc inuenerũt illas minutorũ ſeminũ plagas: & cõcur-
ſiones fortuitas: quia rerũ originem nõ uidebant. In quas ſe angu
ſtias cũ cõieciſſent: iam cogebat eos neceſſitas exiſtimare animas
cũ corporibus naſci: & item cũ corporibus extingui. Aſſũpſerãt

enĩ nihil fieri mente diuina. quod ipſũ nõ aliter ꝓbare poterant, q̃ ſi oſtenderent eſſe aliq̃, in qbus uideret̃ ꝓuidẽtię ratio claudicare. Reprehenderũt igit̃ ea: in quibus uel maxime diuinitatẽ ſuã: ꝓuidentia mirabiliter expreſſit: ut illa quę retuli de morbis & ĩmatura morte cũ debuerint cogitare: his aſſũptis quę neceſſario ſequerent̃. Sequũt̃ autẽ illa: quę dixi. ſi morbũ nõ reciperẽt: neq; tectis: neq; ueſtibus indigerẽt. Quid enĩ uentos: aut hymbres: aut frigora metueret: quorũ uis in eo eſt: ut morbos afferãt? Iccirco enĩ accepit ſapientiã: ut aduerſus nocẽtia, fragilitatẽ ſuã muniat. Sequitur, neceſſe eſt: ut quoniã retinẽdę rationis cauſa morbos capit: etiam mortẽ ſemꝑ accipiat: qa his ad quem mors nõ uenit: firmus ſit neceſſe eſt. Infirmitas autẽ habet in ſe mortis cõditionem. Firmitas uero ubi fuerit: nec ſenectus locũ poteſt habere: nec mors q̃ ſeqt̃ ſenectutẽ. Pręterea ſi mors certę cõſtituta eſſet ętati: fieret homo inſolẽtiſſimus: & humanitate omni carẽt. Nã fere iura omnia humanitatis: qbus inter nos cohęrem⁹ ex metu & cõſciẽtia fragilitatis oriunt̃. Deniq; imbecilliora & timidiora quęq; animalia congregant̃: ut quoniã uirib⁹ tueri ſe nequeũt: multitudine tueantur. Fortiora ꝟo ſolitudĩes appetũt quoniã robore uiribuſq; cõfidũt. Homo quoq; ſi eodẽ mõ habẽt ad ꝓpulſanda ꝑicula ſuppetẽs robur: nec ullius alterius auxilio indigeret: q̃ ſocietas eſſet? q̃ reuerentia int̃ ſe? quis ordo? quęue ratio? q̃ humanitas? Aut quid eſſet deteri⁹ homine? qd efferacius? qd ĩmani⁹? Sed quoniã imbecillis eſt nec ꝑ ſe põt ſine hoĩe uiuẽ: ſocietatem appetit: ut uita cõmunis & ornatior fiat & tutior. Vides igit̃ oẽm hoĩs rationẽ in eo maxĩe ſtare: ꝙ nud⁹ fragiliſq; naſcit̃: ꝙ morbis afficit̃: ꝙ ĩmatura morte mulctat̃. Quę ſi homini detrahãt̃: rationẽ quoq; ac ſapientiã detrahi neceſſe eſt. Sed nimis diu de rebus apertis diſputo: cũ ſit liq̃dum: nihil ſine prouidẽtia nec factum eſſe unq̃: nec fieri potuiſſe. De cui⁹ opibus uniuerſis ſi nũc libeat diſputare ꝑ ordinẽ infinita materia eſt. Sed ego de uno corꝑe hoĩs tãtũ inſtitui dicere, ut ĩ eo diuinę ꝓuidẽtię poteſtatẽ quãta fuerit: oſtendã: his dũtaxat in rebus: quę ſũt cõprehenſibiles & apertę. Nã illa quę ſũt animi: nec ſubiici oculis nec cõprehendi queũt. Nunc de ipſo uaſe hominis loquimur quod uidemus.

Capitulum. v. De differentia creationis animaliũ brutorum & hominis ſm corpus.

IN principio cum deus fingeret animalia: noluit ea in rotun
dam formę speciē conglobare atq3 colligere: ut & moueri
ad ambulandū: & flectere se in quālibet partē facile possent: sed
ex ipsa corporis sūma produxit caput. Itē produxit mēbra q̄daʒ
longius: quę uocanť pedes: ut alternis motibus solo fixa ꝑduce-
rent animal quo mens tulisset: aut quo petendi cibi necessitas ꝓuo
casset. Ex ipso autē uasculo corporis quatuor fecit extantia bina
posterius: quę sūt ī omnibus pedes. Item bina capiti & collo ꝓ-
xima: quę uarios animātibus usus ꝓbēt. In pecudibus enī ac feris
sunt posterioribus pedes similes. In homine autē manus: quę nō
ad ambulandū: sed ad faciendū temperādūq3 sūt natę. Est & ter
tium genus: in quo priora illa neq3 pedes; neq3 manus sūt, sed alę:
in quibus pennę per ordinē fixę uolādi exibēt usū. Ita una fictio
diuersas species & usus habet. Atq3 ut ipsam corporis crassitudi
nem firmiter cōprehenderet: maioribus & breuibus ossibus inui
cem colligatis: quasi carinā compegit: quā nos dicimus spinam.
Eamq3 noluit ex uno perpetuoq3 osse formare: ne gradiendi: fle-
ctendiq3 se facultatē animal nō habēt. Ex eius parte quasi media:
costas id est transuersa & plana ossa porrexit in diuersū: quibus
clementer curuatis: & in se uelut in circulū pene cōductis: interna
uiscera contegant; ut ea quę mollia & minus ualida fieri opꝰ erat:
illius solidę ętatis amplexu possent esse munita. In sūma ṽo con
structiōis eius quā similē nauis carinę diximus: caput collocauit:
in quo esset regimen totius animantis. Datumq3 illi hoc nomē est.
Vt quidē Varro ad Ciceronē scribit: ꝙ hinc capiant initium sen
sus ac nerui. Ea uero quę diximus de corpore uel ambulandi: uel
faciendi: uel uolādi causa esse producta: neq3 nimiū longius pro
pter celerem mobilitatē neq3 nimiū breuibus ꝓpter firmitatē: sed
& paucis & magnis ossibus constare uoluit. Aut enī bina sūt ut ī
homine, aut qua terna, ut in quadrupede: quę tamē nō fecit solida,
ne in gradiendo pigritia & grauitas retardaret: sed cauata & ad
uigorē corporis conseruandū medullis intrinsecus plena eaq3 rur
sus nō ęqualiter porrecta finiuit: sed sūmas eorū partes crassiori-
bus nodis cōglobauit: ut & substringi neruiꝭ facilꝰ & uerti tutiꝰ
possent, unde sūt uertibula noīata. Eos nodos firmitꝰ solidatos le
ui quodā operculo texit: quod dicitur cartilago scilicet ut sine atritu
& sine sensu doloris aliquo flecterenť: eosdem tamē nō in unum

modū informauit. Alios enī fecit simplices & in orbē rotondos in his duntaxat articulis : in ꝗbus moueri mēbra in omnes partes oportebat, ut in scapulis: quoniā manus utrūlibet agitari & cōtorqueri necessariū est. Alios autē latos & ęquales & in unā ptē rotūdos: & ī his utiq; locis ubi tm̄modo curuari mēbra ī omnes ptes oportebat: ut in genibus: & in cubitis: & in manibus ipsis. Nam sicut manus ex eo loco unde oriūť a corpore ubiq; uersus moueri speciosū simul & utile fuit: sic ꝓfecto si hꝰ idē etiā cubitis accideret: & supuacuus esset eiusmodi motus & turpis. Iam enī manus amissa dignitate quā nūc habet : mobilitate nimia ꝓmuscidis similis mirabiliter uidereť: essetq; homo plane anguimanꝰ. Quod genus in illa īmanissima belua mirabiliter effectū est. Deus enī q ꝓuidentiā & potestatē suā, multaꝝ rerū mirabili uarietate, uoluit ostendere: quoniā caput eiꝰ animalis nō tā lōge porrexerat: ut trā posset ore contingē: quod erat futurū horribile atq; tetrū: & quia os ipsū profusis dentibus sic armauerat: ut etiam si cōtingeret pascendi tamē facultatē dentes adimerent. Produxit inter eos a summa frōte molle ac flexibile membrū: quo prendere: quo tenē qđlibet posset: ut rationem uictus capiendi uel dentium prominens magnitudo: uel ceruicis breuitas non impediret.

Capitulum. vi. Contra Epicurū: qui ex athomis fortuito coucurrentibus compactū fabricatūq; hominē disputauit.

NOn possum hoc loco teneri: quo minus Epicuri stulticiam coarguā. Illius enī sūt omnia: quę delirat Lucretius. Qui ut ostenderet animalia non artificio aliquo diuinę mentis: sed ut solet, fortuito esse nata: dixit, in principio mūdi alias quasdā īnumerabiles animātes miranda specie & magnitudine fuisse natas: sed eas permanere nō potuisse ꝙ illas aut sumendi cibi facultas: aut coeundi generandiq; ratio defecisset. Videlicet, ut & athomis suis locū faceret, ꝑ infinitū & inane uolitātibꝰ, diuinā ꝓuidētiā uoluit excludere. Sed cū uideret in omnibus: quę spirant: mirabilē ꝓuidentię inesse rationē: quod malū uanitatis erat dicē fuisse animalia prodigiosa in quibus ratio cessasset. Quoniā igiť omnia quę uidemus cum ratione nata sunt : id enim ipsum nasci efficere nisi ratio non potest : manifestum est nihil omnino rationis expers

potuisse generari. Ante enī prouisū est in singulis qbusq; fingen
dis quatenus & ministerio mēbrorū ad necessaria uitę uterēt: &
quatenus adiugatis corpibus elata soboles: uniuersas generatim
cōseruaret animātes. Nā si peritus architectus cū magnū aliquod
ędificiū facere cōstituit: primo omniū cogitat quę sūma pfecti
ędificij futura sit: & ante emetiatur quē locū leue pōdus expectet,
ubi magni operis statura sit moles: quę colūnarū interualla: q aut
ubi aquarū cadētiū decursus & exitus & receptacula. Hoc inquā
prius pręuidet: ut quęcunq; sunt perfecto operi iam necessaria: cū
ipsis fundamentis pariter ordinaē. Cum deum quis q̄ putet in ma
chinandis animab⁹ nō ante prouidisse: quę ad uiuendū necessaria
essent: q̄ ipsam uitā daret? Quę utiq; cōstare nō possent: nisi pri⁹
effecta essent qbus constat. Videbat igiē Epicurus in corporib⁹
animaliū diuinę rationis solertiā: sed ut efficeret quod ante impru
denter assumpserat: adiecit aliud deliramētū superiori congruēs.
Dixit enī neq; oculos ad uidendū esse natos: neq; aures ad audien
dum: neq; pedes ad ambulādū: quoniā mēbra hęc prius nata sūt:
q̄ esset usus uidendi: & audiēdi: & ambulādi: sed horū omniu;
officia ex natis extitisse. Vereor ne huiusmodi portēta & ridicu
la refutare: nō minus ineptū esse uideaē. Sed libet ineptire: quoniā
cum inepto agimus: ne se ille nimis argutum putet. Quid ais Epi
cure? Non sūt ad uidendū oculi nati? Cur igitur uidēt? Postea in
quit usus eorū apparuit. Videndi ergo causa nati sunt: siquidem
nihil possunt aliud q̄ uidere. Itē mēbra cętera: cuius rei causa nata
sunt ipse usus ostendit. Qui utiq; nullo modo posset existere: ni
si essent membra omnia: tam ordinata tam prouidēter effecta, ut
usum possent habere. Quid si enī dicas aues non ad uolandū esse
natas: neq; feras ad sęuiendum: neq; pisces ad natandum neq; ho
mines ad sapiendum: cum appareat ei naturę officioq; seruire ani
mantes: ad quod est quęq; generata: Sed uidelicet qui sūmā ipsa;
ueritatis amisit: semper erret necesse est. Si enī non prouidētia sed
fortuitis athomorum concursionibus nascuntur omnia: cur nūq̄
fortuito accidit sic coire illa principia: ut efficerent animal eius
modi: quod naribus potius audiret: aut odoraret oculis: auribus
cerneret. Si enim primordia nullum genus positionis in expertu;
relinquunt, oportuit eiusmodi quotidie monstra generari in qui
bus & mēbro; ordo prępośterus: & usus longe diuersus existēt.

Cum uero uniuersa genera & uniuersa quoq; mēbra: leges suas & ordines & usus sibi attributos tueāť: manifestū est nihil fortuito esse factū: quoniā diuinę rationis dispositio ꝑpetua seruať. Ve⁊ alias refellem⁹ Epicurū nūc de ꝓuidētia ut coepimus disseram⁹.

## Capitulum. vii. De dei prouidentia circa uniuersalē bominis fabricam.

(D)Eus igiť solidamēta corporis: quę ossa dicunť: nodata & adiuncta inuicem neruis alligauit atq; constrinxit. Quibus mens si excurrere aut resistere uelit: tanq̄ retinaculis utereť & q̄dē nullo labore nulloq; conatu: sed minimo nutu toti⁹ coporis molem temperaret ac flecteret. Hęc autē uiscerib⁹ operuit: ut quēcūq; locū decebat: ut quę solida ossa conclusa regerenť. Itē uisceribus ipsis uenas admiscuit: quasi riuos ꝑ corp⁹ omne diuisos ꝑ quas discurrens bumor & sanguis: uniuersa mēbra succis uitalibus irrigaret: & ea uiscera formata in eū modū: q̄ unicuiq; generi ac loco apt⁹ fuerit: supięcta pelle cōtexit. Quā uel sola pulcbritudine decorauit: uel setis adoperuit, uel squamis muniuit: uel plumis insignibus adornauit. Illud uero cōmentū dei mirabile: quod una dispositio & unus babitus innumerabiles animantiū perferat uarietates. Nam in omnibus fere quę spirant: eadem series & ordo mēbrorum est. Primū enī caput & buic annexa ceruix. Item collo pectus adiūctū: & ex eo prominentes armi: adbęrens pectori uenť. Item uētri subnexa genitalia. Vltimo loco femora pedesq;. Nec solum membra suū tenorē: ac situm in omnibus seruāt: sed etiam partes mēbrorum. Nam in uno capite ipso certā sedem possidēt aures: certam oculi: nares item: os quoq; & in ore dentes & lingua. Quę omnia cum sint eadem in omnibus animantibus: tamen infinita & multiplex diuersitas figuratorum est: q̄ ea quę dixi: aut productiora: aut contractiora liniamentis uarię differentibus cōprebensa sunt. Quid illud: nonne diuinum quod in tanta uiuentium multitudine: unumquodq; animal in suo genere & specie pulcberrimum est? Vt si quid uicissim de altero in alterum transferatur: nibil impeditius ad utilitatem: nibil deformius ad aspectum uideri necesse sit. Vt si elipbāto ceruice⁊ prolixam tribuas aut camelo breuem: uel si serpentibus pedes: aut pilos addas in q̄bus porrecti ęqualiter: corporis longitudo nibil aliud exbibeat,

nisi ut maculis terga distincti & squamarũ leuitate suffulti, in lubricos tractus sinuosis flexibus laberent. In quadrupedibus autẽ idem opifex contextum spinę: aut sũmo capite deductũ: longi⁹ extra corpus eduxit: & accuminauit in caudã: ut obscoenę corpis partes: uel ꝑpter foeditatẽ tegerent: uel ꝑpter teneritudinẽ munirent, ut animalia quędam minuta, & nocentia, motus eius arcerẽt a corpore. Quod membrũ si detrahas imꝑfectũ fit animal ac debile. Vbi autẽ ratio & manus est: tamẽ nõ est id necessarium, q̃ indumentũ pilorũ. Adeo in suo quoq; genere aptissime cõgruunt. ut neq; nudo quadrupede: neq; homine tecto excogitari quicq̃ turpius possit. Cum tamen ipsa nuditas hominũ mire ad pulchritudinẽ ualeat, nõ tamẽ etiã capiti cõgruebat. Texit ergo illud pilo. Et quia in summo futurũ erat: quasi sũmũ ędificij culmẽ ornauit. Qui ornatus non est in orbem coactus: aut in figuram pilei teres factus: ne quibusdam partibus nudis esset informis: sed alibi infusus: alibi retractus: pro cuiuslibet loci decentia. Frons ergo uallata per circuitum: & a temporibus effusi ante aures capilli, & earũ summę partes in coronę modum cinctę: & occipitium omne cõtectum: speciem miri decoris ostentat. Iam barbe ratio incredibile est: quantum conferat ad dignoscendam corporum maturitatẽ uel ad differentiam sexus: uel ad decorem uirilitatis ac roboris: ut uideatur omnino non constatura fuisse totius operis ratio: si quicq̃ aliter esset effectum.

Capitulũ. viij. De forma hominis & omniũ membrorũ habitudine: sed specialiter de auribus & oculis.

NVnc rationem totius hominis ostendam: singulorũq; membrorum: quę in corpore aperta: aut operta sunt: utilitates & habitus explicabo. Cum igiť statuisset deus ex omnibus animalibus solum hominẽ facere cęlestẽ & cętera uniuersa terręna. Hũc ad cęli contemplationem rigidum erexit: bipedemq; constituit, scilicet ut eadem spectaret unde illi origo est. Illa uero depressit ad terram: ut quia nulla his immortalitatis expectatio est: toto corpore in humum proiecta: uentri pabuloq; seruirent. Hominis itaq; solius recta ratio: & sublimis status: & uultus deo patri cõmunis ac proximus: originẽ suam fictoremq; testať. Eius prope

eadem

diuina mens: quia nõ tm̃ animãtiũ que sunt in terra, sed etiam sui corporis, est sortita dominatũ: ĩ summo capite collocata tanq̃ in arce sublimis speculatur omnia: & contuet. Hanc eius aulam de⁹ non obductam porrectamq; formauit: ut in mutis animalibus: s; orbi & globo similem: q͡ orbis rotunditas perfectę rationis est ac figurę. Eo igitur mens: & ignis ille diuinus tanq̃ cęlo tegitur. Cuius cum summũ fastigiũ, naturali ueste, texisset, priorem ꝑtem quę dicitur facies, necessariis membroru; ministeriis: & instruxit pariter & ornauit. Ac primũ oculorum orbes, concauis foraminibus conclusit: a quo foratu frontem nominatam Varro existimauit: & eos neq; minus neq; amplius q̃ duos esse uoluit: q͡ ad speciem nullus est ꝑfectior numerus q̃ duorum: sicut & aures duas quarum duplicitas incredibile est quãtam pulchritudinẽ pręferat. q͡ tum pars utraq; similitudine ornata est: tum ut uenientes altrinsecus uoces facilius colligant̃. Nam & forma ipsa mirandum in modum ficta: q͡ earum foramina uoluit esse nuda & inobsepta: quod & minus decorũ & minus utile fuisset: quoniã simpliciu; cauernarum angustias pręteruolare uox posset & spergi: nisi perceptam per cauos sinus: & repercussu retentam foramina ipsa conueherent: illis similia uasculis: q̃bus impositis solent angustiora uasa compleri. Eas igitur aures quibus est inductum nomen a uocibus hauriendis. Vnde Virgilius. Vocemq; his auribus hausi quia uocem ipsam greci ἀκοὴν uocant ab auditu per immutationem litterę: aures uelut audes sũt nominatę. Noluit deus artifex mollibus pelliculis informare, quę pulchritudinẽ demerẽt; pendulas atq; flectentes: neq; duris ac solidis ossibus: ne ad usum inhabiles essent: ĩmobiles ac rigentes: sed q͡ esset horũ mediũ excogitauit: ut eas cartilago mollior alligaret: & haberẽ aptã simul & flexibilem firmitatẽ. In his, audiendi tm̃ officiũ constitutũ est: sicut in oculis uidendi. Quorũ precipue inexplicabilis est: ac mira subtilitas: quia eorum orbes gemmarum similitudinẽ pręferentes ab ea parte qua uidendũ fuit: membranis perlucentibus texit: ut imagines rerum contrapositarũ tanq̃ in speculo refulgentes: ad sensũ intimum penetrarent. Per eas igitur membranas sensus ille qui dicitur mens, ea quę sunt foris transpicit: ne forte existimes: aut imaginum incursione nos cernere: ut philosophi dixerunt: quoniam uidendi officium in eo debet esse quod uidet, non in eo quod

mens est pars animę prestantior a qua intelligentia procedit, unde ipse homo secundum mentem imago dei dicitur. hec omnia anima, animus, mens, ratio, spiritus & sensus ita coniuncta sunt ut una res sit pro efficientiis causarum diuersa nomina sortiuntur. anima est dum corpus uiuificat, animus dum uult, mens dum scit, ratio dum rectum iudicat, spiritus dum spirat, sensus dum sentit.

forte supergredi

uidetur:aut intentõe aeris cũ acie: aut effusione radiorũ,quoniã si ita esset:radiũ quẽ oculis aduertim⁹,uiderem⁹, donec intentus aer cũ acie.aut effusi radiĳ ad id qđ uidendũ esset puenirẽt.Cum autẽ uideam⁹ eo dẽ momento tẽporis,plerũq; uero aliud agẽtes: nihilomin⁹ tamẽ uniuersa quę cõtra sunt posita intueamur. Verius & manifesti⁹ est mentẽ esse: quę p oculos ea quę sunt opposita trãspiciat:q̃ p fenestras lucente uitro:aut speculari lapide obductas.Et idcirco mẽs & uoluntas ex oculis sępe dinoscit. Qđ qdem ut refelleret Lucretius:ineptissimo usus est argumento.Si enim mens,inquit,p oculos uidet:erutis & effossis oculis magis uideret,quoniã euulsę cũ postib⁹ fores:plus inferũt luminis:q̃ si fuerint obductę.Nimirũ ipsi,uel poti⁹ Epicuro qui eũ docuit:effossi oculi erãt,ne uiderẽt effusos orbes:& ruptas oculorũ fibras: & fluentẽ p uenas sanguinẽ,& crescentes & uulneribus carnes:& obductas ad ultimũ.Cicatrices,nihil posse lucis admittere: nisi forte oculos narib⁹ similes nasci uolebat:ut non tam oculis q̃ foraminib⁹ cernerem⁹:quo nihil ad speciem fedius:ad uisũ inutilius fieri potest.Quãtulũ enim uidere possemus:si mens ab intimis penetrabilib⁹ capitis,p exiguas cauernarũ rimulas attẽderet: ut si quis uellet transpicere p cicutã:non plus profecto cernat,q̃ cicutę ipsius capacitas cõprehendat.Itaq; ad uidẽdũ mẽbris potius in orbem cõglobatis opus fuit,ut uisus in latum spargeret:& quę in primori facie adhęrerẽt:ut libere possint omnia cõtueri. Ergo ineffabilis diuinę prouidẽtię uirtus fecit duos simillimos orbes:eosq; ita deuinxit:ut non totũ cõuerti: sed moueri tamen ac flecti cũ modo possent.Orbes autẽ ipsos humoris puri ac liquidi plenos esse uoluit: i quorũ media pte scintillę luminũ cõclusę tenerentur:quas pupillas nuncupamus:in qbus puris ac subtilib⁹ cernendi sensus ac ratio continetur.Per eos igitur orbes seipsam mens intendit ut uideat:miraq; ratione in unum miscetur: & cõiungitur amborũ luminum uisus.

## Capi.ix.Contra eos qui sensus falsos esse contendunt.

Libet hoc loco illorũ reprehẽdere uanitatẽ: qui dum uolũt ostẽdere sensus falsos esse:multa colligũt in quibus oculi fallant inter quę,illud etiã qđ furiosis & ebriis:omnia duplicia

uidētꝛ. Quasi uero et⁹ erroris obscura sit cā. Ideo eni fit ꝙ duo sūt oculi. Sꝫ quō id fiat accipe. Visus oculoꝝ intētōne animi cō stat. Itaqꝫ qm̄ mens (ut supra dictū est) oculis tanꝗ̄ fenestris utitꝛ: nō tantū hoc ebriis aut insanis accidit: sꝫ etiā sanis & sobriis. Nā si aliqd nimis ꝓpius admoueas duplex uidebitꝛ. Certū est eni in teruallū ac spaciū: quo acies oculoꝝ coit. Itē si retrorsum auoces animū: ꝗ̄si ad cogitādū: & intētionē mētis relaxes: cū acies ocu li utriusqꝫ deducitꝛ: tūc singuli uidere incipiūt sepatim. Si autem rursus itēderis: aciēqꝫ direxeris: coitꝛ unū qcqd duplex uidebatꝛ. Quid ergo miꝝ si mēs ueneno ac potētia uini dissoluta dirige re se nō pōt ad uidēdū: sicut nec pedes qdē ad ambulādū neruis stupescētibus debiles: aut si uis furoris in cerebrū sęuiēs cōcordi am disiūgit oculoꝝ? Quod adeo uerū est: ut luscis hominibus: si aut insani aut ebrij fiant: nullo mō possit accidere ut aliqd du plex uideāt. Quare si ratio apparet cur oculi falluntꝛ: manifestum est nō esse falsos sensus: q aut nō falluntꝛ: si sint puri & itegri: aut si falluntꝛ: mēs tamē nō fallitꝛ quę illorum nouit errorem.

¶ Capi. x. Ad oculoꝝ fabricā redit & oīnꝫ mēbroꝝ habitudinē sꝫ spēaliter quę usqꝫ ad uentrē p cutē apparēt.

SEd nos ad dei opa reuertamur. Ut igitur oculi municiores essent ab iniuria: eos ciliоꝝ tegmib⁹ oculuit: unde oculos dictos eē Varroni placet. Nā & ipsę palpebrę qb⁹ mobilitas in est: palpitatio uocabulū tribuit: pilis ī ordīe stātib⁹ uallatę septū oculis decētissimū ꝓbent. Quaꝝ mot⁹ assiduus incōprehēsibili celeritate cōcurrēs: & uidēdi tenorē nō ipedit: & reficit obtutum. Acies eni idest mēbrana illa plucēs: quā siccari & obarescere non oportet: nisi humore assiduo tersa pure niteat, obsolescit. Quid ipa supciliorū fastigia pilis breuib⁹ adornata? Nonne ꝗ̄si aggeri bus: & munimētū oculis ne qd supne incidat: & speciē simil' pręstant? Ex quoꝝ cōfinio nasus exoriēs: & ueluti ęquali porrectus iugo: utrāqꝫ aciē simul & discernit & munit. Inferi⁹ quoqꝫ gena rū nō indecēs tumor: in similitudinē colliū leniter exurgens: ab omni pte oculos efficit tutiores; puisumqꝫ est ab artifice sūmoꝝ ut si qs forte uehemētior ictus extiterit: eminētib⁹ repellatꝛ. Nasi uero ps superior usqꝫ ad mediū solida formata est. Inferior autē

cartaligine adheret mollita:ut ad usu; digito⁊ possit esse tracta
bilis. in hoc autē quāuis simplici mēbro tria sunt officia cōstitu
ta. Vnū ducēdi spirit⁹. Alterū capiēdi odoris. Terciū ut ꝑ eius
cauernas purgamēta cerebri defluāt. Quas ipse de⁹: ꝙ mirabili: ꝙ
diuina ratione molit⁹ est: ut tamē hiat⁹ ipse nasi, oris speciē non
deformaret: quod erat plane futu⁊ si simplex fotamē pateret. At
id uelut pariete ꝑ mediū ducto īterseпsit atq; diuisit: fecitq; ipsa
duplicitate pulcherrimū. Ex quo intelligim⁹ quātum dualis nu
mer⁹ una & simplici cōpage solidat⁹ ad rerum ualeat ꝑfectionē.
Nam cum sit corpus unum: tamen totum ex simplicib⁹ mēbris
cōstare nō poterat, nisi ut essent ꝑtes uel dextrę: uel sinistrę. Itaq;
ut pedes duo: & itē manus: nō tantū ad utilitatē aliquā: usumq;
uel gradiēdi uel faciēdi ualent: sed & habitū decorēq; admirabi
lem cōferūt: sic in capite quod toti⁹ diuini operis ꝙsi culmē est:
& auditus in duas aures: & uisus in duas acies: & odoratio ī du
as nares a summo artifice diuisa est: quia cerebrū in quo sentiēdi
ratio est, ꝙuis sit unū: tamē in duas ꝑtes mēbrana interueniēte di
scretum est: sed & cor quod sapientię domicilium videtur: licet
sit unum: duos tamen intrinsecus sinus habet: quibus fontes vi
ui sanguinis continētur: septo intercedente diuisi: ut sicut in ipso
mundo summa rerum, uel de simplici duplex: uľ de duplici sim
plex: & gubernat & continet totum: ita in corpore de duob⁹ uni
uersa cōpacta indissociabilem pretenderent unitatē. Oris quoq;
species, & rict⁹ ex transuerso patefactus: ꝙ utilis: ꝙ decēs sit enar
rari non potest: cuius usus in duobus constat officijs sumendi ui
ctus, & eloquendi. Lingua intus inclusa: quę uocem motibus su
is, in uerba discernit: & est interpres animi. Nec tamē sola potest
per se eloquendi munus implere: nisi acumen suum palato illise
rit: nisi adiuta uel offensione dentium: uel compressione labio⁊.
dentes tamen plus conferunt ad loquendum; Na; & infantes nō
ante incipiunt fari: ꝙ dentes habuerint: & senes amissis dentibus
ita balbutiūt: ut ad infantiā reuoluti denuo esse āudiantur. Sed
hęc ad hominem solum pertinent: aut ad aues in quibus acumi
nata & uibrata certis motibus lingua innumerabiles cantuū flexi
ones & sonorum uarios modos exprimit. Habet pręterea & ali
ud officium: quo in omnibus; sed tamen solu; in mutis utitur: q;
cōtritos & cōmolitos dētib⁹ cibos colligit: & cōglobatos ui sua

deprimit & trāſmittit ad uentrē. Itaq; Varro a ligando cibo pu
tat linguę nomen impoſitū. Beſtias etiā potu adiuuat: protenta
enim cauataq; hauriūt aquā: eāq; cōprehēſaʒ linguę ſinu: ne tardi
tate ac mora effluat: ad palatuʒ celeri mobilitate complodūt. Hęc
itaq; palati cōcauo, tāq̃ teſtudine tegit: eāq; dentiū ordine ſeptis, septam
de⁹ q̃ſi muro circūuallauit: dentes autē ipſos ne nudi, ac reſtricti,
magis horrori q̃ ornamēto eſſent, gingiuis mollib⁹: quę a gignē
dis dētib⁹ nominant: ac deinde labioꝝ tegminibus honeſtauit.
Quoꝝ duricies ſicut in molari lapide maior eſt & aſperior q̃ in
cęteris oſſibus: ut ad cōterēdos cibos pabulūq; ſufficerēt. Labra
ipſa quę q̃ſi antea coherebāt q̃ decēter intercidit: quorū ſuperius
ſb ipa medietate nariū lacuna q̃daʒ leui, q̃ſi ualle ſignauit: inferi⁹
honeſtatis gratia, foras molliter explicauit. Nam qd' attinet ad ſa
porē capiendū, fallit q̃ſquis hūc ſenſum palato ineſſe arbitratur.
Lingua eſt enim qua ſapores ſentiunt: nec tamē tota. Nam partes
eius quę ſunt ab utroq; latere teneriores: ſaporē ſubtiliſſimis ſen
ſibus trahūt. Et cū neq; ex cibo quicq̃: neq; ex pocione minuatur
tamē inenarrabili modo penetrat ad ſenſum ſapor, eadeʒ ratione:
qua nihil de quacunque materia odoris decepit: cętera q̃ decora
uix exprimi poteſt. Deductum clęmenter a genis mentum & ita
inferius concluſum: ut acumen eius extremum ſignare uideatur
leniter impreſſa diuiſio. Rigidum ac teres collum, ſcapulę uelut
mollibus iugis a ceruice dimiſſę: ualida & ſubſtricta neruis ad
fortitudinem brachia, inſignis toris extintum: lacertorum ingēs
robur, utilis ac decens flexura cubitorum. Quid dicam de mani
bus rationis ac ſapientię miniſtris? Quas ſolertiſſim⁹ artifex pla
no ac modice cōcauo ſinu fictas: ut ſiquid tenēdum ſit apte poſ
ſit incidere in digitos terminauit: in q̃bus difficile eſt expedire
utrū ne ſpecies an utilitas maior ſit. Naʒ & numerus pfectus ac
plenus: & ordo: ac gradus decentiſſimus: & articuloruʒ parium
curuatura flexibilis: & forma unguiū rotunda concauis tegmini
bus digitorū: faſtigia cōprehendēs atq; firmās ne mollitudo car
nis intenēdo cederet: magnū pręhet ornatū. Illud uero ad uſum
miris modis habile: q̄ unus a cęteris ſeparat⁹ cū ipſa manu orit.
& in diuerſuʒ maturius finditur: q̄ ſe uelut obuiū cęteris pręhēs
oēm tenendi faciēdiq; rōem: uel ſolus uel pręcipue poſſidet tanq̃
rector ōniū atq; moderator. Vnde etiā pollicis nomē accepit: q̄

ui & poteſtate int̃ ceteros polleat. Duos quidẽ articulos extantes habet,nõ ut alij trinos: ſed unus ad manus carnẽ nectit̃ pulchritu dinis gratia. Si enĩ fuiſſet tribꝰ articulis & ipſe diſcretus foeda & indecora ſpecies ademiſſet manibꝰ honeſtatẽ. Nã pectoris latitu do ſublimis: & expoſita oculis mirabilẽ prę ſe fert habitus ſui di gnitatẽ. Cuiꝰ hęc cauſa eſt ꝙ uidet̃ hominẽ ſolũ deus: ueluti ſupi nũ formaſſe. Nã fere nullũ animal iacere intergũ põt: mutas autẽ animãtes q̃ſi alt̃no lateri iacentes finxiſſe atq; ad terrã cõpreſſiſſe. Iccirco illis anguſtũ pectus & ab aſpectu remotũ: & ad terrã uer ſus abiectũ: hoĩs autẽ patẽs & rectũ,quia plenũ rationis a cęlo da tũ humile aut indecens eſſe nõ debuit. Papillę quoq; leuiter emi nentes: & fuſioribus: ac paruis orbibꝰ coronatę: non nihil addũt uenuſtatis,foeminis ad alendos foetus datę,maribꝰ ad ſolũ decꝰ: ne informe pectus & quaſi inutile uideret̃. Huic ſubdita eſt plani cies uentris: quã mediã fere umblicus nõ indecenti nota ſignat ad hoc factus: ut eũ foetus dũ ẽ in utero nutriat̃.

## Cap. xi. De uiſceribus & inteſtinis uſq; ad mẽbra genitalia.

SEquitur neceſſario ut de internis quoq; uiſceribus dicẽ inci piã: qbus nõ pulchritudo qa ſunt abdita: ſed utilitas incre dibilis attributa ẽ: quoniã opꝰ fuerat ut terrenũ hoc corpꝰ ſucco aliq̃ de cibis ac potibꝰ aleret̃,ſicut terra ipſa imbribus ac pruinis. Prouidẽtiſſimꝰ artifex in medio eiꝰ receptaculũ cibis fecit: qbus cõcoctis & liq̃factis: uitales succꝰ mẽbris oĩbꝰ diſptiret. Sed cũ hõ cõſtet ex corpe atq; aĩa: illud qđ ſupra dixi receptaculum ſoli corpi pſtat alimẽtũ: aĩę ꝟo aliã ſedẽ dedit. Fecit enĩ genꝰ quoddã uiſcerũ molle atq; rarũ: qđ pulmonẽ uocamꝰ in qđ ſpũs recipro ca uiciſſitudine cõmearet: eũq; nõ in uteri modũ finxit ne effũde ret̃ ſimul ſpũs aut inflaret̃ inſimul. Ideoq; plenũ qdẽ uiſcus effe cit ſed inflabile atq; aeris capax ut paulatĩ ſpiritum reciperet: dũ uitalis uentus per illam ſpargitur raritatẽ: & eundẽ rurſus paulatĩ reddẽt: dũ ſe ex illo explicat. Ipa enĩ uiciſſitudo flãdi & ſpirãdi reſpirandiq; tractus uitam ſuſtentat in corpore. Quoniam ergo duo ſunt in homine receptacula: unum aeris: quod alit animam: alterum ciborum: quod alit corpus: ut flecti ceruix ac moueri fa cile poſſit,duas eſſe per collum fiſtulas neceſſe eſt: cibalem ac

inflaret simul

ſpiritalem: quarũ superior ab ore ad uentrem ferat: inferior a naribus ad pulmonẽ: quarum ratio & natura diuerſa eſt. Ille enĩ qui ẽ ab ore tranſitus mollis effectus eſt: & qui ſemp clauſus cohęreat ſibi ſicut os ipſũ: quoniã potus & cibus dimota & patefacta gula: quia corporales ſunt ſpaciũ ſibi traſmeandi faciũt. Spiritus cõtra qui eſt incorporalis ac tenuis, qa ſpaciũ ſibi facere non poterat accepit uiam patentẽ: quę uocatur gurgulio. Is conſtat ex oſſibus flexuoſis ac mollibus quaſi ex anulis in ãcutę modũ, inuicẽ cõpactis & cohęrentibus; patetq̃ ſemp hic tranſitus. Nullaꝫ enĩ requiẽ meãdi habere ſpiritus poteſt: quia his qui ſemp cõmeat: demiſſa utiliter de cerebro mẽbri portione cui uua nomen eſt: uelut occurſu quodã refrenat̃: ne aut teneritudinem domicilij cum impetu ueniens attracta peſtilenti aura corrumpat: aut totã nocendi uiolẽtiã internis receptaculis perferat. Ideoq̃ etiã nares breuiter ſũt apertę: quę iccirco ſic nominãt̃: quia per eas uel odor uel ſpiritus nare nõ deſinit. Tamen hęc fiſtula ſpiritales non tm̃ ad nares: uerũ quoq̃ ad os iter patet in extremis palati regionibus: ubi ſe colles faucitũ ſpectantes uuã tollere incipiũt in tumorẽ: cuius rei cauſa & ratio non obſcura ẽ. Loquendi enĩ facultatẽ non haberemꝰ: ſed ſicut gulę iter ad os tm̃: ita gurgulio ad nares tm̃ pateret. Aperuit igit̃ uiã uoci diuina ſolertia ex illa fiſtula ſpiritali: ut poſſet lĩgua miniſterio ſuo fungi: & uocis ipſius inoffenſum tenorem: pulſibus ſuis in uerba concidere. Qui meatus ſi aliquo modo interceptus ſit: mutum faciat neceſſe eſt. Errat enĩ profecto quiſq̃s aliam cauſam putat: cur homines muti ſint. Non enĩ uulgo ut creditur uĩctam gerunt linguam: ſed hi uocalem illum ſpiritũ per nares quaſi mugientes pfundũt: q uoci tranſitus ad os: aut nullus omnino ẽ: aut non ſic patens: ut plenam uocem poſſit emittere. Quod plerũq̃ natura fit: aliquãdo etiã caſu fit: uel accidit: ut morbo aliquo hic aditus obſeptus, uocem non tranſmittat ad linguam: faciatq̃ de loquẽtibus mutos. Quod cum acciderit auditum quoq̃ obſtrui neceſſe eſt: ut quia uocem emittere non poteſt: ne admittere quidem poſſit. Loquendi ergo cauſa patefactus eſt hic meatus. Illud quoq̃ pręſtat: ut in lauacris celebrandis: quia nares calorem ferre non poſſunt: aer feruens ore ducatur. Item ſi forte ſpiramenta narium frigoris pituita pręcluſerit: per os auram trahere poſſumus: ne obſtructa meandi facultate ſpiritus ſtranguletur.

Cibi uero in aluũ recepti: & cum humore potus permixti: cũ iã calore percocti fuerint: eorum succus inenarrabili modo ꝑ mẽbra diffusus irrigat uniuersum corpus & uegetat. Intestinorũ quoq; multiplices spirę: ac longitudo in se cõuoluta: & uno tamen substricta uinculo q̃ mirificũ dei opus est. Nam ubi maceratos ex se cibos aluus emiserit: paulatĩ per illos internorũ anfractus extruduntur: ut quicq̃d ipsis inest succi, quo corpus alit̃, mẽbris oĩbus diuidat̃. Et tamẽ ne ubi forte oberrent ac resistant quod fieri poterat propter ipsoꝝ uoluminũ flexiones in se sępe redeũtes & fieri sine pernicie nõ poterat. Oppleuit ea intrinsecus crassiore succo: ut purgamenta illa uentris ad exitus suos facilius ꝑ lubricũ niterent̃. Illa quoq; ratio subtilissima est ꝙ uesica, cuius usuꝫ uolucres non habẽt, cũ sit ab intestinis sepata nec ullam habeat fistulã: q̃ ex illis urinã trahat: cõplet̃ tamẽ & humore distendit̃. Id quomõ fiat nõ est difficile peruidere. Intestinorũ enĩ partes quę ab aluo cibũ potũq; suscipiũt patẽtiores sunt: q̃ cęterę spirę & multo tenuiores. Hę uesicã circũplectũt̃ & continẽt. Ad quas partes cũ pot⁹ & cibus mixta peruenerint: fimũ quidem crassius fit: & transmeat: humor autẽ omnis per illã teneritudinẽ percolatur: eũq; uesica cuius equę tenuis subtilisq; membrana est: absorbet & colligit ut foras qua natura exitum patefecit: emittat.

Capitulũ. xii. De membris conceptionis & ipsius concept⁹ physica ratione.

DE utero quoq; & cõceptione quoniam de internis loquimur, dic necesse est: ne quid pretermisse uideamur. Quę q̃q̃ ĩ opto latent: sensus tamen atq; intelligentiam latere non possunt. Vena in maribus quę seminũ rationẽ cõtinet duplex ẽ, paulo interior q̃ illud humoris obscoeni receptaculũ. Sicut enĩ renes duo sũt: itẽq; testes: ita & uenę seminales duę in una tñ compage coherentes, quod uidemus in corporibus animalũ: cum interfecta patefiunt. Sed illa dexterior masculinũ continet semen: sinisterior foemininũ. Et ideo ĩ toto corpore pars dextera masculina est: sinistra uo foeminina. Ipsum semen quidem aiunt, ex omni corpe ad uenam genitalem confluere ibiq; concrescere. Sed hoc humana mẽs quomodo fiat nõ potest cõprehẽdẽ. Item in foeminis uterus in duas se diuidit partes: quę in diuersum diffusę ac reflexę: circũplicant̃

ſicut arietis cornua. Quę pars in dextrã retorquet: maſculina eſt: quę in ſiniſtrã foeminina. Cõceptũ igit̃ Varro & Ariſtoteles ſic fieri arbitrant̃. Aiunt nõ tm̃ marib⁹ ineſſe ſemẽ uerũ etiã foemĩs: & inde plerũq; matrib⁹ ſimiles ꝓcreari: ſed earũ ſemẽ ſanguine eſſe purgatũ. Quod ſi recte cũ uirili mixtũ ſit: utraq; concreata: & ſimul coagulata informari. Et primũ qdẽ cor hominis confingi q̃ in eo ſit & uita hominis & ſapientia. Deniq; totũ opus quadrageſimo die cõſummari. Ex abortiõibus hęc fortaſſe collecta ſunt. In auiũ tamẽ foetibus: primũ oculos fingi dubiũ nõ eſt: qd̃ in ouis ſępe depͤhendim⁹. Vnde fieri nõ poſſe arbitror qn fictio a capite ſumat exordiũ. Similitudines autẽ in corporib⁹ filiorũ ſic fieri putant. Cũ ſemĩa inter ſe ꝑmixta coaleſcũt: ſi uirile ſupauerit: patri ſimilẽ: prouehi ſiue marẽ ſeu foeminã: ſi muliebre ꝑualuerit ꝓgeniẽ cuiuſq; ſexus ad imaginẽ reſpondere maternam. Id autẽ pręualet e duobus quod fuerit uberius. Alteꝝ enĩ quodãmõ amplectit̃ ac cludit. Hinc plerũq; fieri ſolet: ut unius tm̃ liniamẽta prętendat. Si uero ęqua fuerit ex pari ſemine permixtio: figurãs quoq; miſceri: ut ſoboles illa cõmunis: aut neutrũ referre uideat̃: quia totũ ex altero nõ habet: aut utrũq;: qa partem de ſingulis mutuata eſt. Nam in corporibus animaliũ uidem⁹ aut confundi parentum colores: ac fieri tertiũ neutri generãtiũ ſimile: aut utriuſq; ſic exprimi: ut diſcoloribus mẽbris per omne corpus concors mixtura uarietur. Diſpares quoq; naturę hoc modo fieri putant̃: cũ forte in leuam uteri partem maſculinę ſtirpis ſemen inciderit: marem qdem gigni opinatio eſt: ſed qa ſit in foeminina parte conceptus: aliquid in ſe haberet foemineũ: ſupra quã dec⁹ uirile patiat̃: uel formã inſignẽ: uel nimiũ candorem: uel corporis lenitatẽ: uel artus delicatos: uel ſtaturam breuem: uľ uocẽ gracilem: uel animũ imbecillum: uel ex his plura. Item ſi partem in dextram ſemẽ foeminini ſexus influxerit fominã quidem procreari: ſed quoniam in maſculina parte concepta ſit: habere in ſe aliquid uĩilitatis: ulĩ q̃ ſexus ratio permittat: aut ualida membra: aut immoderatã longitudinem: aut fuſcum colorem: aut hyſpidam faciem: aut uultũ indecorem: aut uocem robuſtam: aut animũ audacem: aut ex his plura. Si uero maſculinum in dextram: foemininũ in ſiniſtram ꝑuenerit: utroſq; foetus recte prouenire: ut & foeminis per omnia naturę ſuę decus conſtet: & maribus tam mente q̃ corpore robur

uirile feruet. Illud uero ipsũ q̃ mirabile constitutũ dei: quod ad conseruationẽ generũ singulorũ duos sexus maris: ac foemię machinatus est: qbus inter se ꝑ uoluptates illecebras copulatis, successiua soboles pareret: ne omne genus uiuentiũ conditio mortalitatis extinguerẽt. Sed plus roboris maribus attributũ est, quo facilius ad patientiã iugi maritalis foeminę cogerent. Vir itaq; noĩat⁹ est φ maior in eo uis est q̃ in foemina: & hinc uirtus nomen accepit. Itẽ mulier ut Varro interpretat a mollicie ẽ dicta ĩmutata & detracta littera uelut molier. Cui suscepto foetu cũ partus appropinquare iã coepit: turgescẽtes iã mãmę dulcib⁹ succis distẽdunt: & ad nutrimẽta nascẽtis: fontibus lacteis foecũdũ pectus exuberat. Nec enĩ dicebat aliud q̃ ut sapiẽs animal a corde alimoniã ducẽt. Idq; ipsũ solertissime cõparatũ est: ut candẽs ac pinguis humor teneritudinẽ noui corporis irrigaret: donec ad capiẽdos fortiores cibos: & dentib⁹ instruat & uirib⁹ roboret. Sed redeam⁹ ad ꝓpositum: ut cętera quę supsunt breuiter explicem⁹.

Capitulum. xiii. Contra illos qui ꝑ uoluptatẽ mẽbris genitalibus abutunt: & subditorũ membrorũ forma.

POterã nũc ego ipsoꝝ quoq; genitaliũ mẽbrorũ mirificam rationẽ tibi exponẽ: nisi me pudor ab huiusmodi sermone reuocaret. Itaq; a nobis indumẽto uerecũdię: quę sũt pudenda uelentur. Quod ad hãc rẽ attinet queri: satis est homines impios ac prophanos sũmũ nefas admittere: qui diuinũ & admirabile dei opus ad ꝓpagandũ successionẽ inexcogitabili ratiõe prouisũ: & ad effect⁹: uel ad turpissimos quęstus: uel ad obscoenę libidinis pudenda opera cõuertũt: ut iã nihil aliud re sanctissima petant: q̃ inanẽ & sterilẽ uoluptatẽ. Quid reliquę corpis partes nõ carẽt ratione ac pulchritudine. Conglobata in nates caro q̃ sedẽdi officio apta: & eadẽ firmior q̃ ĩ cęteris mẽbris ne premẽte corporis mole ossibus cedẽt. Itẽ foeminũ deducta & latioribus thoris: ualida lõgitudo quo facilius onus corpis sustinẽt: quã paulatim deficiẽtem in Augustũ genua determinãt: quorũ decẽtes nodi flexurã ĩ pedibus ad gradiendum: sedendumq; aptissimam prębẽt. Item crura non ęquali modo ducta: ne indecẽs habitudo deformaret pedes: sed teretibus suris clęmenter extantibus sensimq; tenuatis

& firmata sunt & ornata. In plantis uero eadẽ q̃ dẽ: sed tamẽ lõge dispar q̃ in manibus ratio ẽ. Quę quoniã totius operis q̃si fũdamẽta sũt: mirificus eas artifex non rotunda specie ne homo stare non posset: aut aliis ad stãdũ pedibus indigẽt sicut quadrupedes: sed porrectiores: longioresq; formauit ut stabile corpus efficerẽt planicie sua: unde illis inditũ nomẽ ẽ: digiti ęque totidẽ quod ĩ manibus: speciẽ magisq; usũ maiorem pręferentes: ideoq; & iuncti & breues & gradati cõpositi. Quorũ q est maxim⁹ quoniã illuz sicut in manu discerni a cęteris opus nõ erat: ita in ordinẽ redact⁹ ẽ ut tamẽ ab aliis magnitudine ac modico intuallo distare uideaẽ. Hęc eorũ speciosa germanitas nõ leui adiumẽto nixũ pedum firmat. Concitari enĩ ad cursũ nõ possum⁹ nisi digitis in humũ p̃ssis: solo nitẽtibus impetũ saltũq; capiam⁹. Explicasse uideor oĩa quorũ ratio intelligi põt. Nũc ad ea uenio q̃ uel dubia uel obscura sunt.

Cap. xiiii. Q; de multis quę sũt in corpore ratio sciri nequit.

Multa esse cõstat in corpe quorũ uim rationẽq; p̃spicere nemo nisi q fecit põt. An aliqs enarrare se putat posse: qd utilitatis, qd effect⁹ habeat: tenuis mẽbrana illa plucẽs q̃ circũnectiẽ aluus ac tegiẽ. Quid renũ gemina similitudo? Quos ait Varro ita dictos: quasi riui ab his obscoeni humoris orianẽ, qd' est lõge secus: qa spinę altrisecus supini cohęrẽt: & sũt ab intestinis sepati Quid splen? Quid iecur? Quę uiscera q̃si ex cõturbato sanguĩe uidenẽ esse cõcreta. Quid fellis amarissim⁹ liquor? Quid glob⁹ cordis qui unus sanguinis fons est? Nisi forte illis credendũ putabimus, q effectũ iracũdię in felle cõstitutũ putãt: pauoris ĩ corde, lęticię in splene. Ipsius autẽ iecoris officium uolũt esse ut cibos ĩ aluo cõcoquat: amplexu & calefactu suo: quidã libidines rerũ uenerearũ in iecore cõtineri arbitrantur. Primũ ista p̃spicete acumẽ humani sensus non põt: qa horũ officia in operto latent: nec usus suũs patefacta demõstrãt. Nã si ita eẽt fortasse placidiora quęq; animalia uel nihil fellis omnino, uł minus haberẽt q̃ ferę: timidiora plus cordis: sõlatiora plus iecoris, lasciuiora plus splenis habuissent. Sicuti igitur nos sentimus: audire auribus: oculis cernere: naribus odorare: ita profecto sentiremus nos felle irasci: iecore cupere: splene gaudere. Cum autem unde affectus isti ueniant

perspicere

minime sentiam⁹, fieri potest,ut aliunde ueniant: & aliud uiscera illa q̃ suspicamur efficiát. Nec tamē cōuincē possum⁹, falsa illos qui hęc disputāt dicere. Sed oĩa quę ad mot⁹ animi, animęq; pertineant: tā obscurę altęq; rationis esse arbitror, ut supra hominem sit, ea liq̃do peruidere. Id tamē certū & indubitatū esse debet: res tot: tanta uiscerū genera: unū & idē habē officiū : ut animā contineant in corpore. Sed quid ꝑprie singulis neruis sit iniūctū: quis scire nisi artifex potest: cui soli opus suū notum est.

## Capitulum. xv. De obscura uocis ratione.

DE uoce autē quā rationē reddere possumus? Grāmatici q̃dē ac philosophi uocē esse diffiniūt: aerem spiritu uerberatū. Vnde uerba sūt nūcupata: quod perspicue falsū est. Nō enī uox extra os gignif sed intra. Et ideo uerisimilior est illa sententia: stipatū spiritū, cū obstantia faucium fuerit illisus: sonū uocis exprimere: ueluti cū in patentē cicutā labroq; subiectā dimittim⁹ spiritū: & is cicutę concauo repercussus: ac reuolutus a fundo: dū descendentē occursu suo reddit : ad exitū nitens sonū gignit: & in uocalem spiritū resiliēs per se uentus animaf. Quod quidem an uerū sit deus artifex uiderit. Videf enī non ab ore sed ab intimo pectore uox oriri. Deniq; & ore clauso ex naribus emittif sonus qualis potest. Pręterea ex maximo spiritu quo anhelam⁹ uox nō efficif: & leui & nō coartato spiritu quotiēs uolum⁹ efficif. Nō est igif cōprehensū quomō fiat: aut q̃d sit omnino. Nec me nūc in Achademię sententiā delabi putes : q̃a nō omnia sunt incōprehensibilia. Vt enī fatendū est multa nesciri: quę uoluit deus intelligentiā hominis excedē: sic tamē multa esse quę possint: & sensibus percipi: & ratione comꝑhendi. Sed erit nobis cōtra philosophos disputatio: Cōficiam⁹ igif spaciū quo nūc decurrimus.

## Cap. xvi. Vbi sit mentis sedes: & qua ratiōe corpi cōiungaf.

MEntis quoq; rationē incomꝑhensibilē esse quis nesciat: nisi qui omnino illam non habet : cum ipsa mens quo loco sit, aut cuiusmodi nesciatur. Varia ergo a philosophis de natura ei⁹ ac loco disputata sunt. Ac ego non dissimulabo : q̃d ipse sentiā,

non quia sic esse affirmem:quod est insipientis in re dubia facere: sed ut exposita rei difficultate,intelligas quanta sit diuinorũ operum magnitudo. Quidã sedem mẽtis in pectore esse uoluerunt. Quod si ita est:quãto tandẽ miraculo dignũ esse,rẽ in obscuro: ac tenebroso habitaculo sitã:ui tanta rationis atq; intelligentię luce uersari:tũ ꝙ ad eã sensus ex omni corporis parte conueniũt: ut in qualibet regiõe mẽbrorũ pręsens esse uideať. Alij sedẽ eius ĩ cerebro esse dixerũt. Et sane argumentis probabilibus usi sũt:oportuisse scilicet,ꝙ totius corpis regimẽ habẽt,potius in sũmo tanq̃ in arce corporis habitare:nec quicq̃ esse sublimius: q̃ id quod uniuersũ ratione modereť:sicut ipse mũdi domin⁹ & rector ĩ sũmo est. Deinde ꝙ sensus omnis: id est audiendi & uidẽdi: & odorãdi ministra mẽbra in capite sunt locata:quorũ omniũ uię non ad pectus:sed ad cerebrũ ferãt: alioqn necesse,nos,esset,tardius sentire:donec sentiendi facultas longo itinere ꝑ colluꝫ ad pectus usq; descendẽt. Hi uero:aut nõ multũ:aut fortasse nõ errant. Videtur enĩ mens : quę dominatũ corpis tenet,in sũmo capite constituta: tanq̃ in cęlo deus:sed cum in aliqua sit cogitatione cõmeare ad pectus & quasi ad secretum aliquod penetrale secedere: ut consiliũ tanq̃ ex thesauro recondito eliciat,ac proferat. Ideoq; cum intẽti ad cogitandũ sumus : & cũ mens occupata in altũ se abdiderit : neq; audire quę circũsonãt : neq; uidere quę obstant solemus. Id uero siue ita est:admirãdũ ꝓfecto est quomodo id fiat : cum ad pectus ex cerebro nullũ iter pateat: sin autẽ nõ: nec tamẽ nihilominus admirandũ est: ꝙ diuina nescio qua ratione fiat: ut ita esse uideatur. An potest aliqs non admirari ꝙ sensus ille uiuus,atq; cęlestis,qui mens uel animus nũcupať,tantę mobilitatis est: ut ne tum quidẽ cũ sopitus est,conquiescat:tantę celeritatis,ut unõ temporis pũcto,cęlũ omne collustret,si uelit:maria ꝑuolet : terras & urbes ꝑagret. Omnia deniq; quę libuerit q̃uis lõge lateq; submota sint, in conspectu sibi ipsi constituat. Et miratur aliqs,si diuina mens dei,per uniuersas mundi partes intenta discurrit : & omnia regit omnia moderatur:ubiq; pręsens: ubiq; diffusa: cum tanta sit uis ac potestas mentis humanę,inter mortale corpus inclusę : ut ne septis quidem grauis huius ac pigri corporis,cũ illigata est,coerceri nullo pacto possit: quo minus sibi liberam uagandi facultateꝫ, quietis impatiens largiatur. Siue igitur in capite mens habitat

ſiue in pectore: poteſt ne aliquis comprebēdere: quę uis rationis efficiat: ut ſenſus ille cōprebenſibilis: aut in medulla cerebri bęreat, aut in nullo ſanguine bipartito, qui incluſus eſt in corde, ac non ex eo ipſo colligat quāta ſit dei poteſtas: ꝙ anim⁹ ſeipſum nō uideat: aut qualis: aut ubi ſit: nec ſi uideat tamē pſpicere poſſit quo pacto rei corpali: res incorpalis adiuncta ſit: Siue etiā mētis loc⁹ nullus eſt: ſed p totū corp⁹ ſparſa diſcurrit: & quod etiā fieri pōt, & a Xenocrate Platonis diſcipulo, diſputatū ē. Siqdem ſenſus ī qlibet parte corpis pſto eſt: nec qd ſit mens nec qualis ītelligi pōt, cū ſit natura eius tā ſubtilis ac tenuis: ut ſolidis uiſcerib⁹ infuſa: uiuo & qſi ardenti ſenſu mēbris oībus miſceat. Illud autē caue: ne unq̄ ſimile ueri putaueris: quod Ariſtoxen⁹ dixit: mentē oīno nullā eſſe: ſed qſi armoniā in fidibus: ex conſtructione corpis & cōpagibus uiſcerū: uim ſentiendi exiſtere. Muſici enī intentionē, cōcentūq; neruoꝝ in integros modos: ſine ulla offenſiōe cōſonātiū armoniā uocāt. Volūt igit animū ſimili rōne conſtare in bominē: q̄ cōcors modulatio cōſtat in fidibus: ſcilicet ut ſingularū corpis partiū firma cōiunctio mēbrorūq; omniū conſentiens in unū: uigor, motū illū ſenſibilē faciat animūq; cōcinnet: ſicut ſūt nerui bene intenti ad conſpirantem ſonū. Et ſicuti in fidibus cū aliquid aut interceptū: aut relaxatum eſt: omnis canendi ratio turbatur & ſoluitur. ita in corpe cum pars aliqua mēbrorū duxerit uiciū: deſtrui uniuerſa: corruptiſq; omnibus atq; turbatis: occidē ſenſum: eamq; mortē uocari. Verū ille ſi quicq̄ mentis babuiſſet non armoniā de fidibus ad bominē tranſtuliſſet. Non enī canere ſua fides ſponte poſſunt: ut ſit ulla in bis comparatio ac ſimilitudo uiuentis. animus autē ſua ſpōte & cogitat & mouet. Quod ſi quid in nobis eſſet armonię ſimile, ictu moueret externo: ſicut nerui manib⁹: qui ſine tractu artificis pulſuq; digitorū: muti atq; inertes iacent. Sed nimirū pulſandus ille manu fuit: ut aliquando ſentiret: quia mens eius, ex membris male compacta torpebat.

### Cap. xvii. Q; anima ſit eterna: & quid ſit ſm philoſopborum uarias opiniones.

SVpereſt de anima dicere: q̄q̄ percipi ratio eius & natura nō poſſit. Nec ideo tamē īmortalē eſſe animā nō intelligim⁹:

quoniã quicquid uiget moueturꝙ ꝑ se semper:nec uideri aut tan gi potest:ęternũ sit necesse est. Quid autẽ sit anima:nondũ inter philosophos conuenit:nec unq̃ fortasse cõueniet. Et alii sanguinẽ esse dixerũt:alii ignem:alii uentũ unde anima uel animus nomen accepit: quod grece uentus. ἄνεμος. dicit̃: nec illorũ tamen q̃sq̃ dixisse aliqd uidet̃. Non enĩ si anima sanguine:aut ꝑ uulnus effu so:aut febriũ calore consumpto,uidet̃ extingui: continuo in ma teria sanguinis animę ratio ponenda est.ueluti si ueniant in q̃stio nem:lumen quo utimur quid sit. & respondeat̃:oleum esse: quo niam consũpto illo:lumen extinguit̃:cum sint utiq̃ diuersa: sed alteꝝ sit alterius alimẽtũ. Videt̃ ergo anima similis esse lumini: quę non ipsa sit sanguis: sed humore sanguinis alitur: ut lumen oleo. Qui autẽ ignẽ putauerũt:hoc usi sũt argumẽto:ꝙ pręsente anima corpus caleat:recedẽte frigescat. Sed ignis & sensu indiget & ui & tactu comburit. Anima uero & sensu aucta est: & uideri nõ potest:& nõ adurit. Vnde apparet animã nescio qd esse deo similẽ. At illi qui uentũ putant:hoc fallunt̃:ꝙ ex aere spirituꝫ du centes uiuere uidemur. Varro itaq̃ diffinit. Anima est aer conce ptus ore,deferuefactus in pulmone: temperatus in corde:diffusus in corpꝰ. Hęc apertissime falsa sũt.neq̃ enĩ tã obscurã nobis huiꝰ modi rerũ,dico esse rationẽ:ut ne hoc quidem intelligĩmus:quid ueruꝫ esse non possit. An si mihi quis dixerit ęneum esse cęlum aut uitreũ( ut Empedocles ait aerem) glaciatũ:statim ne assentiar quia celum ex qua materia sit ignorem? Sicut enim hoc nescio:ita illud scio. Anima ergo non est aer ore conceptus:quia multo ꝑius gignitur anima:q̃ concipi aer non possit. Non enim post partum insinuatur in corpus:ut quibusdaꝫ philosophis uidetur:sed post cõceptum,protinus cum foetum in utero necessitas diuina forma uit:qa adeo uiuit intra uiscera genitricis:ut & incremẽto augeat̃: & crebris pulsibus gestiat emicare. Deniq̃ abortum fieri necesse est : si fuerit animal intus extinctum. Cęterę diffinitiõis partes eo spectant : ut illis nouẽ mensibus quibus in utero fuimus:mortui fuisse uideamur. Nulla ergo ex his tribus uera sententia est. Nec tamen in tantũ falsos esse dicendum est:qui hęc senserũt:ut oĩno nihil dixerint. Nam & sanguine simul & calore & spiritu uiui mus. Sed cum constet anima in corpore his oĩbus adunatis,nõ ex presserũt,ꝑprie quid esset:quia tam non potest exprimi q̃ uideri.

Capitulum. xviii. Vtrum animus & anima sint idem.

SEquitur alia & ipsa inextricabilis questio: idē ne sit anima & animus: an uero aliud sit illud quo uiuimus: aliud autē quo sentimus, & sapimus. Nō desūt argumenta in utrāq; partem. Qui enī unū esse dicūt hāc rationē sequūtur: q neq; uiui sine sensu possit: nec sentiri sine uita: ideoq; esse nō posse diuersū, id quod nō potest separari: sed quicqd est: illud & uidendi officiū & sentiendi habē rationē: iccirco animū & animā indifferent appellāt duo Epicurei poete. Qui autē dicūt esse diuersa: sic argumētant, ex eo posse intelligi aliud esse mentē, aliud esse animā: qa incolumi anima, mens possit extingui: quod accidere soleat insanis. Itē q anima morte sopiat: animus somno, & quidē sic: ut nō tantum qd fiat: aut ubi sit ignoret: sed etiā rerū falsarū contemplatione fallat. Quod quomō ipsū fiat: non pōt peruideri: cur fiat; potest. Nam requiescere nullo pacto possumus: nisi mēs uisionū imaginibus occupata teneat. Latet autē mēs oppressa somno: tāq ignis obducto cinē sopitus: quē si paululū cōmoueris: rursus ardescit: & qsi euigilat. Auocat ergo simulacbris: donec mēbra sopore irrigata uegetent. Corp enī uigilāte sensu licet iaceat īmobile: tam non est quietū: qa flagrat in eo sensus & uibrat ut flāma: & artus omnes ad se astrictos tenet. Sed postq mens ad contēplādas imagines: ab intentione traducta est: tunc demum corpus omne resoluitur in quietem. Traducitur autem mens cogitatione ceca: cum cogentibus tenebris, secū tm̄modo esse coeperit: dum intenta est in ea de quibus cogitat: repente somnus obrepit: & in species proximas sensum ipsa cogitatio declinat. Sic ea que sibi ante oculos posuerat: uidere quoq; incipit: deinde, pcedit ulterius: & sibi auocamenta inuenit: ne saluberrimam quietem corporis interrumpat. Nam aut mens p diē ueris uisionib auotatur: ne obdormiat ita falsis: ne excitet. Nam si nullas imagines cernat: aut uigilare illaz necesse ē: aut ppetua morte sopiri. Dormiendi ergo causa, tributa est a deo, ratio somniandi: & quidez in cōmune uniuersis animātibus: sed illud homini precipue: q cū eā rationē deus, qetis causa daret: facultatē sibi reliquit docendi hominem futura p somniū. Nam & historie sepe testantur, extitisse somnia quoruz presens & admirabilis fuerit euentus, & responsa uatū nostrorū ex parte

somniꝫ constiterunt. Quare neq; semꝑ uera sunt neq; semꝑ falsa: Virgilio teste: qui duas partes uoluit esse somniorum. Sed quę falsa sunt dormiendi causa uidentur: quę uero immittunť a deo ut imminens bonũ: aut malũ: hac reuelatione discamus.

## Capitulum. xix. De origine animę & an sit.

Illud quoq; in quęstionẽ uenire potest: utrũ ne anima ex patre: an potius ex matre: an uero ex utroq; generetur. Sed ego id meo iure ab ancipiti uindico. Nihil enĩ ex his tribus uerũ est: qa neq; ex utroq;: neq; ex alterutro serunť animę. Corpus enim ex corporibus nasci potest: quoniã cõferť aliqd ex utroq;: de animis anima nõ potest: qa ex re tenui & incõprehẽsibili: nihil potest decidere. Itaq; serendarum animarũ ratio: uni ac soli deo subiacet. Deniq; cęlesti sumus omnes semine oriundi: omnib⁹ idẽ ille pať est, ut ait Lucretius. Nam de mortalibus non potest qcq̃: nisi mortale generari. Nec putari pater debet qui trãsfudisse: aut inspirasse animã de suo nullo modo sentit. nec si sentiat: quãdo tamen: aut quomodo id fiat: habeat animo cõprehensuꝫ. Ex quo apparet nõ a parentibus dari animas: sed ab uno eodẽq; omniũ deo patre: q legem rationẽq; nascendi tenet solus: siqdem solus efficit. Nam terręni parentis nihil est: nisi ut humorẽ corporis: in quo ẽ maťia nascendi cũ sensu uoluptatis emittat, uel recipiat: & circa hoc etiã opus humoris istius homo resistit: nec amplius qcq̃ potest. Ideo nasci sibi filios optant: quia non ipsi faciunt. Cętera iam dei sunt omnia: scilicet conceptus ipse, & corporis informatio: & inspiratio animę: & partus incolumis: & quęcũq; deinceps ad hominẽ conseruandum ualent. Illius munus est: ꝙ spiramus: ꝙ uiuimus: ꝙ uigemus. Nam pręterq̃ ꝙ ipsius beneficio incolumes sum⁹ corpore: & ꝙ uictum nobis, ex uariis rebus subministrat: sapientiam quoq; homini tribuit: quã terręn⁹ pater nullo modo dare potest. Ideoq; & de sapientibus stulti: & de stultis sapiẽtes sępe nascũť: quod quidã fato ac sideribus assignant. Sed nõ est nũc locus de fato differendi. Hoc dicere satis est: ꝙ etiam si astra efficientiã rerum continẽt: nihilominus omnia a deo fieri: qui astra ipsa & fecit & ordinauit. Inepti ergo: qui hanc potestatem deo detrahunt, & operi eius attribuũt. Hoc igiť dei munere cęlesti atq; pręclaro

an utamur: an nõ utamur: in nostra uoluit esse potestate. Hoc enĩ concesso: ipsum hominẽ uirtutis sacramentis religauit: quo uitã posset adipisci: dedit ei & constituit aduersarium nequissimum & fallacissimũ spiritũ: cum quo in hac terrestri uita: sine ulla securitatis requie dimicaret. Cur autem deus hũc uexatorem generi hominũ constituerit: breuiter exponam.

## Capitulum. xx. Cur deus dedit spiritum tentatorem.

ANte omnia diuersitatem uoluit esse: ideoq; uulgo nõ aperuit ueritatẽ: sʒ eã paucissimis reuelauit: ꝙ diuersitas omne arcanũ mũdi cõtinet. Hęc est enĩ: quę facit esse uirtutẽ: quę scilicʒ non mõ esse: sed ne apparere quidẽ: qa uirtus esse nõ poterit: nisi fuerit cõpar aliqs in quo superãdo uim suã: uel excerceat, uel ostẽdat. Nam ut uictoria constare sine certamine nõ potest: sic nec uirtus qdẽ ipa sine hoste. Itaq; quoniã uirtutẽ dedit homini: statuit illi e cõtrario inimicũ: ne uirtus ocio torpens: naturã suã perderet, cuius omnis ratio in ea est ut concussa & labefacta firmet: nec alit ad sũmũ fastigiũ possit ꝑuenire, nisi prudẽti manu semꝑ agitata: se ad salutẽ suã tenore dimicandi fundauerit. Noluit enĩ deus hominẽ ad ĩmortalẽ illã beatitudinẽ delicato itinere peruenire. Daturus ergo uirtutẽ: dedit hostẽ prius: qui animis hominũ, cupiditates & uicia ĩmitteret: q esset auctor errorũ: malorũq; oĩuʒ machinator: ut quoniã deus hominẽ ad uitã uocat: ille cõtra: ut rapiat. & traducat ad mortẽ. Hic est: qui aut inducit aut decipit eos: qui ueritati student, aut si dolo & studijs nõ quiuerit: uirilem gerit animã, qua sublimiũ uigorẽ labefactare conet: ĩfanda dictu & execrabilia moliẽs: uexat: & interficit. Et tamen ut ꝓsternit multos: sic a multis uictus, prostratusq; discedit. Magna est enĩ uis hominis: magna ratio: magnũ sacramentũ. A quo si quis nõ defecerit: nec fidẽ suã deuotionẽq; ꝑdiderit: hic beat9: hic deniq; ut breuit finiã: similis deo sit necesse est. Errat enĩ q̄sq̄s hominẽ carne metitur. Nam hoc corpusculũ quo induti sum9 hominis receptaculũ est. Nam ipse homo neq; tangi: neq; aspici: neq; cõprehendi põt: qa latet intra hoc quod uidet. Qui si delicatus ac tener in hac uita fuerit: q̄ ratio eius exposcit: si uirtute contempta desiderijs se carnis addixerit: cadet & ꝑmet in terrã. Si autẽ ut debet statũ suum:

quę rectũ recte sortitꝰ ẽ: & ꝓmpte cõstanterq́ȝ defenderit: si terrę quã calcare ac uincẽ debet, nõ seruierit: uitã merebiť sempiternã.

## Cap.xxi. Operis conclusio: & ueritatẽ supari nõ posse.

Haec ad te Demetriane ĩterim paucis & obscurius fortasse q̃ decuit: pro rerum ac tẽporis necessitate ꝑoraui: quibꝰ contẽtus esse debeas. Plura & meliora laturus: si nobis indulgẽtia cęlitus uenerit: tũc & ego te ad uerę philosophię doctrinã & planiꝰ & uerius cohortabor. Statui enĩ q̃ multa potero, litteris tradere: q̃ ad uitę beatę statũ spectent: & quidẽ cõtra philosophos: quoniã sunt ad perturbandã ueritatẽ perniciosi & graues. Incredibilis est enĩ uis eloquentię: & argumentandi differendiq́ȝ subtilitas: q̃uis facile deceperat: quos partim nostris armis: partim uero ex ipsoꝝ inter se concertatione sũptis reuincemus: ut appareat eos ĩduxisse potius errorẽ q̃ sustulisse. Fortasse mireris q́ȝ tantũ facinus audeã. Patiemur ne igiť extingui? Aut opprimi ueritatẽ? Ego ꝟo libẽtiꝰ uel sub hoc onere defecerim. Nã si Marcꝰ Tulliꝰ eloquẽtię ipsiꝰ unicũ exemplar, ab indoctis & ineloquẽtibꝰ: qa tamẽ ꝓ uero nitebanť: sępe supatus est. Cur desperemꝰ ueritatẽ ipsam cõtra fallacẽ captiosamq́ȝ facũdiã: sua ꝓpria ui & claritate ualiturã? Illi quidem sese patronos ueritatis profiteri solẽt. Sed qs potest eã rem defendere: quã nõ didicit? Aut illustrare apud alios: quę ipse nõ nouit? Magnũ uideor polliceri: sed cęlesti opus est munere: ut nobis facultas & tempꝰ ad ꝓposita prosequẽda tribuať. Quod si uita est optanda sapienti: profecto nullã aliam ob causam uiuẽ optauerĩ: q̃ ut aliqd efficiã: quod uita dignũ sit: & quod utilitatẽ legẽtibꝰ & si nõ ad eloquentiã: qa tenuis in nobis facundię riuus est: ad uiuendũ tamẽ afferat: quod est maxime necessariũ. Quo ꝑspecto: satis me uixisse arbitror: & officium hominis implesse: si labor meus aliquos homines ab erroribus liberatos: ad iter cęleste direxerit. Domino Iesu gratias.

Est locus in primo foelix oriente remotus
Qua patet ęterni maxima porta poli.
Nec tantũ ęstiuos hiemisq́ȝ propinquus ad ortus:
In quo sol uerno fundit ab axe diem.
Illic planicies tractus diffundit apertos.

Nec tumulus creſcit:nec caua uallis hiat.
Sed noſtros montes:quorum iuga celſa putantur:
Per bis ſex ulnas eminet ille locus.
Hic ſolis nemus eſt:& conſitus arbore multa
Lucus:perpetuę frondis honore uirens:
Cum phoetonteis flagraſſet ab ignibus axis:
Ille locus flammis inuiolatus erat.
Et cum diluuium merſiſſet fluctibus orbem.
Deucalioneas exuperauit aquas.
Non hunc exangues morbi:non ęgra ſenectus.
Nec mors crudelis:nec metus aſper adit.
Nec ſcelus infandum:nec opum ueſana cupido.
Aut metus:aut ardens cedit amore furor.
Luctus acerbus abeſt:& egeſtas obſita pannis.
Et curę inſomnes:& uiolenta fames.
Non ibi tempeſtas:nec uis furit horrida uenti.
Nec gelida terram rore pruina tegit.
Nulla ſuper campos tendit ſua uellera nubes.
Nec cadit ex alto turbidus humor aquę.
Sed fons in medio eſt:quem uiuum nomine dicunt
Perſpicuus lucens:dulcibus uber aquis.
Qui ſemel erumpens:per ſingula tempora menſum
Duodecies undis irrigat omne nemus.
Hic genus arboreum procero ſtipite ſurgens:
Non lapſura ſolo mitia poma gerit.
Hoc nemus:hos lucos:auis incolit unica phoenix
Vnica ſic uiuit:morte refecta ſua.
Paret:& obſequitur phoebi memoranda ſatelles.
Hoc natura parens munus habere dedit.
Lutea cum primum:ſurgens aurora rubeſcit.
Cum primum roſea ſidera luce fugat:
Ter quater illa pias immergit corpus in undas.
Ter quater e uiuo gurgite libat aquam.
Tollitur:ac ſummo conſedit in arboris altę
Vertice:quę totum deſpicit una nemus.
Et conuerſa nouos phoebi naſcentis ad ortus:
Expectat radios:& iubar exoriens.
Aſt ubi ſol pepulit fulgentis lumina portę:

Et primum emicuit luminis aura leuis:
Incipit illa sacri modulamina fundere cantus:
Et mira lucem uoce ciere nouam.
Quam nec iulęę uoces: nec tibea possit
Musica: cirrhęis assimilare modis:
Sed neq; olor moriens imitari posse putatur.
Nec cillenęę fila canora lirę.
Postq̃ phoebus ęquos in aperta refudit olympi:
Atq; orbem totum pertulit atq; means:
Illa ter alarum repetito uerbere plaudit:
Non errabilibus nocte dieq; sonis.
Atq; eadem celeres etiam discriminat horas:
Igniferumq; caput ter uenerata: silet.
Antistes nemorum: luce ueneraūda sacerdos:
Et sola arcanis conscia phoebe tuis.
Quę postq̃ uitę iam mille peregerit annos:
Ac se reddiderint tempora longa grauem:
Vt reparet lassum spatiis urgentibus ęuum.
Assueti nemoris dulce cubile fugit.
Cūq; renascendi studio: loca sancta reliquit:
Tunc petit hunc orbem: mors ubi regna tenet.
Dirigit in syriam celeres longęua uolatus.
Phoenicis nomen cui dedit ipsa uetus.
Secretosq; petit: deserta per auia lucos:
Hic ubi per saltus silua remota latet.
Tum legit aereo sublimem uertice palmam:
Quę gratum phoenix ex aue nomen habet.
Quam nec dente nocens animal pertumpere possit.
Lubricus aut serpens: aut auis ulla rapax.
Tum uentos claudit pendentibus ęolus antris.
Ne uiolent flabris aera purpureum.
Neu concreta noto nubes per inania celi:
Submoueat radios solis: & obsit aui.
Construit inde sibi: seu nidum: siue sepulchrum:
Nam perit: ut uiuat: se tamen ipsa creat.
Colligit hinc succos: & odores: diuite silua.
Quos legit assyrius: quos opulentus arabs.
Quos aut pigmęę gentes: aut india carpit.

Aut molli generat terra sabęa sinu.
Cinnama de hinc:auräq; procul spirantis amomi.
Congerit:& mixta balsama cum folio:
Non casię mitis:nec olentis uimen achanti:
Nec thuris lachrymę:guttaq; pinguis:abest.
His addit teneras nardi pubentis aristas.
Et sociat myrrhę pascua grata nimis.
Protinus instrato corpus mutabile nido.
Vitaliq; thoro membra quieta locat.
Oreq; dehinc succos membris:supraq; circüq;
Inijcit:exequijs immoritura suis.
Tunc inter uarios animam cõmendat odores:
Depositi tanti nec timet illa fidem.
Interea corpus genitali morte peremptum
Aestuat:flammas protulit ipse calor.
Aereoq; procul de lumine concipit ignem.
Flagrat:& ambustum soluitur in cinerem.
Hos uelut in massam cineres:in morte coactos.
Conflat:& effectum seminis instar habet.
Hinc animal primũ sine membris fertur oriri.
Sed fertur uermis lacteus esse color.
Creuerit immensum subito:cum tempore certo:
Seq; oui teretis colligit in speciem.
Inde reformatur qualis fuit ante figura.
Et phoenix ruptis pullulat exuuijs.
Ac uelut agrestes cum filo ad saxa tenentur
Mutari pennę papilione solent.
Non illi cibus est nostro concessus in orbe
Nec cuiq̃ impulmem pascere cura subest
Ambrosios libat cęlesti nectare rores.
Stelliferi teneri qui cecidere polo.
Hos legit:bis alitur medijs in odoribus ales.
Donec maturam proferat effigiem.
Ast ubi primęua coepit florere iuuenta:
Euolat:ad patrias iam reditura domos.
Ante tamen proprio quicquid de corpore restat:
Ossaq; uel cineres exuuiasq; suas:
Vnguine balsameo myrrhaq; & thure soluto

Condit & in formam conglobat ore pio:
Quam pedibus gestans contendit solis ad ortus.
Inq; ara residens promit in ęde sacra.
Mirandam sese pręstat: prębetq; uehenti.
Tantus ibi decor est: tantus abundat honor.
Principio color est: qualis sub sidere cęli
Mitia quē croceo punica grana legunt.
Qualis inest foliis: que fert agreste papauer
Cum pendens uestit sole rubente polus.
Hoc humeri pectusq; decens: uelamine fulgent.
Hoc caput: hoc ceruix: summaq; terga nitent.
Caudaq; porrigitur fuluo distincta metallo.
In cuius maculis purpura mixta rubet.
Clarum inter pennas insigne desuper: iris
Pingere ceu nubem desuper alta solet.
Albicat insignis mixto uiridante smaragdo:
Et puro cornu gemmea cuspis hiat.
Ingentes oculos credas geminosq; hiacynthos:
Quorum de medio lucida flamma micat:
Aequata toto capiti radiata corona
Phoebei referens uerticis alta decus.
Crura tegunt squamę flauo distincta metallo.
Ast ungues roseus pingit honore color.
Effigies inter pauonis mixta figuram
Cernitur, & mixtam phasidis inter auem.
Magniciem: terris arabum quę gignitur: ales
Vix ęquare potest: seu uera: seu sit auis.
Non tamen est tarda: ut uolucres: quę corpore magno
Incessus pigros per graue pondus habent.
Sed leuis: & uelox regali plena decore.
Talis in aspectu se prębet usq; hominum.
Conuenit ęgyptus tanti ad miracula uisus.
Et raram uolucrem turba salutat ouans.
Protinus insculpunt sacrato in marmore formam.
Et signant titulo: remq; diemq; nouo.
Contrahit in coetum sese genus omne uolātum.
Nec prędę memor est ulla: nec ulla metus.
Alitium stipata choro uolat illa per altum.

Turbaq; persequitur munere leta pio.
Sed postq̃ puri peruenit ad etheris auras.
